BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
A
33
NAPOLI


R.P.F.
GABRIELIS BVCELINI
NVCLEI HISTORIÆ
Vniversalis
PARS. III.
Sive Auctarij pars
Secunda.
Cum Licentia et Privi-
legio Superiorum.

NVCLEI
Hiſtoriæ Univerſalis cùm
Sacræ tùm Prophanæ
Auctarij
PARS SECVNDA:
Regnorum quinque Europæ
celebriorum Chronologia utili
compendio redhibita.

Opera & ſtudio
R. P. F. GABRIELIS BUCELINI,
Aſcetæ Theologi Ordinis S. P. Benedicti
Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Prioris
S. Joan. Bapt. in oppido Rhætiæ
Veldtkirchenſi.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI



Cum facultate & Privil. Superiorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.
ANNO M DC LXIV.

LECTORI OPTVMO SALVTEM.

TErtiam nunc partem Nuclei damus, ſecundam Auctarij; compendio omnia compendioſiſſimo, o nec propitio Numine, & ſedatis bellorum fluctibus, omnia explicatiora promamus. Damus autem hac parte, quod ipſi pridem deſideravimus, & multos nc-biſcũ optaſſe ſcimus, quinq; præcipuorum Europæ Regnorum continuatam â Chri-

Chriſto nato ad ætatem uſque noſtram Chronologicã Hiſtoriæ ſeriem. Laboris haud minimum fuit, quod abſq; exemplo faceremus. In manus certè noſtras non venit, qui ſuæ Gentis memoranda adeo continua ſerie, & ad annos relata traderet. Uſi multis & varijs Authoribus ſumus, ſæpè plurimum tempore variantibus, quæ difficultas conatus ſæpe noſtros diu retinuit & tardavit. Unica Angliæ Hiſtoria, etſi ſcriptores plures fide dignos habeat, magis tamen

tamen quam aliæ ferè omnes fatigavit, quod calculo nimis quam diverſo, & â ſuo ipſorum & â noſtro uterentur. Operis intentio præcipua fuit, facere, quod alij non feciſſent, & ut ampliſſimorum Regnorum Hiſtoria, obiter ſaltem cuique innoteſceret. Breviaria rerum ad majora excitant animum, ita è veſtigijs feras conſectamur, & inde concitamur ad momenta rerum penitius diſcutienda. Omnium nationum Hiſtoriam etſi fortè aliquæ Bibliothe-

othecæ habeant, pleræque non habent, ut proin non poſſit non gratũ eſſe, ſiquid compendio colligatur, quod magnis operib⁹, paucis locis aſſervatur. Collegimus quantum habere nunc licet, quantumq́ue & intentio Authoris & libelli titulus permiſit. Aliorum Regnorum Chronologiam quartæ parti reſervamus, nunc illorum dantes, quorum cognitio præ alijs merito deſideratur. Interea ſymbolas rogamus & colligimus, gratiſſimum habituri,

turi, ſiquid memoratu & Chronologia dignum, de Dania, Suecia, Ungaria, alijſq; Europæ Regnis mereamur. Ingentes ſæpe tomos voluimus, & per varias verborum ambages pauca reperimus, quæ ad Chronologiam referamus. Nobis doluit ſemper unam præ alia provinciam ſuarum ita rerum negligentem fuiſſe, ut totis ſæpe ſæculis, nec minimum quid traditum reperias, quod ſit dignum memoratu. Nec perſuaderi poſſum tanto decurſu annorum,

rum, quieſcere humana ingenia potuiſſe, quin vel inferrent alijs, vel ab alijs paterentur, tantaſque & datas & acceptas clades, poſteris latere indigniſſimum exiſtimamus. Apparet ex hoc, quantum patria quævis Scriptoribus debeat, per quos poſteri â tam turpi rerum ſuarum ignorantia liberantur. Omnium rerum digniſſimam Hiſtoriam eſſe, docent nos Sacræ litteræ, quæ niſi ab orbe Condito, rerum geſtarum continerent ſeriem, prô

quantis

quantis erroribus humanum genus involveretur! Inde liquet quanti referat, & reliquam etiam ab Apoſtolis ad nos uſq; Hiſtoriam, tam in Sacris, quam Prophanis continuari, ut ſapiens quivis animadvertat, quod nihil indignius homine ingenuo ſit, quam Hiſtoriam ignorare. Vive Vale.

APPROBATIO
partis Secundæ.

AUctarium Nuclei Hiſtoriæ Univerſalis Sacræ & Prophanæ multum R.P. Gabriel. Bucelini, Aſcetæ Imperialis Monaſterij Weingartenſis, Prioris Ordinis S. Benedicti apud S. Joannem in Veldtkirch Altæ-Rhætiæ, nomine Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. D. Joannis Epiſcopi Curienſis ſedulò evolventes, invenimus illud, nihil Fidei ac bonis moribus adverſum continere; ac Luce proin digniſſimum, utpote opus ſummo cùm ipſiusmet clariſſimi Scriptoris ingenio, tùm omnibus omnium notionum numeris elaboratum, judicamus. Actum Curiæ Rhætorum in Aula Epiſcopali, ex ædibus Præpoſituræ die 9. Martij 1664.

Chriſtophorus à Mor SS. Theol. ac U. J. Doctor, Præpoſitus ac Vicarius Generalis.

GERMANIÆ
Provinciarum Europæ Ampliſſimæ & Potentiſſimæ
CHRONOLOGIA;
Qua rerum & eventuum memoratu digniorum Series Compendioſa ad annos refertur.

Opera & ſtudio

R.P.F. GABRIELIS BUCELINI,
Aſcetæ Theologi Ord. S.P. Benedicti Imperalis Monaſterij Weingarttenſis, Prioris S. Joannis Bapt. in oppido Veldtkirch.



Cum Privil. & facultate Superiorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus viduæ JOAN. GÖRLINI.

M DC LXIV.

Illustrissimis Generosissimis Dominis Dominis

HENRICO,

Chriſtianiſſimi Regis Guardiæ Capitaneo.

ET

JOANNI RUDOLPHO,

Ejusdem filio, è Vetuſtiſſimis S. R. I. Baronibus ab Ehrenfels, Dominis â Schauwenſtein, Haldenſtein, &c. ſplendidis Rhætiæ Superæ Syderibus.

Circumſpicienti, cui Germanicæ meæ Hiſtoriæ inſcriptum & dicatum Nucleum vellem, Illuſtriſſimi Domini, Vos primi omnium ſplendore nominis veſtri oculos perſtrinxiſtis, vobis è Rhætis, Germaniam ipſo nominis jure depoſcere viſi, dum pleriq; alij

conterranei veſtri, originem ſui generis ipſa appellatione præferant ab Germanis alienam; Vos in omni jure & ditione veſtra purè Germanam. Et ſanè etſi tot ſeculorum decurſu, vix alibi, quam in Rhætia ſupera, Majores Veſtri ſtabili ſede conſederint, certum tamen eſt, Imperij ſemper liberis accenſam Baronibus, cum ijsdem Ludis ſolemniſſimis Equeſtribus ſemper interfuiſſe, & inter ſpectatiſſimas totius Germaniæ ſemper habitas fuiſſe. Sed & ſub ſignis S. Georgij Equeſtris Germanicæ & Suevicæ Nobilitatis Schowenſteinios à multis ſæculis accenſos, extra omnem controverſiam eſt, cui plurimi Illuſtriſſimi Comites & S.R.I. Barones nomen dedere, magno olim & præſtantiſ-

ſimo

ſimo, Nobilitatis eximiæ cùm probandæ tùm exercendæ argumento. Ita ipſa quoq; Germania mea Vos veſtrumq; nomen exambivit, quam nullus dubito, gratanter quoq; & cum plauſu excipietis. Hæc nomen Veſtrum, etſi cætera glorioſum, & militari inprimis Virtute toti Europæ conſpicuum, præferre in facie totius orbis geſtit, & in Schovvenſteinijs ſuis conſpici, in Ehrenfelſijs expetit honorari, quibus cum communia ſibi Author, non tam ab auri & argenti-fodinis, quam Marmore pollicetur, à quo & Vobis non minima fortunæ pars Haldenſteinum acceſſit inſigne priſcæ Nobilitatis monimentum loco tamen uni ſua mole affixit, quod ut perennius eſſet, nec uno ſolum loco, ut quæ ex

Marmore & *ære, conſiſteret, alterum ego, hoc ipſum, ponere volui, quod ubivis eſſet, & in Europam evolaret univerſam, æternum juxta, meæ & obſervantiæ, & neceſſitudinis argumentum. Vivite feliciter, & Familiæ Veſtræ antiquiſſimæ & Illuſtriſſimæ, pergite ſemper honori conſulere, ſatisfacere magnæ omnium de Vobis expectationi. Veldtkirchij Rhætorum* II. *Cal. Februar. anni* M DC LXIIII.

Ill.marum Dominat. Veſtr.

Obſervantiſſimus

P. F. GABRIEL BUCELINUS.

SCHA-

SCHAVVENSTEINIÆ
Familiæ deductio.

Henricus Baro ab Ehrenfels, in Ludis Equeſtr. Auguſtæ Vindelicorum anno 1080.

Bruno Liber Baro ab Ehrenfels. 1120. Ux. N.

Conradus L.B. reſtaurat arcem Ehrenfels. 1169. | Egino L.B. ab Ehrenfels Epiſc. Curienſ. 1174.

Bruno Epiſcopus Curienſis 1181. ob. | Egino ſive Eginolphus L.B. ab Ehrenfels. 1181. | Henricus L. B. 1181.

Godefridus L.B. ab Ehrenfels 1238. Ux. N.

Conradus L B. ab Ehrenfels. | Henricus L.B. 1284. Ux. N. | Burcardus in Schavvenſtein 1257. | Gaſpar 1276.

Stauſſerus ab Ehrenfels. claruit an. 1334. Ux. N. | Rudolphus & fratres. Vide tab. ſeq.

Henricus Baro ab Ehrenſels & Stauffen claruit anno Chriſti 1362. Uxor N.

Leonardus ab Ehrenfels Dominus in Stauffen. claruit anno Chriſti 1374. Uxor N.

Conradus Baro ab Ehrenfels, & Stauffen. 1396. Ux. N. | Melchior Liber Baro ab Ehrenſ. 1390.

Plures ab Ehrenfels, in Ludis Ratiſp. 1412. | Theodoricus L B. in ijſd. Lud. 1412. | N. Baro in Lud. Landshut. 1439.

Bernardinus in Ludis Equeſt. Mogunt. anno 1480. | Hieronym. de Stauffen & Ehrenfels clar. 1487.

Rudolphus Baro & Dominus in Ehrenfels, Burcardi filius, frater Egenolphi, Vdalrici Burcardi & Joannis Equit. ob. 1333. Vx. N.

- Albertus ab Ehrenfels. Eq. ob. 1385.
  - Anna Vx. Itelij de Planta. 1394.
- Guta Abbatiſſa in Catzes ob. 1382.
  - Vdalricus. 1394.
- Rudolphus ab Ehrenfels in Schovvenſtein, 1386. Vxor N.
  - Burcardus Eques 1392. & 1414.
- Joannes Eques. Vxor Neſa ab Altſtetten. 1380.
  - Godefridus à Schovvenſtein Viccedominus in Catzes. 1401.
- Vdalricus à Schovvenſtein Canonicus Curienſis 1378.
  - Hermannus de Schavvenſtein.
- Eginolphus à Schovvenſtein. Vx. Eliſab. de Vnder Tagſtein.
  - Georg. Canon. Cur.
  - Rudolphus à Schovvenſtein cl. 1400.
- Vila de Schovvenſtein.
  - Eliſabeth. Vx. Otthonis de Schenck.
  - Joan. Canon. Cur.

Lucius Conſul Curienſis 1498. | Magdal. Vx. Joan Jacobi de Raitnavv. | Agna cogn. Graunda. | Jacobus de Schavvenſt. Vxor N.

- Ochier ab Ehrenfels. 1480.
- Georgius ab Ehrenfels & Schovvenſtein. Vxor Anna de Stampa.
- Rudolphus de Schovvenſtein. 1520.
- Henricus de Schovvenſtein.
- Gaſpar de Schovvenſtein.
- Joannes à Schovvenſtein.
- Georgius &c.

Remigius de Schovvenſtein in Ehrenfels. Vx. Vrſula L.B. de Sax. | Rudolph. ab Ehrenf. Domin. in Campel.

Julius Ottho de quo pag. ſeq.

Julius Ottho ab Ehrenfels & Schavvenſtein, 1545.
Vxor Barbara de Cappaulo.

Lucius. Vxor. N. de Schams.
Remigius Capitan. Vx. de Gugeberg.
Rudolphus Colonellus Gubern. Vallis Telinæ Vxor Barbara de Marmels.
Jacobus. Vx. Barb. Puſterla.
Hartuicus ſive Hercules. Vx. N. de Monte.
Georgius Eques Ord. Melit.
Perpetua Vx. 1. Matthæi de Monte. 2. Joannis de Monte.
Eliſabeth. Vx. Gaudentij de Caſtelmaur.
Catharina Vx. Jacobi de Schovvenſtein.
Gaſpar. Vx. Vrſula de Planta.

Julius & Perpetua.
Jacobus â Schavvenſtein. Vx. Barbara de Cappaulo.
Lucius Cap. Gall. Vx. 1. Amalia de Monte. 2. Anna Enderlina ab Hartuick. 3 de Halla.
Rudolph. L. B. Colonell. Eq. S. Mich. Vx. 1. Anna de Planta 2. Margar. de Menhardis.
Lucretia Vx. Joan. â Travers.
Georg. Carolus. Vx. Violant. ab Hohenbalcken
Thomas ab Ehrenfels L. B. Vx. Regina ab Hartmannis. Anna. Vx. Veſpaſiani â Salis.
Gaſpar. Vx. 1. Cathar. de Florino. 2. Anna de Cappaul.
Maria. Vx. Barthol. de Planta.

Rudolph. & Jo. Frider.
Joannes Georgius.
Carolus & Jacobus.
Thomas L. B. ab Ehrenfels Capit. Vx. 1. Heſter de Valier. 2 Leonora de Merla.
Henricus Capitan. Guardiæ Regiæ. Vx. Eliſabetha de Monte.
Barbara & Margar.
Rudolphus & Eliſab.
Gaſpar & Hartman.
Anna Maria Vx. Franc. Chriſtoph de Pappēheim.
Julius Ottho L. B. Vx. Mar. Eliſ. de Pappenheim.
Thomas Vx. Marg. â Salis.
Thomas & Vrſula.

Marg. Vx. Melch. in Mont.
Joan. Rud. Vinct.
Æmilia, Vx. Rud. â Sal.
Georg Phil. & pl. lib.
Thomas

COM-

COMPENDIOSISSIMA
Germaniæ Deſcriptio.

GErmaniam aliàs tomis tribus Orbi conſpicuam magna ex parte dedimus, tertio ſub manu etiamnum ſudante. Nunc pauculis verbis obiter tangimus. Germania Europæ Regnorum, facile Princeps, amplitudine, potentia, majeſtate procu dubio omnibus alijs longè præſtat, etſi delicijs, quæ animos enervant, ab alijs omnibus vinci videatur. Eam, ſuis contenta, facile cedit victoriam, cætera invictiſſima, & quæ tot gentium olim Dominæ, Auguſtam extorſerit, & penes ſe uſq; hodie retinuerit, Majeſtatem. Populus ſiquis ullus alius, animi integritate & candore, juxta vires & decus corporis, incomparabilis. Apud quos, ſi ullos

alios

alios Europæ honeſtiſſima ſtudia paſſim vigeant, non artium ſolum Mechanicarum, ſed liberalium, ita ut nullum penitus, Orbis univerſi Regnum ſeu Imperium, tot frequentiſſimas Studioſorum numero Academias habeat, & Univerſitates. Principes, poſt Cæſarem Regemque Germaniæ & Bohemiæ, habet, Regibus pares, ita ut haud immerito Cæſar Rex Regum appelletur. Horum præcipui octo, hodie, Electores ſunt, quorum non minor potentia eſt, quam Auctoritas. Et quid de Archiducibus dicam, quorum potentia, etiam abſq; Cæſare Auguſta eſt, & longe Regiam excedit Majeſtatem, ſi tot provinciarum & ditionum annuos reditus appendas quæ ad tantum ſplendorem familiæ acceſſere. Cæterorum Principum Brunſuicenſium, Lunæburgenſium Saxo-Weinmarienſium Lavenburgiorum Haſſiacorum, Wirttenbergenſium &c. Regia planè omnia, & major quam multorum Europæ Regum apud ſubditos auctoritas. Certè

 Comi-

Comitatuum plurimorũ, Mansfeldici, Oldenburgij, Naſſovij Waldecij, Erpachij &c. longe amplior ditio, & jurisdictio, quam integrorum olim in Hiſpanijs Regnorum, priuſquam Regna illa omnia, in unum ex fortuna Auſtriadum coaleſcerent. Provinciarum Germaniæ frequentiam ex incredibili penè Urbium & oppidorum numero facilè æſtimes, uti parte I. Germaniæ noſtræ demonſtravimus, ſi vel unam tantum alteramve inſpicias, quarum e. g. unica Moravia, ante ſupremam bellorum illuviem, Urbes atq; oppida majora & inſigniora centũ, ex recenſione Gaſparis Laudiſmanni, minora 410. Sileſia 411. continuit. Certè inferioris Germaniæ Comitatus Flandriæ, totus ferè, quantus eſt, una cenſeri civitas poſſet; Golnizius Urbes & oppida duo & ſaxaginta numerat. Et quid primum de ſplendore & majeſtate Urbium dicam? De ampliſſima & Sanctiſſima Colonia, de munitiſſimo Argentorato, de excultiſſima Antverpia;

pia; de opulentiſſimo Amſterodamo, quæ urbs una ſæpe ſeptimana plus lucri habeat, quam ſemeſtri ſpatio, famoſiſſima illa Civitas Venetiarum. Fluvijs irrigua maximis eſt Germania, quos inter Cæſarem merito Rhenus agit, Danubius Imperatricem, etſi hunc filiali potius nomine cenſeas, utpote per occultos terræ meatus è visceribus Rheni emergentem. Ille quaquaverſum fluat, terram ita fœcundam reddit, ut paradyſum exiſtimes Voluptatis; nobiliſſimis Urbium ad littora conditis, quæ tantis delicijs, ſimulque aquarũ limpidiſſimarũ fruantur commoditate. Proximi Amyſus, Mœnus, Necarus, Albis, Odera, Viſurgis, Viſtula, Atheſis, & plurimi alij, omnes delicatiſſimis piſcibus referti; unde fit, ut Germania (ſi delicata illa Italiæ & Galliæ atq; Hiſpaniæ vina & fructus paucos excipias) illas omnes longè exſuperet, neceſſariorum omnium copia & ubertate. Nec multum dea, deres Vina Hiſpanica atq; Maluatiſc-

quæ


quæ ipſimet apud quos naſcuntur, non niſi diluta bibunt, & vix abſque magno valetudinis incommodo, dum Germani, Rhenana Moſellanica, Neccarica aliaq; reparandæ valetudini, utiliter adhibent, etſi & illa peregrina nuſpiam deſint undiq; comportata, adeo ut plus ſæpe una exhauriat, quam in provincijs illis, ubi vina ſunt nata, reſervetur. Frumenti immenſa eſt copia, paſcua lætiſſima. Sylvæ ampliſſimæ & amœniſſimæ, quarum Princeps Hercinia, quæ Cæſaris teſtimonio, ad ſexaginta dierum iter in longum, & novem in latum exporrigitur. Montium præcipui: Mons Iſidis, Melibocus, Heſſus, Senus, Suevus, Rhæticus, Voccetius, Arulæ &c. E quibus ſunt fontes aquæ dulcis, ſunt thermæ calidæ, ſunt mineræ ſalis plurimæ; Metallorum autem, nempe auri, argenti, ſtanni, plumbi, æris & ferri copia, quin & pretioſorum lapidum, nullis unquam exteris ceſſura Regnis, ut haud immerito Imperij Romani Ma-

jeſtà-

jeſtatem, poſtquam Chriſti imbulata Legibus, barbariem exuit, Germania, meruiſſe ſua Synceritate, juxta tanta provinciæ dona videatur. Cætera Germaniæ, tomis noſtris ſupra me moratis reperies. Nunc Chronologiam ſubjungamus.

SALI-

Extemporanea Præcipuorum Ger-
maniæ Locorum Geographica adumbratio.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE NAPOLI

RERUM

RERUM GERMANICARVM CHRONOLOGICA deſcriptio.

AUTHORE

R. P. Gabriele Bucelino Benedict. Aſceta Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Priore S. Joan. Veldtkirch.

A. C. Chriſto nato Germania,ut & reliquus orbis
1. ſumma pace requievit, Clogione Regnante cujus Amicitiam officijs Auguſtus Imp. demeruit.

3. Quietis rebus inquieti Teutones præſidia Romanorum multis locis impoſita, ejicere deliberant, & primævam ſeſe in Libertatem aſſerere.

5. Edocti â præſidiarijs Romani, & ipſi arma parant Expeditioni Claudius Tiberius Nero præficitur.

6. Tiberius inexpectatus Germanis ſupervenit, Saxones & Hollandos compeſcit, ereptas Urbes recuperat.

7. Vix digreſſo in Urbem Tiberio reſumunt arma qui ſumma acceleratione rediens,

A. C.

Miſnenſes, Suevos, Longobardos, Wandalos, Cauchos & Marchiæ populos compeſcit.

8. Dum alios & alios premit Tiberius, alij & alij arma in Romanorum provincias vertunt, Pannoniam & Bohemiam vaſtant.

9. Germani Pannoniæ, Illyrico, Dalmatiæ & Croatiæ infuſi multa millia Roma cædunt, donec â Tiberio devicti in Ruſſiam ejicerentur.

10. Nunc primum bellum Pannonicum contra Germanos conficit Tiberius, minimè ſibi incruentum.

11. Germanis denuo in Romanos inſurgentibus, Auguſtus Quintilium Varum cum 3. lectiſſimis Legionibus, & 30. millibus auxiliarium in eoſdem mittit.

12. Teutones Arminio Duce Varum aggreſſi profligant, Romanorum ad 50. millia cæſis, ingemiſcente Auguſto.

13. Uſus fortuna Arminius Romanos omnes Saxonia & Thuringia ejicit. Alprenas & Ceditius cum ſuis Rom ſe ſubducunt.

14. Tiberius cum C. Silio Coſſ. repente Germanos opprimens, multam cędem edit. Sylvius & Silius â Germanis profligantur. Ulturus Tiberius tantum non internecione deletur.

15. Germani pulſis Rom. præſidijs toti ſunt in muniendis urbibus, fœdera ineunt, arma parant.

16. Mortuo Auguſto ſuccedit Tiberius juratus German. hoſtis, qui Germanicum nepotem

A.C.

tem cum 8. Legionibus, & magno confœderatorum exercitu mittit. Hi Cattos vino ſepultos obruunt.

17. Germanicus nunc Coloniam, nunc Fabianam convolans, multa ſuorum millia perdit, qui cum ipſe, tum Cecinna mox ulti ſunt.

18. Germani Publium Vitellium cæſis 12 millibus profligant, & ſupervenientem Germanicum ſimili clade afficiunt.

19. Tiberius Germanicum revocat. Germani quiete abuſi ſemetipſos affligunt. Gozbaldus & Arminius Bohemiam vaſtant.

20. Moritur Clogio Francorum Teutonum Rex imperterritus & glorioſiſſimus, ſuccedit Herimer filius, Gallorum terror.

21. Arminius glorioſiſſimus bello Dux, veneno, artibus Romanorum & veroſimile eſt, tollitur.

22. Herimer Rex Gallias vaſtans, in Hiſpanias uſque arma profert. Vexati exactionibus Germáni, in Ungaria, Saxonia, Thuringia multa Romanorum millia obtruncant.

23. Romani Germanos Gallia & Burgundia non abſque proditione præfectorum ejiciunt, hos Herimer igne exurit.

24. Dum Silo Rom. Galliæ Præſes Germanis urbes extorquet, Herimer ſuperveniens, Romanos denuo ejicit.

25. Continuatur â Romanis Germaniſq; alternante fortuna bellum Gallicum, Rutheni Daniam expugnant.

26. Germani & Gotthi in Thraciam uſque ef-

A. C.

ſuſi, præſidiarios paſſim obtruncant, captis urbibus & communitis.

27. Romani per Thraciam noſtros urgent, qui priusquam deditionem facerent ſe cum urbibus, uxoribus & liberis exurunt.

28. Germani uxores & liberos ob avaritiam Tiberij vendere coacti, denuo rebelles, per Friſiam maximè in Romanos ſæviunt.

29. Ijdem Olenium Præſidem diriſſimum exactorem in arce quadam obſident, captumque cum 13. millibus Romanorum trucidant.

30. Olenio ſubſidio venturus è Brabantia L. Apronius & ipſe cum quinta Legione cæditur & Romani Friſia ejiciuntur.

31. Abſentia Apronij benè uſus Rex Herimer. Brabantiam occupat, urbeſq; expugnans multa millia Rom. obtruncat.

32. Lentulus Getulicus contra Herimerum miſſus, hoc nimium ferventer in cuneos involante occiſo, victoria potitur.

33. Marcomirus Herimeris frater Rex ſalutatur, in omnem ſe partem, ulciſcendæ necis fraternæ cauſa, ſe extendit.

34. Germania patienti Chriſto concutitur, extantibus etiamnum, ut volunt, ſignis horrendi terræ motus.

35. Gallos ſubinde, mox Romanos in Germania vexat Marcomirus, nullo tamen operæ pretio, dum Getulicus Romanis invigilat.

39. Tiberio mortuo monſtrum Cæſ. Caligula ſalutatur, qui Germanici affectans nomen bellum German. ſtrenuè molitur.

Marco-

A. C.

40. Marcomirus omnem fere Germaniam ad defectionem provocat, contra quem miſſus Galba, ſatis feliciter rem gerit.

41. Caligula ipſe grandi cum exercitu occurrit, urbesq; aliquot expugnat, prope Coloniam pretioſiſſimo ponte ſtructo.

42. Sola occurrentium Germanorum fama territus Caligula in fugam vertitur, illi multa millia cædunt, auro hoſtem placat Imp.

43. Vivilo Suevorum Rex Vannium Quadum â Romanis obtruſum, graviter inſectatur. Caligula præſidiarios Germanos deligit, qui mortem ejus ulciſcuntur, & Cl. Druſum Cæſarem ſalutant.

44. Marcomirus Moguntiam & Treverim expugnat multis millibus obtruncatis, juſta acie triumphat, magnam mox, accipit cladem â Sergio Galba ob ſuorum ebrietatem.

45. Uſi triumpho Romani multas German. civitates recuperant.

46. Sulpitius Galba & Publius Gabinus Germanos arcte habent.

49. Marcomirus rurſus Germanos in Romanos concitat, ingentiq; exercitu grandia minatur & tentat.

50. Moguntiam, Treverim, Colonam aliasque urbes expugnat, ſed â L. Pomponio victus, gladione an mœrore obijt, ſuccedit Clodomirus.

51. Colonia Ubiorum â Romanis reſtauratur, â Co-

A. C.

â Colonia Rom. inducta cognominata, quæ dein Agrippina ab Imperatrice dicta eſt.

52. Italus Flavij filius Arminii nepos, Romæ educatus Romanis impenſè favet, Cheruſcorum Rex ſuos in officio continet.

54. Idem, quod Romanis faveret â Nobilitate German. exauctoratur.

55. Rex Suevorum Sido, ſub hæc tempora celebratur, Veſpaſiano poſtea Cæſari familiaris.

56. Italus Regno reſtitutus â Romanis quiete imperat. S. Petrus Apoſtolorum Princeps & diſcipuli Chriſtum inRhætia prædicant.

57. Nero ſuccedit Claudio,qui Germanicus dici ambit, magnum ſcilicet æſtimans, ex Germanis gloriam retuliſſe.

58. Nero idem nummos aureos cudit, Germanicum ſe appellans.

59. Clodomirus Rex Gallos ultra Moſam ſe recipere cogit,& â Claudio Imp. erepta recipit.

60. Paulinus Pompeius & L.VerusExercit.Duces, modeſtiam ſua & militari diſciplina Germanos in officio continent.

61. Anſibarij pulſi â Chaucis Friſiorum âRheno depulſorum ſedes flagitant, non auditi vini tentant ſed profligantur.

62. Cajus Rom. per Britannium præfectus pulſus ab incolis ad Marcomirum confugit. Hujus finem nonnulli hoc anno ponunt.

63. Romanis nil contraGermanos tentantibus,

Catti

A. C.

Catti & Hermanduri Germaniæ populi graviter colliduntur.

65. Germanos ut facilius continerent Romani, opera illorum contra Gallos rebelles u-tuntur, quod commune dein fuit.

70. Galbæ Imperio dum Legiones in Germania parere recuſant, his mox Rhæti & Vindelici junguntur.

71. Ultro ijdem agnoſcunt Cæſarem Vitellium ſuum olim præſidem Otthonem non agnoſcunt.

72. Veſpaſianus Rhætorum exambit gratiam, quam negant, donec de morte Vitellij certi redderentur.

73. Oeni Rheniq; accolæ in Romanos inſurgunt, Coloniam, Moguntiamq; aliasque urbes occupant, multaque millia Rom. obtruncant.

74. Franci Teutones, fædus iterum cum Thuringis & Saxonibus ineunt, & 4. prælijs cruentiſſimis multa millia obtruncant.

75. Nimia ſiccitate totus pene Rhenus exaruit, Germanis in Ungariam & Africam Arma inferentibus. Danus Pomeraniam vaſtat.

76. Julius Civilis, Hollandiæ Præſes, multas Belgij urbes Romanis eripit, ſpoliat, & incendit.

77. Germani pergunt vaſtare Belgium, & ex Pannonia Præſidia Romanorum ejiciunt.

78. Dani Suecorum ope Saxones bello petunt, cæſis utrobique multis millibus, victi Saxones tributum pendere coguntur.

A. C.	
79.	Veſpaſiano Imp. quieta Germania. Suevi cum Rhætis & Vindelicis mercaturam exercent.
80.	Idem Imperator vires olim Germanorum expertus, eos nunc ſibi humanitate & muneribus conciliat.
81.	FrotoDaniæRex opeWandalorum & Suecorum Ruſſiam & Pruſſiam vaſtat. Succedit Veſpaſiano Titus, Amicus Germ.
83.	Magnus etiam in Germaniam luctus Amico Cæſare Tito ſublato.
84.	L. Antonius Præfectus Rom. ad Rhenum contraDomitianum inſurgit,& opeGermanorum multa millia Rom. trucidat.
85.	Plurimas per Germaniam urbes Romanis eripiunt Teutones, contra quos miſſus L. Sabinus gravi clade afficitur
87.	Proſequuntur rem Germani & per Hollandiam, Seelandiam, & Rheni oris urbes expugnant, & Romanos obtruncant.
88.	Miſſas ex Urbe contra ſe Legiones, cæſis multis millibus, quod reliquum, in fugam agunt. Inde ipſe occurrit Imperator.
89.	Victus â GermanisDomitianus Imp.pacem mercari cogitur, & cōductis auro in ſpeciem Germanis,Romæ triumphat.
90.	Ratherius Francorum Teutonum Rex illuſter Victorijs contra Gallos, moritur, ſuccedit Richimer filius Froto Rex Daniæ iterum Saxones vincit.
91.	Suertingus Saxonum Rex Frotonem ſplendido excipit epulo, & exitu præcluſo, Pala-

A. C.

Palatium comburi jubet, & cum hoſte exuritur.

92. Witikindus novus Saxonum Rex cum Richmere Rege confœderatur, Danorumque jugum excutit.

93. Ingellus Daniæ Rex ipſe amicitiam Witikindi ambit, ſororemque an filiam ejus ducit. Witikindus & Richimer rem fortiter contra Gallos agunt.

94. Hollandi atque Seelandi in Romanos arma corripiunt, quos mactant partim, partim ejiciunt.

96. Richimer magno animo Princeps, in Gallias ſæpius ducens ſemper victor revertitur.

97. Occiſo Domitiano, Nerva Imp. Germanis magna ex parte tributum remittit, ut ſibi obnoxios redderet.

99. Nerva Collegam ſibi ex Germania aſciſcit Ulpium Trajanum oræ Rhenænæ Præfectum, Germanis ob modeſtiam clarum.

100. Richimer ope Witikindi Sax. & Hermanfridi Thuringorum Regis, multa Romanorum millia in Gallijs conficit, ſed novo ſuperveniente Rom. exercitu recipere ſe cogitur.

101. Decebalus Gotthorum Rex dum Saxoniam & Thuringiam vaſtat, ab occurrente Richimere cæſis 20. millibus fugatur.

102. Witikindus à Vinione Wandalorum Rege, preſſus Richimeris & Hermanfredi ope

A. C.

ope inſignem triumphum refert.

103. Inſtat fugientibus Witekindus & in ipſa Wandalia oppugnat.

104. Farabertus Marcomannorum & Suevorum Rex glorioſe factis innoteſcit. Witikindus Wandalos triumphare pergit.

106. Sunno Richimeris filius Francofurti ad Oderam conſidet, cum 20. millibus, & vicina Wandalis erepta communit.

108. Novis motibus Saxonia & Thuringia vexatur, ſive Danis ſive Wandalis omnia vaſtantibus.

109. Trajanus variè afflictus, Germanos auro ſibi obnoxios reddit, ne quid contra Imperium auderent.

112. Valde benevolè Rhætos Trajanus habet, de Auguſta Vindelicorum optimè meritus.

114. Richimeri mortuo ſuccedit filius Odemarus, qui vix adito Regno contra Romanos conjurat.

117. Odomarus Romanis nil porro contra Germanos tentantibus utilibus legibus Reipubl. conſulit, & Urbes condit.

119. Trajanum æquè luxere mortuum Germani quam Romani, Amicum Principem, ſub quo Germania exculta.

122. Adrianus iiſdem artibus Germanos devincit, in Rhætia Ducem exercitus Rhætici inſtituit.

125. Sunno Richimeris Regis filius, primus Marchiæ Dux qui provincias illas cum Rugia, Pomerania, & Mechelburgenſi

A. C.

genſi ditione Danis & Gothis eripuerat, moritur.

126. Vilimer Gotthorum Rex Sunnonis morte cognita Ruſſiam Pruſſiamque recipere conatur, & aliquot urbes occupat.

127. Clodomirus Marchiæ Dux cum Vilimere varia fortuna ſæpius concurrit.

128. Francorum Teutonum Rex Odemarus moritur, pacis amantiſſimus, ſuccedit filius Marcomirus.

130. Adrianus Imp. & ipſe cum Germanis pacificè vivit, & novos Præfectos in utramque Rhætiam mittit.

131. Auguſtæ Vindelicorum ornandæ plurimum impendit Adrianus Imp. quam â ſe cognominari Æliam jubet.

133. Auguſtani demerendi viciſſim Cæſaris ſtudio, Matidiæ, quæ Auguſtæ ſoror erat, ſtatuam erigunt, procul dubio ipſum prius Cæſarem ſtatua honorantes.

134. Marcomirus Rex, Marpurgum Haſſiæ condit, â ſe primo Marcomiri Burgum cognominatum.

135. Alaricus Wandalorum & Herulorum Rex Marchiam Pomeraniam & Rugiam infeſtat.

137. Clodomirus Marchiæ Dux recollectis viribus vario Marte cúm Wandalis congreditur.

138. Adrianus Imper. certis limitibus Ger-

A. C.

maniæ fines partitur, Teutones beneficijs obligat.

140. Mortem Adriani humaniſſimi Principis plurimum dolent, ſub quo multum opibus & potentia crevêre.

141. Antoninus Pius, pia Adriani æmulatione Germanis tributa & onera alleviat, eosque officijs & muneribus obligat.

143. Marcomirus Rex, ſuos ne otio torpeſcerent, ludicro armorum exercitio, & muniendis urbibus occupat.

144. Clodomiro Marchiæ Duci ſuccedit Suimo filius, qui mox gloriæ cupidus ad Oſtia Sprevi Suimoviam condit.

146. Winiſlaus Wandalorum Rex, Marchiam & Pomeraniam vaſtat, quem multis millibus cæſis Suimo in fugam agit, & Scorelizij, obſeſſum, congredi auſum internecione delet.

147. Idem Suimo ſeu Sunno nuncFrancofurtum ad Oderam condit.

148. MoriturMarcomirus ſuccedente inRegnum Clodomiro filio. Peſte & fame laborat Germania.

149. Varabertus Suevorum & Marcomannorum Rex Danubium tranſgreſſus, præſidia Rom. expugnat, repreſſus ab Aufidio Caſſio.

150. Aufidius 3000. dedititios obtruncat, ob hanc crudelitatem juſſu Cæſaris ſuſpenſus. Varabertus Romanos per Auſtriam & Ungariam bello premit, Clodomirus Gallos, Suimo Wandalos vaſtat.

Wigt

A. C.

151. Wigwardus Cimbrorum Dux Saxoniam latè cædibus vexat.

152. Clodomirus Rex, fines Regni late propagat, & Gallos acri bello perſequitur. Wigwardus pergit impugnare Saxones.

153. Reſpirant Saxones dum Cimbri & Dani inteſtinis motibus fluctuant, ablata recipientes, ſua firmantes.

154. Antoninus Pius Germanos demereri ſatagens, in Præfectos rigidè animadvertit, qui ſubditos vexaverant.

155. Saxones, Danorum vexatione liberi, rem ſuam egregiè promovent, & loca diverſa communiunt.

156. Saxonum conatus Gotthi Wandaliq́ue intercipiunt, & per Marchiam Miſniamq́ue omnia infeſtant, urbes occupant.

157. Eranci Teutones, ſubſidio Saxonibus occurrunt, inde graves ſtrages datæ acceptæq́; Romanis manus abſtinentibus, ne in ſe juncti verterentur.

159. Francis ſua repetentibus Saxones pene à Wandalis evertuntur, omni ferè ſubacta Saxonia.

161. Wandali nimio rerum ſucceſſu Romanis ſuſpecti ab ipſomet Auguſto bello petuntur & profligantur.

162. Saxones hoſte liberi, facile expugnata recipiunt, & de novo adverſum vim hoſtium communiunt.

163. Mortuo Antonino Pio, quem impenſe coluerant, ſtatim Germani à fide Romanorum deficiunt.

Catti,

A. C.

164. Catti, Thuringi aliique German. populi multa Romanorum millia obtruncant in Tirolim uſque & fines Italiæ progreſſi.

165. Antoninus Philoſophus Imp. in Tirolim occurrens, terret hoſtes; multaſque urbes recipit. Obijt Clodomirus ſuccedente in Regnum filio Faraberto.

166. Hic ſtatim cum Saxonibus Cattis, Moravis, Hollandis & Anglis contra Romanos conjurat, his plurimum territis.

167. Germani quadruplici exercitu Romanorum præſidia ad Rhenum atque Danubium invadunt, multa millia cædunt.

168. Miſſi 4. â Romanis Duces â Germanis profligantur, qui in Italiam uſque progreſſi, ægrè â Pertinace repulſi ſunt.

169. Trepidat Roma metu Germanorum, miſſi novi contra illos exercitus, Vindio & Victorino Ducibus, cum ſtrage fugantur.

170. Cæſares ipſi, maximo apparatu bellum Marcomannicum decernunt, totus pene orbis peſtilenti lue vexatur.

171. Movet uterque Imperator in Germaniam & Marcomannos Victorinus denuo profligatur, ita ut Verus Imper. receptum ſuaderet, obnitente Antonino.

172. Apoplexia decedit Verus, Antoninus cum Germanis congreſſus magna clade afficitur.

173. Germani cæteri, Sociorum illecti victorijs,

A. C.

rijs, præſidia Rom. paſſim occupant, multis millibus cæſis.

174. Duridum Vaticinatione deberi Germanis Imperium, tempus adeſſe rati omnes fere conjurant in Romanos & Italiæ minantur.

175. Memorabilem prorſus victoriam Chriſtianæ Legionis precibus quæ dein Fulminatrix dicta eſt, refert Antoninus.

176. Cæſar ad Senatum refert acceptum precibus Chriſtianorum memorabilem victoriam, quam proſequi conatus in Orientem vocatur.

177. Germani per abſentiam Imp. præſidia denuo ejiciunt & magnos exercitus cogunt.

178. Egregio ſucceſſu nobiliores quaſvis urbes expugnant, & Romanos immani cæde tota Germania ejiciunt.

179. Revertitur ex Oriente Imper. varijſque prælijs victor plerasque urbes recipit.

180. Simulata fuga, robuſtiores regreſſi Germani Cæſaris exercitum cæſis 20. millibus graviter atterunt, ipſo in mœrorem, & gravem morbum prolapſo.

182. Moritur Viennæ in Auſtria Antoninus ſuccedente Aurelio Commodo filio, qui pacem auro redimit, & Romam properat.

183. Wandali pluresque Germaniæ populi, ingenti hominum ſtrage fines Italiæ invadunt, quos Herennij propulſant.

Com-

A. C.

184. Commodus Imp. largitionibus amplisGermanos ab Italia aveitit, quo ſecurius domi in cives graſſaretur.

186. Farabertus Francorum TeutorumRex moritur ſuccedit filius Sunno ſive Hunno.

188. Commodi Imperio commodè vivunt Germani, agros colunt urbes & ædes ſtruunt, venationi ſtudent & ludicro certamini.

190. Vexantur bello ab Alemannis & vicinis ſuis Rhætiæ populi, quod nimis vicini & Amici Romanis eſſent.

193. Hoc & ſuperiore anno S. Lucius Britanniæ Rex Rhætis Chriſtum prædicat,ſed & alibi in Germania idem fit.

195. Occiſo Commodo alijſq; & alijs Imperio obtruſis, Germani rem ſuam promoverit,& ditionem ac jura prolatant.

197. Moritur Brando Brandeburgi conditor, Marchiæ Dux, cujus morte comperta Wandali denuo Regionem vaſtant.

198. Ijdem tota ferè regione ipſoq; Brandeburgo potiuntur.Inde Saxoniam &Miſniam ferro & igne vaſtant.

199. Laborat plurimum in Rhætia lucranda S. Rex Lucius, multaque atrocia pro Chriſti perfert gloria.

200. Expertus jam olim inGermania agensSept. Severus Imp. Germanorum vires & ſynceritatem, ipſos muneribus devincit.

201. Haldanus Boius exul Sibarum Saxoniæ Principem inter nuptias opprimit, & ſponſam abducit. Obijt Dietericus Rex Wandalorum.

A. C.

202. Haldanus oppreſſa Saxonia Daniam quoq; miro rerum ſucceſſu invadit, omnia terroribus implens.

203. Idem Tyrannus proſequitur victorias, & Daniam Saxoniæ jungit.

204. Pari felicitate Sueciam aliaq; Septentrionis Regna evincit.

205. Intercipit fortunam Haldani Ericus Sueciæ Rex, ipſumq; ejicit.

206. Reverſurum in Sueciam Ericum in montibus excipit Haldanus, & totum penè exercitum lapidibus obterit, Erico evadente.

207. Dum Ericus Sueciam ab Haldano peti animadvertit, ipſe Daniam invadit, tribus prælijs victo Haldani Vicario.

208. Varia fortuna, multis utrobiq; millibus cæſis ijdem colliduntur.

209. Pergunt Haldanus & Ericus nunc pro vita, nunc pro fortunis & Regno dimicare.

210. Ejectus deniqſe Dania Ericus, dum collectis viribus redit cum multis millibus ipſe in acie occumbit, Haldanus etiam Suecia potitur.

211. Severus Imp. 32. legiones in provincias limitaneas diſtribuit. Nonnulli dein Romanorum apud Germanos ſedem figunt.

212. Dani evocatis auxilijs Tyrannum ejicere moliuntur ipſo facilè rebelles compeſcente. Severus in Rhætia vias & pontes ſternit.

213. Suimo ſeu Sunno Francorum Rex Gallis ſæpe domitis glorioſiſſimus moritur, ſuc-

A. C.

ſuccedit Hildericus filius. *M*oritur etiam Severus Imp. qui Germanos muneribus compeſcuit.

214. Dum â Severi morte crudelius Germanos Præfecti tractant gravium motivum & defectionis cauſam præbent.

215. Germani toto Rheni & Danubij tractu, injurias ulti, præſidia Rom. evertunt, multis millibus merſis & obtruncatis.

216. Caracalla Imp. ipſe occurrit & cruentis aliquot prælijs Germanos atterit. pactus denique in annos ſingulos magnam vim auri, & captas ab illis urbes relinquere, Romæ triumphat.

217. *R*edux & ſecurus de fide Germanorum, Germaniam luſtrat Germanis faſtum ejus mirantibus, liberalitatem laudantibus.

218. Hildericus Francorum Teutonum Rex pace utitur, & de novo egregias condit urbes, cæteros communit.

219. Caracalla ſolis Germanis charus, Romæ occiditur, ab Auguſtanis inſigni ſtatua honoratur.

220. Heliogabalus Imp. venalia omnia habens, peſſimos quoſvis Præfectos provincijs deſtinat.

221. Saxonia tota in armis eſt metu Unguini Gotthorum *R*egis, qui â morte Haldani, omnia ſibi ſubjicere ſtatuit.

222. Metu Heliogabali, plurimi Romani in Germaniam atque inprimis Rhætiam con-

A. C.

confugiunt, ubi & ſedem figunt.

223. Heliogabalus dum in Germanos Marcomannos movere conſtituit, ſive oraculis, ſive ſaniore conſilio prohibetur.

224. Alexander Severus poſt cædem Heliogabali imperat. Is nutantes Romanorum res, conciliatis ſibi Germanis, ſtabilit.

225. Nequiſſimis Præfectis optimos ſubſtituit, quibus Germanos ſingulariter commendat, & ab injurijs abſtinere jubet.

227. Germani ſi unquam aliàs quieti, Præfectis ROM. amicitiam ambientibus, connubia quærentibus & offerentibus.

228. Toti agriculturæ ſe dedunt Germani, nobilioribus Venationi vacantibus, & ludicro armorum exercitio.

230. Delectus magni per Saxoniam & vicinas provincias facti, Danis, Gotthis Suecíſque bello exardeſcentibus.

231. Severus Imp. rigidus ſuorum cenſor, non Amicis ſolum ſed hoſtibus conſulit, ne quis Præfectorum litem moveret.

234 Cæſare in Perſas movente, antiquæ libertatis prætextu ROMANOS omnes Germania excedere jubent, Danos Gotthoſque in auxilium vocantes.

235. Germani immani præſidiariorum facta cæde, ROMANIS omnia quæ â 250. annis obtinuerant eripiunt.

236. Ipſe Auguſtus cum 150. millium exercitu

A. C.

citu, movet in Germaniam Urbes amiſſas recipit, & egregiè communit.

237. Partitur provincias in Præfectos & Duces, quos inter Geminij, Sicinij, Corvini, diverſas dein familias Gemmingiorum Maſſenbach Neuhauſiorum, Sickingiorum, Flehingiorum, &c. condidêre.

238. Occiſo Alexandro Maximinus parricida invadit Tyrannidem, qui gravi clade profligatis Germanis movet in Galliam.

239. Turbatis denuo Germaniæ & Ungariæ rebus, Maximinus ipſe advolat, atq; in Bojaria & Auſtria multa hoſtium millia mactat.

240. Rebellant ſollicitante ipſo Rom. Senatu multæ provinciæ, occurrens Imp. in obſidione Aquileiæ â ſuis perimitur. Deficiunt Germani

241. Sæviunt crudeliſſime in Romanos Germani, & occupatis Urbibus præſidiariorum multa millia immani cæde obtruncant.

243. Exules ſuperioribus annis Germani è Sarmatia erumpunt, & in Auſtriam Boicamque reverſi ſuas ſedes grandi Rom. ſtrage recipiunt.

244. Corn. Licinius Valerianus reparatis viribus illos denuo ejicit. Gordianus Imp. Germanos Miſiæ partem occupantes, exterminat.

245. Oſthenus Gotthorum Rex, Pomeraniam, Marchiam Brandeburg. Miſniam, Bohemiam, Sileſiam, ferro igneq; vaſtat.

246. Eaſdem calentes etiamnum fumo & cinere obru-

A. C.

obruunt Marcomanni & Suevi. Gordianus æquus Germanis occiditur.

247. Philippus Imp. multa Germanorum millia conſcribit, qui præclaram ipſi operam bello navant.

248. Mœſiam & Pannoniam invadunt Gotthi, adſunt Philippo Imp. Germani, Gotthis paulo poſt edomitis & fuſis.

249. Dum Philippus Romanos largius quam Teutones remuneratur, hi dona ſua ad pedes ejus abjiciant & ipſi renunciant.

250. Ijdem mox urbes Rom. ad Saurum & Danubium, ſedet in Mœſin & Thracia expugnant, multaque millia Rom. obtruncant.

251. Marinus contra eoſdem miſſus dum Philippopolim & Nicopolim communit, ubi arcte habitus dum in Cæſarem culpam rejicit ſalutatur ipſe Imp. animoſiorque redditus hoſtes in fugam agit.

252. Philippus â Decio occiſis, majore contemptu Romanorum Germani accenduntur, omnemque viam tentant aſſerendæ Libertatis.

253. Hilderico Rege mortuo, Principe Mavortio filij Bartherij prius animum explorandum ducunt, peſte etiam ab expeditione prohibiti.

254. Interim fortunam Gotthorum ſequuti, prælio quo Decius perijt inſignem operam navarunt.

255. Trebonianus Gallus Imp. Licinium Valerianum Rhætiæ Præſidem cum Legionibus

A. C.

bus Germanicis contra Æmilianum Tyrannum evocat.

256. Valerianus occurſurus cum Germanis, audita Galli Imp. morte ipſe in Rhætia ſalutatur Imp.

257. Gallienus à Valeriano Collega adoptatus, tumultuantibus Marcomannis magno cum exercito in eoſdem movet.

258. Gallienus repreſſis Marcomannis Piporam Regis illorum filiam ducit.

259. Conſopitus Cæſaris affinitate Rex, dum eam concubinæ loco haberi audit, arma reſumit, totuſque in exitium Rom. incumbit.

260. Quadruplici exercitu Romanorum provincias Germani invadunt alij Gallias & Hiſpanias, alij confinia & Italiam, alij Illyricum Epirum, Thraciam, alij Auſtriam & Ungariam, ingenti ſtrage edita.

262. Plurimis Tyrannis Galliano imminentibus impune theſauros Europæ Germani partiuntur, & arma paſſim promovent.

263. Gallia & multis provincijs manus Germanis dantibus, ſtultus Imp. Gallienus: Et nunquid, ait, ſine iſtis eſſe non poſſumus?

264. Marcomanni & Suevi, novo coacto exercitu, Moguntiam, Treverim, Metas, & ultra 70. Urbes expugnant, grandi Romanorum ſtrage.

265. Merobaudus Saxonum Rex Illyricum & partem Italiæ Ravennam uſque populatus, in Romanos paſſim immaniter ſævit.

266. Rurſus Gallias pervadentes Franci noſtri, Saxo-

A. C.

Saxones, Wandali in Hiſpanias perrumpunt, cædibus omnia implentur.

267. Quadi Sileſijque Pannoniam & Hungariam vaſtant, præſidia obruunt.

268. Illyricos denique exaudit Gallienus & reliquias Germ. ejicit.

269. Flavius Claudius ſalutatus Imp. deliberat potiusne Tyrannos à ſe amoliatur, an Germanos?

270. Totis viribus in Germanos ſocioſque Gothos movens 15. millia prope lacum Benacum cædit.

271. Heruli Tranſylvan. partemq; Ungariæ vaſtant, moritur Bartherus Rex fortiſſimus ſuccedente Clodio filio.

272. Aurelianus contra Germanos in Gallia pugnantes movet & multa millia contrucidat.

273. In Tyrannos quoque ducens ſubſidio nonnullo Germanorum nixos, victor quoq; redit.

274. Iterum tres ex Germanis victorias refert, prope Ticinum, Placentiam & Metaurum.

275. Zænobiam Orientis Imperium invadentem memorabili victoria triũphat, Rhætis præclaram ipſi operam navantibus.

276. Germanos paſſim diſperſos facile hinc inde inceſſit Aurelianus, gloriatus ſemper plures quam ceciderant mactaſſe.

277. Dum totus in perniciem Germanorum incumbit Aurelianus, Notarij ſui ſcelere mactatur, ſuccedente Tacito Opt. Imp.

278. Vix domiti recentes in prælia con-

A. C.

ſurgunt Germani, Francis in Galliam, Suevis & Quadis in Pannoniam ſigna inferentibus.

279. Gallias invaduntGermani quorum 40000. cædit Probus Imp. & 60. urbes recipit.

280. Bonoſus, Probo in Oriente occupato Geldriam, Cliviam, Juliacum Flandriam & Brabantiam invadit.

281. Probus totam diem cum Germanis pugnans ad caſtra repellitur, ſeparatos aggreſſus nil efficit, tandem ſtipendia iiſdem promittens 16000. ſuis adjungit.

282. Bonoſo & Proculo Tyrannis navant operam Germani.

283. Probo oceiſo Germani irati, qui ipſi militaverant egregiè ulciſcuntur, & infeſta omnia habent.

284. Pergunt ulſciſci necemProbi Teutones donec ab alijs Cæſaribus ſeu Tyrannis ſtipendia oblata reciperent.

285. Diocletianus MaximinianumCollegam adſciſcit, cuiAlemanni negotia creantRhætiam armis petentes.

286. Carauſius contra Francos & Saxones miſſus ipſe deficit, & Auguſti nomen aſſumens eos ſibi conciliat.

287. Maximianus Rhætis ſubſidio adeſt, & Alemannos fugat.

288. Diocletianus ipſus in Quados & Marcomannos ducit, quibus victis Romæ triumphat.

289. Dum Africano Impp. bello occupantur, Saxo-

A. C.

Saxones, Heruli, Suevi, Wandali Romanas Provincias vaſtant.

290. Saxones Heruli & Marcomanni Præſidia Romanorum in Auſtria & Boica expugnant.

291. Pergunt ſpolia ex Romanis agere Germani, Maximianus Imp. Rhætiæ jungit Algoviam, Lintzgoviam, Hegoviam, &c.

292. Bavariam, Palatinatum, Auſtriam, Franci & Marcomanni ſubigunt cæſis univerſis præſidiarijs Rom.

293. Galerius dum in Germanos movet â Diocletiano revocatur, Germanis cæde in Romanos ſævire pergentibus.

294. Occurrit hoc anno Galerius & Suevos, Alanos & Quados nonnihil reprimit.

295. Romani fortuna uſi plurimas ad Danubium urbes recipiunt & muniunt

296. Thuringi atque Alemanni partes trans Rhenum Gallicas igne & ferro vaſtant. Conſtantius ab his vincitur.

297. Conſtantius Clorus hoc anno prope Conſtantiam (â ſe dein cognominatam) 60. vel 70. millia profligat

298. Reſtaurat Vitodurum, ut diximus, Conſtantius & â ſe Conſtantiam cognominat, extante etiamnum inſcriptione.

299. Proſequitur Victoriam Conſtantius & plura ad Rhenum trophæa erigit: & Nemetum Metropolim reſtaurat.

300. Etiam in Germania hoc anno, Auguſtæ Vindelicorum Treveris, &c. Imperatores Chriſtianos mactari jubent.

301. Conſtantius magna cura omnia Rheni

A. C.

littora munit, ac dein ad motus Britanniæ compeſcendos pergit.

302. Conſtantius ex Anglia in Belgium enavigat multas urbes recipit, & præſidio Rom. firmat.

303. Pergunt ſævire etiam in Germania Impp. Auguſtæ S. Afra cum ſocijs, Treveris plurimi *Ma*rtyrio afficiuntur.

304. Alemanni Romanis infeſti oras Rheni, Helvetiamque & Rhætiam igne & ferro vaſtant.

305. Abſente Conſtantio Germani Germaniæ inferioris urbes cæſis præſidiarijs recuperant.

307. Franci Teutones rem fortiter agunt in Gallia, Gualtero Rege fortiter occumbente, ſuccedit Dagobertus filius, cujus primos conatus Conſtantius intercipit & aliquot cædit.

308. Conſtantinus Magnus Conſtantij filius, cum Bructeris Lupiam inter & Ruram congreſſus victor evadit.

309. Idem pontem Rheno prope Coloniam imponit, & multa felicitate, Vangiones, Cheruſcos, Bructeros & Alemannos domat.

310. Ejuſdem Pontis beneficio, hâc illâcque movens, res novas molientes Germanos glorioſè compeſcit.

311. Vechta Rex Saxonum â quo nomen arci & fluvio hos inter motus immotus, arces & urbes condit, Leges inſtituit.

312. Dum in Maxentium ducit Conſtantinus, Ger-

A. C.

Germani paſſim in præſidia Romanorum ſævirent, libertati intenti.

313. Francos â fide data deſciſcentes, gravi pugna & ſtrage ultus Conſtantinus Treveris ſolemnem agit triumphum.

315. Fortunam Conſtantini admirati Teutones, quieſcunt aliquamdiu Saxonum exemplo & agros incultos colunt.

317. Moritur Dagobertus Francorum Teutonũ Rex, ſuccedit Clogio. Helena Conſtantini mater novis Martyribus diverſa per Germaniam templa conſtruit.

319. Hoc anno Treveris magnificam S.Maximini Baſilicam condit. Pro patria cumGallis & Romanis pugnans Clogio cadit.

320. Clogioni frater Clodomirus ſuccedit.S.Helenæ exemplo multi GermanorumChriſto dant nomen.

321. Sauromatas & Scyhtas auxilijs Germanorum ſubnixos edomat Conſtantinus.

323. Dum contra Romanos nil audent Teutones ipſi colliduntur Francis & Thurringis, ſpoliorum partitionem ferro definientibus.

326. Franci, Suevi, Thuringi alijque pacis initæ firmandæ cauſa, limites ſuarum provinciarum conſtituunt.

327. Optime merita de Germanis S. Helena moritur, cum ingentem SS. Reliquiarum Theſaurum, de cruce Dominica veſtem Chriſti Domini & B. M. V. Trevirenſibus reliquiſſet.

A. C.

329. Felix Germaniæ ſtatus, plurimis Chriſto nomen dantibus, mutuo pacem firmantibus, æquitati ſtudentibus.

333. Conſtantinus poſt Conſtantinopolim in Oriente conditam Conſtantiam Acronianam, ornat, & Crucem inter ejus inſignia collocat, Chriſti fidem Germanis commendans.

335. Pacis & belli artibus ſpectatiſſimus Teutonum Francorum Rex Clodomirus, optimis diſciplinis ſubditos excolit.

336. Magnus ille Catholicæ propugnator fidei S. Athanaſius in Germaniam effugit, & Treveris exulat.

337. Magno Germaniæ luctu & damno minitur S. Conſtantinus Magnus, eoq; ipſo anno Clogio, huic Richimer ſuccedit.

339. Filijs Conſtantini, partitione Regnorum non contentis res Germaniæ fluctuant, paulo poſt conſopitæ.

341. Franci Teutones, magno cum exercitu Galliam obruunt, quos Conſtans acri prælio ſuperat & fugat.

344. Weſtphali Friſiam infeliciter tentant, magna clade repulſi, Friſijs mox Weſtphaliam peſſumdantibus.

345. Hoc anno Friſijs rem ſuam promoventibus, Weſtphalia & Angrivaria ab ipſis ſubigitur.

348. Coloniæ Agrippinæ ſolemne Concilium celebratur, quo Euphrates ejus loci Epiſcopus tanquam Arianus dejicitur.

350. Richimer Francorum Rex Galliam invadens glorioſè cadit, ſuccedit frater Theodomi-

A. C.

domirus. Alemanni Rhætiam infeſtant.

352. Gundomandus Alemanniæ Rex, ditiones Galliæ trans Rhenum invadit & magna ditatus præda urbes expugnat & diruit.

353. Witta RexSaxonum floret.Decentius contra Alemannos vaſtantes Rhætiam pugnans,gravi clade profligatur.

354. Conſtantius magno cum exercitu contra Alemannos agit,ſed nil proficit,Gundomandus occurrit,quo cum paciſcitur.

355. Germani Coloniam expugnant & diripiunt,& Galliam vaſtant, contra quos Julianum evocat Conſtantius.

356. Conſtantiam Acronij ab avo conditam excolit Junior Conſtantius. Julianus Teutones Gallia ejicit.

357. Chonodomarius cum alijs S. Regibus Germaniæ dum Galliæ imminet cæditur à Juliano & capitur. Germani pacem petunt & obtinent,caſtris eorum limitaneis deſtructis.

359. Julianus 7.adRhenum urbes,Conſtantiam, Noveſium Bingium,Bonnam &c. contra Alemannos munit ob res præclare geſtas à militibus, quos inter Germani Duces, Imp. ſalutatus.

360. Theodomirus Francorum TeutonumRex, Gallos Romanoſq; acriter premens glorioſè cadit,ſuccedit Clogio filius.

361. Conſtantia mortuo Julianus fidem negat, graviter periclitante Germania, etſi huic æquiſſimum ſe ſimularet.

363. Magno metu liberantur TeutonesChriſtiani,Juliano cæleſti vindicta ſublato.

A. C.

364. Clogio Francorum Rex contra Gallos rem fortiter gerit. Rhætia à Valentiniano Mamertino Guardiæ præfecto committitur.

365. Germani Gallias igne & ferro vaſtant, miſſos binos à Valentiniano cum exercitu Duces, utrumque vincunt & trucidant.

366. Valentinianus majore apparatu Teutones aggreſſus vincit & Gallia ejicit.

368. Celebri Feſto Germani Moguntiam occupant & ſpoliant. Valentinianus ipſe occurrens in inſidias incidit, & ægrè evadit.

369. Valentinianus cum arcere Alemannos à Rhætia non poſſet, omnem Rheni ripam ad Oceanum uſque caſtellis & turribus munit.

370 Saxones in provincias Romanorum irruunt, omnia vaſtant.

371. Saxones miſſus cum exercitu Severus avertit. Burgundi à Romanis contra Alemannos concitati dum occurrunt, nec ulli ſe ipſis Romani jungunt, graviter ſuccenſent.

372. Alemanni Burgundionum adventu ſubito territi, dum multi diffugiunt, à Theodoſio ſeniore in Italia ſedes accipiunt.

373. Congregati denuo Alemanni in munitiones contra ſe factas irruunt, præſidia cædunt, turres deſtruunt.

374. Valentinianus nil armis proficiens, Alemannos ad aulam invitat, Duces creat, gen-

A. C.

gentemque lucratus, ipſorum opera præclarè utitur.

375 Quadi jurati Romanorum hoſtes, multa cæde in præſidia graſſantur, contra quos movens Imp. ſubito moritur.

376. Quadi rem ſuam promovent, alijs quoq; in excidium Romanorum concitatis, à quibus præſidiarij enecantur.

377 Alemanni & Lentienſes Rhætiam, mox etiam Galliam invadunt, ac cædibus omnia miſcent.

378. Memorabili victoria de Alemannis prope Colmariam triumphat Gratianus cæſis 35000. cæteris manus dantibus.

379 Rurſum inſurgunt Alemanni, proin Gratianus collega aſſumpto Theodoſio, huic orientem committit, ipſe contra Alemannos properat.

380. Rhæti exactionibus preſſi, ab auxiliarijs Rom. exhauſti, fame penè deficiunt. Ita ipſi Impp. ad Hypatium Præſidem.

381. Dum Gratianus uno loco Rhætis cavet, Alemanni alio irrumpunt.

383. Maximus Tyrannidem invadit, contra quem Gratianus relicto bello Alemannico, dum movet, dolo circumventus perimitur.

384. Maximus per Auſtriam, Boicam & Rhætiam in Italiam contendens, eas ſibi provincias adjungit.

385. Saxones Valentiniano Jun. fidi, tam in Anglia quam Gallia obnoxias Maximo urbes expugnant. Hic Duce miſſo ipſos rejicit.

A. C.	
386.	Marcomirus Francorum Teutonum Rex, plurimas Urbes Maximo extorquet.
387.	Maximo per Italiam occupato, impune Rhętos vexant Alemanni.
388.	Arbogaſt. Dux miſſus ab Imp. Urbes Rom. Rheno ad ſitas recuperat.
389.	Marcomirus rurſum Gallias invadens Præſidia Romanorum captis urbibus immaniter contrucidat.
392.	Immani Arbogaſtis Ducis ſcelere Valentinianus Imp. Treveris in Palatio Imperiali ſtrangulatur.
393.	Arbogaſtes dum Burcteros vexat, Genebaldus Francorum Dux 12000. profligat: Eugenius Tyrannus Rhætos fruſtra ſollicitat.
394.	Theodoſius juratum Germanorum hoſtem Arbogaſtem cum Eugenio Tyranno prodigioſa victoria triumphat. Arbogaſte ſemetipſum perimente.
395.	Theodoſio Imp. mortuo Honorio filio Occidens cum Germania Romana obtingit.
396.	Fritigelam Roſemundi Marcomannorum Regis conjugem ad fidem Chriſti convertit S. Ambroſius, cujus ſuaſu multi gentis credunt.
397.	Roſemundus ſuadente conjuge Amicus fit Romanorum. Stilico in Francos miſſus ijs devictis, captum Marcomirum Imperatori mittit.
398.	Dagobertus Marcomiri frater Inter-Rex conſtituitur.
399.	Dagoberto mortuo Genebaldus Dux rem Fran-

A. C

Francorum egregie reſtaurat. Stiliconi Alemanni magnam partem & *R*hæti militant.

400. Stilico juſſu Honorij cum vicinis Germaniæ gentibus fœdera contrahit, Amicitiam nectit.

401. Witigiſlum poſt Wittam Saxonibus imperat, *R*ex animo alacer, & qui non ſolum fines tueri ſed augere cœperit.

402. Stilico conciliatis ſibi Germanorum animis, eos belli ſocios adlegens Alaricum *R*egem gravi prælio triumphat.

403. Franci Teutones trans-*R*henanas Gallorum urbes petunt, â Burgundis ſibi metuentibus, vel *R*omanorum inſtinctu repreſſi.

405. Radagaſtus Herulorum Rex, terror nuper orbis, â Stilicone victus, in fuga captus, cum liberis obtruncatur.

406. Wandali Duce *M*ogegiſilo, cum Quadis, Marcomannis, Suevis, Herulis, Alemannis, & Saxonibus, inſtar grandinis Gallias vaſtant.

407. Ijdem, fruſtra obnitentibus Honorij præfectis, Moguntiam, Wormatiam, Attrebates, Nemetes &c. expilant & ſubruunt.

408. Honorius Olympij ſcelere Stiliconem tollit, *R*hætis & Alemannis Cæſarem deinceps execrantibus.

409. Wandali, Suevi, Quadi, Marcomanni in Hiſpanias uſque omnia expilant, urbeſq; omnes, qua pergerent ſubjiciunt.

410. Romam expugnat & incendit Rex Alaricus multis Germanorum millibus comi-

A. C.

tatus. Wandalorum pars in Gallijs intercepta capit.

411. Siciliam petiturus cum auxilijs Teutonicis Alaricus, repente moritur.

412. Wandali Hiſpanijs infuſi, diverſis locis ſe communiunt.

413. Poſt Wandalos hoc anno Franci Teutones Galliam opprimunt, ſed & Brabantiam vaſtant, Treveros expugnant.

414. Pergunt ſævire per Belgium Franci & varias urbes occupant.

415. Genebaldus Magnus Franc. Dux poſt plurimas res præclare contra Roman. Gallos & Anglos geſtas, vivere deſinit.

417. Dum Burgundis Romani ſedes concedunt, indignati Germani, trans-Rhenana rapinis exhauriunt.

419. Franci denuo ſibi Regem Pharamundum eligunt. Wandali Suevi & Gotthi Hiſpanias graviter exagitant.

420. Pharamundus ſtrenuè ſuos exercet, intra Rhenum & Amaſim omnia occupat, & expugnat.

421. Wandali Suevi, Hiſpanias vexantes victi ab Honorij Ducibus dant manus, ille compoſitis rebus Romæ triumphat.

422. Wandali Romanos in Hiſpanijs magna clade afficiunt, paulo poſt â Conſtantio & ipſi triumphati.

423 Honorio mortuo Suevi & Wandali in Hiſpania colliduntur.

424. Nil proficiens contra Suevos Gundericus Wandalos, ad inſulas Baleares convertitur, & eas deprædatur.

A. C.

425. Jura & Leges Salicas condit pro ſuis Rex Pharamundus.

426. Idem Gallias ex toto ferè ſubjugat, Gallisque & Germanis ampliſſime dominatur.

427. Bonifacius Dux Wandalos in Africam advocat, quod Tyrannidis innocens accuſaretur.

428. Flagellum DEI ſe prodit, terror orbis Rex Attila, qui Germanum origine ſe eſſe gloriatus, Germanos ſibi devinxit.

429. Gundericus Wandalorum Rex Hiſpalim expugnat, Hiſpaniaſque ſubigit, paulo poſt à dæmone diſcerptus. Regnat filius Genſericus.

430. Pharamundus, hoc, an ſuperiore anno moritur. Burgundi Chriſto ſe devovent, ſi de Hunnis triumpharent, triumphant.

431. Aſpar fortiſſimus alioquin Dux, à Wandalis gravi clade afficitur.

432. Aëtius trans-Rhenanas partes Clogioni, nil tale metuenti eripit, paulo poſt cum fœnore ab hoc recuperandas.

433. Clogio Thuringos fædifragos, magno cum exercitu obruens vectigales facit.

434. Genſericus Wandal & Herul. Rex Imperium in Africa propagat, dum Hypponem obſidet, moritur S. Auguſtinus.

435. Priamus Franciæ Orientalis Dux moritur, ſuccedit Sunno filius Sunnebergæ & Suntheimiæ conditor.

436. Pergit Genſericus in Africa, quidquid tentat ſubjugat.

437. Germanis per Hiſpanias & Gallias invaleſcen-

A. C.

leſcentibus, Aetius nuper exauctoratus reſtituitur,& feliciter pugnat.

438. Clogionis fortunam ſiſtit Aetius, cæſis aliquot millibus in Gallia.

439. Valentinus â Wandalis Germanis nimium preſſus Numidiam ex pacto illis cedit, ipſi Africæ ex hinc 90. annis dominantur.

440. Genſericus etiam Siciliam Africæ adjungere parat, verum Sebaſtiani egregij Ducis adventu cognito regreditur.

441. Theodoſius dum movet in Wandalos Genſericus pacem petit,quam lubens concedit Imp. dum Hunni imminerent.

443. Clogion, Cæſaribus in Oriente diſtentis, multas provincias ſubigit. Genſeric⁹ 161. Epiſc. in Africa Sacrilegè ſibi vendicat.

445. Clogio cum jam Burgundiam, Lotharingiam Aquitaniam Regno adjeciſſet, etiam nunc Toloſa & toto ferè Belgio potitur.

446. Saxones â Britannis invocati ſtrenuam ipſis contra hoſtes navant operam Wandali in Africa Cæſaris exercitum profligant.

447. Rechila Suevorum in Hiſpan. Rex Boeticam Regno adjicit. Carthaginem Romanis offert, quo quietius regnaret.

448. Moriuntur Clogio Rex Francorum Teuton. & Rechila Suevorum in Hiſpan. Rex, illi Merovæus ſuccedit Audax dictus.

449. Attila repente ex Oriente in Occidentem advolat, atque Iſenaci comitia agit. Hengiſtus

A. C.

giſtus pro meritis Cantij admiſſus poſt Regno potitur.

450. Attila Germanos ad ſocia convocans arma Burgundiam obterit, Hengiſtus Saxo Britannos ſedibus pellit.

451. Merovæus Rex Aetio contra Attilam adeſt, quo prælio in campis Catalaun. 190000. utrobique cecidiſſe memorantur.

452. Attila non minore quam ab Aetio clade ab Alanis Germanis, ad Ligerim cæditur.

453. *M*erovæus Rheno ſuperato Regnum ad Axonam uſque fluvium prolatat. Ab hoc Merovingica *R*egum familia cognominata.

454. Feliciſſima Germaniæ tempora, extincto Aëtio Vindice Rom. Libertatis & Imperij, Germanis quoque libere & impunè rem propagantibus.

455. Moritur Genebaldus Franconiæ Dux, Genſericus Wandal. invitatus Rom. occupat.

456. Marcianus Imp. cum Germanis, ſibi metuendis pacem init optimis quibuſq; provincijs ad eos, jure belli ſpectantibus.

457. Genſericus Rex, cætera invictus, Africæ domitor, de re Catholica ipſe Arianus peſſimè meretur, totus furit & ſævit.

458. *M*ajoranus Occidentis Imp. dum magno cum exercitu in Africam trajicit à Genſerico repellitur.

459. Merovæus Rex moritur ſuccedente filio Childerico.

460. Germania nunc tota, à Rom. Imperio libera, provinciarum liberrima floret.

461. Majoranus dum Alanos Germanos Gallia pellere

A.C.

pellere nititur, hi nudam præſidio Italiam invadunt.

462. Beorgor Alanorum Rex per Tridentinas fauces in Italiam infunditur, â Ricimere gravi clade profligatus.

463. Barto Rhætiæ nunc præeſt, qui auro pacem ab Germanis emit.

464. Alanos denuo Italiam, tentantes Ricimer avertit. Evaricus Rex Germanos in Gallijs & Hiſpania, nec impunè, vexat.

465. Genſericus ultra Alexandriam cum exercitu progreſſus, longè latéque omnia ſubigit.

466. Nec contenti eo uſq; proceſſiſſe Wandali, hoc anno etiam Siciliam tentant, â Marcellino Duce fortiter repreſſi.

468. Trans-Rhenani, Rauraci, Helvetij alijq; nil porro â Romanis ſperantes, ultro Germanis ſe dedunt & jugunt.

469 Childericus Regnum recuperat, pulſo Ægidio avariſſimo præfecto, & filio ejus Siagrio profligato.

470. Childericus ex inutili Rege, Generoſiſſimus Regnum longe propagat, Helvetiamque & Burgundiam Regno adjicit.

471. Alemannos quoque Regno adjicit Francorum Teutonum Rex Childericus, & Præfectos Agilolfingos ſui ſanguinis imponit.

472. Odoacer Styrus, non Herulus, ſed Herulorum auxilijs ſubnixus Suevos Bohemia ejicit, magnum bello nomen comparant.

473. Oſtrogothi Germaniæ populi ſub Theodomiro

A. C.

miro Rege, Illyricum, Græciam, Theſſaliam, Dalmatiam obruunt.

474. Odoacer Styrus, Styriæ Ducum Patriarcha Aureliam & Andegavum Galliæ occupat, quocum Childericus pacem firmat.

475. Hengiſtus Saxo Cantiæ Rex in prælio occumbit, Oſco filio fuga elapſo, mox tamen Regnum recipiente.

476. Nepos Occidentis Imp. ab Oreſte dejectus, Odoacris opem implorat, hic pulſo Auguſtulo Oreſtis filio, Regem ſe Italiæ nominat.

477. Hic firmando Regno cum Evarico Hiſpan. Rege confæderatur, Wandalos Sicilia ejicit, hanc Regno jungit. Moritur Genſericus.

478. Childericus rebelles Alemannos domat, varias provincias ſubigit.

479. Idem Stabiliundo Regno intentus, cum Odoacre fœdere jungitur.

480. Odoacer Childerico adeſt, & Alanos Gallia ejicit, hujus Regno dilatator.

481. Hunericus Genſerici filius, Germanæ humanitatis modum transgreſſus crudeliſſimè in Catholicos ſævit.

483. Idem hoc anno 4966. Epiſcopos & Clericos Africa ejicit, Childericus cum Saxonibus quoq; fœdere jungitur.

484. Hunericus Wandalus â vermibus corroſus, miſerrimè perit, quo ipſo anno Childerico mortuo Clodovæus magnus ſuccedit.

485. Saxones, ultimi, Romanos ejiciunt, & Regnum latè propagant.

Clo-

A. C.	
486.	Clodovæus ſimiliter Romanos Regno eijcit, & Regni fines ampliat.
487.	Heruli ſtipendiorum prætextu, an alio ſtyriam & Noricum vaſtant, quo advolans Odoacer ipſos reprimit.
488.	Nunc denique Romanos penitus Gallia eijcit Odoacer. Theodoricus Oſtrogotthus bellum Odoacri indicit.
489.	Superatus tribus prælijs Odoacer Ravennæ ſe includens obſidetur.
490.	Arnulphus Styrus Gridericum Regem Styriam opprimentem reprimit.
491.	Germani, quietis impatientes, mutuo ſedibus ſepellunt. Odoacer Ravenna erumpens quartam cladem accipit.
492.	Oſcus Cantiæ Rex, necem Hengiſti patris ulturus; cum Britannis congreſſus, cum fratre Hebuſo occumbit.
493.	Odoacer cum Theodorico pactus Regnum partitur, ab hoc perfide inter epulos occiditur. Styri domum reverſi Herulos eijciunt.
495.	Alemanni Præfectos Regios averſantur, & quæ olim detracta erant, ad alpes uſque Julias occupant.
497.	Tibingam Wirttenbergiæ hoc anno conditam Wolfgangus Jobſtius memorat.
498.	Alemanni nimiis Clodovæi ſucceſſibus territi, & malè conſcij quod ejus cognatos Præfectos ejeciſſent, ingenti conſcripto exercitu, victricia ſigna ad Ubios uſque promovent.
499.	Infeliciter primum congreſſus Clodovæus, Voto de fide Chriſti ſuſcipienda, ſuaſu conju-

A. C.

conjugis facto, prodigioſe triumphat.

500. Præfectos denuo Victis imponit Agilolfingos Principes regia omnia habere juſſos, præter nomen & coronam Clodoveus, & novis Legibus Alemanniæ conſulit.

501. Idem ingenti conſcripto exercitu in Gundebaldum Burgundiæ Regem movet, victumque Godegiſilo fratri partem cedere cogit.

502. Totus nunc idem eſt in propaganda Chriſti fide opera SS Euſpicij & Maximini. Crotildis Regina Idola evertit.

503. Pergunt prolatare Imperium Wandalini in Oriente, Alaricus Traſimundi frater Clodovæo minatur.

504. Rerum Alemanniæ ſatagit idem Rex, & per S. Remigij diſcipulos, Chriſti dogmata prædicari curat.

505. WeſtGotthi Catti & Thuringi Theodoricum Italiæ Regem per Legatos conveniunt, & Fœdera exambiunt.

506. Clodovæus quoque cum eodem Rege fœdus antiquum renovat.

507. Clodovæus in Alaricum Arianum Regem moturus, benedictionē à S. Remigio petit, & hoſtem toto cū exercitu profligat.

508. Memorabili ſucceſſu Clodoveus noſter rem Germanicam in Gallijs promovet, captis Urbibus, Gotthis paſſim trucidatis,

509. Idem Toloſanos opprimit, Engoliſmæ muris cœleſti virtute ad primum occurſum corruentibus.

510. Concilio Epaunenſi intereſt Bovicus ſive ſive Boulcus Vindoniſſæ Epiſcopus.

Tota

A. C.

511. Tota ferè Europa potiuntur nunc Germani, univerſaque Africa, Toti Orienti formidandi. Rachanacarium Ducem bello petit Clodovæus, & plures ſuſpectos Tyrannidis tollit.

512. Pergit propagare Regnum German. Francicum, & univerſa penè Gallia potitur ad fines uſq; Hiſpaniæ.

513. Prævidens mortem ſibi imminere ex varijs portentis, ſe digne præparat, multaq; Eccleſijs largitur.

514. Idem moritur, immortale nominis Germanici ornamentum regnis inter filios diviſis.

515. Germani in Hiſpanijs & Africa, DEI veri ignoratione rem Catholicam ubiq; labefactant.

516. Germaniæ Præfecti, ſive Duces Cognati Regij, per Alemanniam maximè varias arces condunt, Paſſium, Duellium, Potamum, certo refugio, ſiquid â morte Regis Alemanni molirentur.

517. Dani Germanicam infeſtant, â Theodorico Rege gravi clade affecti, & penè internecione deleti.

518. Hermanfridus Thuringiæ Rex, Collegas fratres exoſus, altero perempto, dum alterum inſectatur ab hoc in fugam agitur.

519. Hermanfridus altero quoque perempto fratre, quem bello vicerat, Monarcha factus, fœderum quoq; ruptor fit ex parricida.

520. Sanct. Fridolinus ex diſcipulo Sancti Remigij Divi Benedicti diſcipulus Rhætiam

& Rhe-

A. C.

& Rheni partes prædicatione illuſtrat.

521. Hermanfridus ingratus dum Theodorico minatur & pulcherrimas Rheni urbes vaſt..t, vix iſte ſatis Tyrannum avertit.

522. Cerditius Saxo fortunam conſectatus & famam, in Britanniam movens ſeptimum illic Regnum Occidentalium Saxonum fundavit. Theodoricus nunc in Thuringiam irruens parum efficit

523. Idem implorata fratris ope Thuringum denuo petit. Toto biduo atrociter pugnatum, debellatus tertia die Hermanfridus, & capta in quam fugerat urbe, ex miro præcipitatus eſt.

524. S. Fridolinus late Chriſti nomen propagat, Glaronæ inprimis & in Rheni tractibus. Subjugat Thuringiam Theodoricus, ejuſque frater Clotharius neptim Hermanfridi ducit.

526. Clodomirus S. Sigiſmundum Burgundiæ Regem bello captum interficit, mox ab hujus fratre Godomaro victus & occiſus.

527. Occa Germanus nepos Hengiſti Rex Cantiæ Pictos & Scotos debellat. Hildericus Rex Wandalorum in Africa rem Catholicam æterno merito illic promovet.

528. Godomarus â Clothario & Childeberto victus Regno ejicitur.

529. Optimus Rex Hildericus â Gilimere Thraſimundi filio circumventus dejicitur & occiditur, parricida in Catholicos ſævit.

Theo-

A. C.

530. Theodoricus cum Gotthis adverſum conatus novos Romanorum jungitur, quibus & fideliter adfuit.

531. S. Fridolinus mortuum Principem excitat, & Ranckvillam ad judices teſtam adducit factæ â ſe donationis.

532. Movet in Hiſpaniam Childebertus contra Amalricum Arianum, qui victus in fuga occiditur.

533. Ulciſcente nunc ſanguinem Catholicorum in Africa Numine Wandali tota Africa trimeſtri tempore exuuntur.

534. Gilimer â Beliſario in extremas anguſtias conjectus & captus Juſtiniano ſiſtitur, ingeminat: *Vanitas Vanitatum.* Vivere permittitur & ditione aliqua donatur.

535. Dum Juſtinianus Gotthos in Italia bello perſequitur Theodoricus iſtis fideliter aſſiſtit.

536. Concilio Aurelianenſi adeſt LaudoVindoniſſæ Pontifex.

537. Theodobertus Rex ſuſpectos conatus Romanorum habet, & dum ſubſidio Gotthis venit â Beliſario repreſſus fugatur.

538. Theodobertus Theodorici filius, dum Clothario patruo bellum iniquum movet, fame ſuos vexante impeditur.

539. Adſunt Vitigi Gotthorum Regi Mediolanum expugnanti Germani noſtri, ob egregiam virtutem laudati & remunerati.

540. Vitige Ravennæ intercluſo & capto Theodobertus fœdera Romanorum & amicitiam exambit.

Theo-

A. C.

541. Theodobertus contra quam pactus erat 80000. vel ut alij volunt 100000. in Italiam ducit, peſte majorem partem delente, ita ut animadverſa Numinis vindicta, regredi cogeretur.

542. Childebertus & Clotharius in Hiſpaniam uſque ducto exercitu Victores ubiq; ingenti præda divites revertuntur.

543. Morte Magni Monachorum Archiducis Benedicti memorabilis annus, cujus infinita in Germaniam beneficia extiterunt, ſingulis ferè provincijs filiorum ejus opera ad fidem converſis.

544. Illuſtrat Germaniam præter multos alios egregia ſanctitate Epiſcopos S. Eucherius Tungrenſis Epiſcopus.

545. Moritur S. Remigius, Clodovæi magni converſione de Germania longe meritiſſimus.

547. Juſtinianus Imp. videns Germanos non poſſe niſi à Germanis debellari Longobardos contra Gotthos implorat.

548. Saxones quoque Juſtiniano contra Gotthos in Italia militant. Moritur Theodobertus Rex triumphis glorioſiſſimus

549. Illuſtrant Germanias S. Domitianus Tungrenſis Epiſcopus, qui Concilio Aurelianenſi conſidens inter Patres, dum Hæreticos confutaret, virtute Divina elevatus altior conſedit.

550. Alemannis tumultuantibus occurrit mature Rex Theobaldus, & feliciter armis compeſcit.

551. S. Maurus Theobaldum Germaniæ & Auſtraſiæ

A. C.

ſtraſiæ Regem ſanɛte informat, cui hic omnem fortunam ſuam adſcribit.

554. Franci & Alemanni Italiam obruunt Bucelino & Amingo Ducibus, qui Sacrilegijs DEO inviſi â Romanis demum internecione delentur.

555. Moritur Theobaldus Germaniæ & Auſtraſiæ Rex. Alſatiam mira ſanɛtitate illuſtrat S Leopardus S P. Benedicti diſcip.

556. Turingi & Saxones morte Theobaldi audita arma corripiunt pro libertate, contra quos Clotharius vario Marte pugnat.

557. Dum Cramnus Clotharij filius rebellionem parat, hic Saxonicum & Thuringicum bellum accelerat, quod feliciter conficit.

558. Cramnus, ut nonnulli volunt, interceptus, cum uxore & liberis in caſa ruſtica crematur. Childeberto mortuo abſq; liberis Clotharius Monarcha Germania & Gallia potitur.

560. Summa pace Germani utuntur, quibus Clotharius in delicijs fuit.

561. Moritur S. Medardus Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, cujus ſacrum corpus ipſe Clotharius in humeros ſuſtulit & ſepulturæ dedit.

562. Sequitur Patronum Clotharius Monarcha, â cujus morte Germania cum Auſtraſia Sigeberto filio obtigit.

563. Hunnis omnia turbantibus Sigebertus cum Germanis occurrit, & triumphum retulit, & redux fratrem Chilpericum ſua interea

A. C.

terea invadentem feliciter expulit.

564. Nunc primum S. Medardi & Clotharij mortem Baronius aſſerit. Pax inter Sigebertum & Chilpericum ſancitur.

565. Utilo Bojorum Dux potentiſſimus moritur, quieſcit Germania.

566. Infeliciter congreſſus nunc Sigebertus cum Hunnis capitur, paulo poſt evadens cum ijſdem pacem componit.

567. Ingens ex Hiſpanijs malum Brunechildis Sigeberti conjux, â Sibylla prænunciata: *Veniet Brunia de partibus Hiſpaniæ ante cujus conſpectum gentes & Reges peribunt, ipſa calcibus equorum peribit.*

568. Albinus Rex Longobardorum cum 20. millibus Saxonum Italiam occupat, & in ſocietatem fortunæ Germanos invitat & attrahit.

569. Sigeberto Regi ex prædicta Brunechilde Childebertus naſcitur. Noſtri rem ſuam in Italia promovent.

570. Alboinus ope Germanorum hoc anno Mediolanum expugnat. Sigebertus in Thuringiam coloniam Suevorum inducit.

571. Hunni comperto Thuringiam & Franconiam viris exhauſtam Alboinum ſequutis, eas obruunt, quibus occurrens Sigebertus faſcinatur fugaturque, periturus niſi Numini ſe commendaſſet.

572. Germania, adverſum Hunnos ſeſe egregie munit & proſpicit.

573. Cariberto ſine liberis mortuo, fratres diſſentiunt, ſtrepunt arma, Umbria & Tuſcia recupatis, Alboinus Licinum expugnat.

A. C.	
574.	Hic fraude Roſimundæ Uxoris perimitur. Germani & Galli propter Reges fratres graviter colliduntur.
575.	Alboini morte cognita, trepidatum in Germania & Gallia, ob hoc ipſum, fratribus reconciliatis.
576.	Miſſus contra Evinum Tridenti Ducem â Sigeberto exercitus vincitur & fugatur.
577.	Elati ſucceſſoribus Longobardi etiam Gallias invadunt verum ope Germanorum fortiter repulſi.
578.	Chilpericus Longobardis repulſis, Sigebertum fratrem in Germania invadere auſus, â Germanis Tornacum uſque fugatur, Gallis Sigebertum eligentibus, quem Chilperici uxor per militem perimit.
579.	Germania turbatiſſima Sigeberti morte, Chilperico Regnum fratris affectante.
580.	Childebertus Sigeberti filius Germaniæ inſignia accipit, ſed & Burgundia potitur.
581.	Chilpericus de Germania deſperans, motis in minorem Britanniam armis, eamdem ſubigit.
582.	Brunichildis opera Chilperici in exilium mittitur. Theodobertus Dux Bavariæ potentiſſimus celebratur.
583.	Periclitatur Germania & Gallia, invaleſcente paſſion Sabellianiſmo, â quo S. Salvius Chilpericum revocat.
584.	Mauritius Imp. Germanos cum Childeberto Rege in Societatem & fœdera pellicit, contra Longobardos.
585.	Ipſi quoque Longobardi fœdera cum Germanis ambiunt, & Rex eorum recens electus

A. C.

lectus Clepho ſororē Childeberti ambit.

586. Uxoris inſidijs Chilpericus Rex perimitur ſuccedente quadrimeſtri filiolo Clothario.

587. Vocati miſſique in Italiam contra Longobardos Germani non una accepta clade revertuntur.

589. Clodoſindes Childeberti filia, Longobardo negata, ob Arianam impietatem, Reccaredo Regi Hiſp. Catholico nubit, illi vero Garibaldus Bojus Theodolindam filiam deſpondet.

590. Injuriam interpretatus Childebertus gravi bello Garibaldum invadit Sed & Mauritio auxilia contra Longobardos mittit.

591. Edomat Bojos, occiſo ut nonnulli volunt Garibaldo, Childeberto: inde in Longobardos movens, varia fortuna pugnat.

592. Theodolinda marito vidua, Agilulphum Ducem maritum eligit, qui ſtatim Rex coronatur, quo cum pax ſancita fuit.

593. Theodolindæ Germanæ Principi debetur hoc anno mariti & Regni ad fidem Catholicam converſio.

594. In Boica floret Thaſſilo Dux, pulſo an interfecto Garibaldo per Childebertum cognatum impoſitus.

595. Thaſſilo Dux Sclavos Noricum invadentes fortiter repellit, magna præda potitus.

596. Magnus Gregorius Germaniæ conſulit, miſſis aliquot doctis & ſanctis diſcipulis in Alſatiam.

597. Epiſcopatus Vindoniſſæ Conſtantiam ad Rhenum & Potamum transfertur.

A. C.

598. Clotharium concitat contra Childebertum Fredegunda pellex olim poſtea Regina, quo victus Childebertus, Germanorum & Auſtraſiorum 20. millia amiſit.

599. Theodolinda mulier una Germanica Summo Eccleſiæ & Gregorij Magni plauſu Romanos inter & Longobardos pacem conciliat. Treverenſem provinciam convertit S. Goar.

600. Nunc primum, contra multorum aſſertionem Childebertus moritur ſuccedunt filij. Sclavi 2000. Boios cædunt.

601. Turbant Germanias & Gallias duæ mulieres, Fredegunda & Brunechildes, & illa quidem Alemannos & Auſtraſios vincit. paulo poſt mortuo, indigna quæ in lectulo moreretur.

603. Superſtes Brunechildis â Germanis expulſa, ad Burgundionem fugiens, omnia in everſionem Theodoberti molitur.

604. Germani contra Clotharium à Rege ſuo concitati, junctis Auſtraſijs, valide ipſum opprimunt, & pacem petere cogunt vix 12. urbibus ipſi relictis.

606. Theodobertus junctis cum Theodorico fratre copijs, Vaſcones ſubigit. Mox Saxones rebelles ab iiſdem coguntur.

607. Tota agmina Sanctorum Monachorum è Scotia at Hibernia in Germaniam commigrant.

608. Gunzo Agilolphingus Dux Alemanniæ potentiſſimus claret, cujus noſtra ætate reperta plurima numiſmata.

Gallia

A. C.

609. Gallia & Germania civilibus bellis colliditur, Rege noſtro cum Auſtraſijs in Clotharium movente, & triumphante.

610. Gravi rurſum clade vincuntur Clothariani ab Alemannis & Auſtraſianis, Landrico celeberrimo Duce in fugam præcipite.

611. Opponunt ſe mirè Regiæ militiæ libidini & Sacrilegijs SS. Auſtregiſilus, Columbanus & Gallus.

612. Maximo Alemanniæ bono proſcripti ex Burgundia SS Columbanus & Gallus, eo venientes Chriſtum prædicant.

613. Ijdem Brigantij & ad lacum Potamicum Idololatriam profligant, Gallus inprimis Idola nominatiſſima deſtruit.

614. A furore Gentilium metuens diſcipulis S. Columbanus in Italiam migrat. Gallus febricitans cum SS. Magno & Theodoro remanent.

615. Concitante Brunichildi, funeſto congrediuntur bello fratres Reges Theodobertus & Theodoricus. Dunenſis Helvetiæ lacus totus efferveſcit, & coctos velut ad ignem, piſces ejicit.

616. Theodobertus, Helvetios Rhætos Turgoios & Alemannos in Burgundos ducens, regreſſus cum præda â Theodorico cæditur, recolligenſque vires denuo profligatur.

617. Profugus Coloniam ibi â fratre obſidetur, & minante hoc civibus ab his occiditur, vel â fuga retractus perimitur.

618. Impius parricida Theodoricus, ſive veneno Brunichildis ſive fulmine, quod nonnulli

A. C.

volunt, miſerè perit, ipſa quoque Brunichild capta, equi caudæ alligata diſcerpta fuit.

619. Suſtulit è medio omnem Theodorici poſteritatem Clotharius uti prædixerat S. Columbanus. Et quã malè ſomniant aliqui neſcio quæ de Sigeberti poſteritate?

620. Carolomanno Tungrorum Duci ſuccedit Pipinus, cujus opera jam ſponte ſe Clothario ſubmittunt Auſtraſij & Alemanni.

621. S. Rupertus Apoſtolico labore Bavariam demeretur, & author Duci aſt condendi Epiſcopatꝰ Juvavienſis hodie Salisburg.

622. Admirandis meritis obſtringunt Burgundiam & vicinam Germaniam monachi Luxovienſes. Helvetios convertit S. Gallus, Clotharius Alemanniæ conſulit.

623. Moritur Magnus Bojorum Apoſtolus Salisburgenſis Epiſcopus S. Rupertus, qui cum per ſe, tum per ſuos etiam Tirolim convertit.

624. Dagobertus Clotharij filius, de Germania noſtra meritiſſimus deinceps, gravem patris indignationem incurrit, quod præceptori ſuo barbam evulſiſſet. Moritur S. Gallus Helvet. Apoſtolus.

625. Clotharium & Regna Auſtraſiæ, Germaniæ & Galliæ immortaliter demeretur S. Auſtregiſilus. Pipinus Brabantiæ Dux pater patriæ ſalutatur.

626. Dagobertus Rex Germaniæ & Auſtraſiæ Metis coronatur.

626. Plurimum meretur S. Arnulphus Metenſis Epiſcopus, graviſſimo ſopito bello quod inter

A. C.

inter Clotharium & filium Dagobertum gliſcebat.

628. Illuſtrat Alemanniam egregia vitæ ſanctitate Joannes Conſtantienſis ad Rhenum & Potamum Epiſcopus diſcip. S. Galli.

629. Jugum excutiunt Thuringi quibus Bertholdus Dux Saxonum jungitur: in quos movens Dagobertus vincitur.

630. Edoctus de periculo Dagoberti Clotharius ipſus occurrit, & memorabili prælio Saxones ſubjugat, cæſo in acie Bertholdo.

631. Dagobertus Conſtantienſem Epiſcopatum auget & ornat, Conditor ſub hoc tempus Mariſpurgi ad lacum Potamicum.

632. Vita excedit Clotharius Magnus Galliæ & Germaniæ Rex ſuccedit Dagobertus. Belgio præeſt Pipinus.

633. Illuſtrē ex Sclavis refert Victoriā. Dagobertus noſter qui Regni ej⁹, fines tentaverat.

634. Dagobertus mire affectus Conſtantiæ ſitu, locum egregiè ornat, & ampliſſimos fines Epiſcopatui aſſignat.

635. In ſuperiore Germania plurimum merentur Apoſtolico zelo SS. Magnus & Theodorus, in inferiori S. Eligius Dagoberti Conſiliarius.

636. Auſtria ſuum Apoſtolum nunc temporis habet B. Giſalaricum S. Petri Salisburg. Abbatem. Dagoberto naſcitur filius Sigebertus, qui infans dum baptizaretur: *Amen* reſpondit.

637. Dagobertus noſter, S. Dionyſij prope Pariſios Baſilicam & Archiſterium fundat.

638. Idem hoc anno monitu DEIPARÆ &

A. C.

Principum Apoſtolicorum Weiſſenburgenſe Monaſterium condit.

639. *Miſſis* Alemannorum & Franc. copijs, Dagobertus Siſebuto Hiſpan.Regi adeſt. Idem â S.Amando â libidine revocatur.

640. Wandalis Thuring.infeſtantibus, Saxones promittunt ſe illos depulſuros, ſi â Dagoberto liberentur tributo.

641. Strenuè nunc agunt contra Wandalos, annuente Dagoberto Saxones. Bulgari in Boica juſſu Dagoberti cæduntur.

642. Ottbertus Comes Habſpurgi claret, qui S. Trudpertum excepit,& fovit. S. Emmeramus Boios in fide confirmat.

643. Dagobertus & Judicael Armoricæ Rex graviter colliduntur. Conſopiunt exardeſcens bellum SS. Eligius & Audœnus. Totam S. Amando ſe debet, ex ruinis conſurgens Argentina.

644 Regna in filios partitur Dagobertus, Sigeberto Germania obvenit & Auſtraſia. S. Trudpertus Martyrio coronatur.

645. Boicas leges abſolvit evulgatq; Dagobert⁹; Agilolphingos perenni jure & olim, & ſemper Principes pronuncians.

646. Moritur Pipinus Brabantiæ Dux *Ma*jor domus Regiæ vir incomparabilis. Ad ſuperos emigrat S. Vitalis Epiſc. Salisburg.

647. *Mo*ritur magnus & ſanctus Rex Dagobertus,filijs diviſione Regnorum nunc contentis.

648. S.FoillanusPhiltaniHibern.Regis filiusLatiniaci*Mo*nachusApoſtolatum ſuumHannonicum laurea *Ma*rtyrij ſacrat.

Flan-

A. C.

649. Flandriæ & Suevorum Apoſtolum nunc agit S. Eligius ejuſdem Cænobij Monach. Noviomenſium Epiſc.

650. Viris Sanctiſſimis abundet Germania, quos inter S Autbertus Cameracenſis Epiſc. S. Dominicus alijq; ſplendent.

651. Sigeberti Regis opera majorem partem Germania idololatriam ejurat. Ipſe ſplendida paſſim condit Cænobia.

652. Rudolphus Thuring. Prorex hos ad ſeditionem. & defectionem concitat, contra quem infeliciter pugnat Sigebertus.

653. Nunc denique reparatis viribus vincit Rudolphum, & provinciæ tributum imponit.

654. S. Vincentius Hannoniæ Princeps evocatis è Scotia viris ſanctiſſimis, inferiori Germaniæ latè conſulit.

655. Totus in vendicanda ab erroribus graviſſimis Germania verſatur Sigebertus. *Moritur* S. Furſeus Abbas Latiniaci.

656. Iterum Germani ſanguinis Regem Longobardi eligunt, Aripertum Theodolindæ ex fratre nepotem, tota gratulante Eccleſia.

657. Elevatur hoc anno ſolemniter Atrebati corpus S. Vedaſti præſentibus SS. Lamberto & Audomaro Epiſcopis.

658. Deceſſit Sigebert. ſanctus revera Rex viginti quatuor Cænobior. conditor, ſuccedit in Regnum filius Dagobertus.

659. Plurimum jactantur Alemannia & Helvetia, Ercon waldo Tyrannidem invadente, Clodovęo Rege, juvenem Regem tuente.

A. C.

660. Erchinoaldo & Grimoaldo bello decertantibus Helvetia atq; Alſatia miſerè vaſtantur, hic captus & perpetuo incarceratus eſt, Hildeberto filio in acie interempto.

661. Germaniæ & Auſtraſiæ Rex inauguratur Childericus.

662. Aripertus Germanici ſanguinis Longobardorum Rex moritur. Moritur Magnus Flandriæ, Brabantiæ, &c. Apoſtolus S. Amandus.

663, Alemannicus Francicuſque exercitus, Perthario contra Grimoaldum Beneventi Ducem auxiliaris, ab hoc trucidatur.

664. Clodovæus Rex vita excedit, ſuccedente in Germaniæ Regnum Childeberto.

665. Magnus Friſiorum & Flandrorum Apoſtolus S. Eligius ex Abbate Solemniaci Noviomenſis Epiſcopus & ſuperos migrat.

666. Theodoricus Burgundiæ & inferioris Helvetiæ Rex S. Amatum Sedunenſem Epiſcopum relegat, inde præceps in malum.

667. Plurimi ex Ordine Monachico, diverſas Germaniæ provincias Apoſtolico labore demerentur.

669. Vivere deſinit Clotharius Rex, cumq; ipſo evaneſcit omnis Regum gloria, dum Majores domus omnia libere adminiſtrant. Pertharitus Germani ſanguinis ad Regnum quaſi divinitus vocatur.

670. Plurimi Regij ſanguinis, ſexus utriuſq; Principes in Germania cucullo ſe devovent SS. Winocus, Ingenocus &c. SS. Irmina & Adela Dagob. Regis filiæ, S. Severa &c.

Cite-

A. C.

672. Citeriori & inferæ Germaniæ plurimum conſulit S.Lambertus Epiſc.Traject cujus conſilio Childebertus Rex ſecurè nititur.

674. Germaniæ & AuſtraſiæRegno peſſimè conſulit Childericus Rex nunc Monarcha,S. Leodegario ejecto, cui ſalus Regni nitebatur.

675. Saxones ignavi Regis jugum excutiunt, & dum Thuringos perſuadere nequeunt,in ipſos hoſtiliter graſſantur.

676. Childerico in Venatione occiſo reductus è Cænobio Theodoricus, & S.Leodegarius reſtitutus. S. Audœnus Pipinum & Giſlemarum Duces in bellum exarſuros conſopit.

677. Monaſterium deſerit infandus Apoſtata Ebroinus, S. Leodegarium è medio tollit Theodoricum dejicit Clodovæum Regno intrudit.

678. Pergit ſævire in optimos quoſq; Ebroinus Major Domus, & Regem quo vult impellere,Friſios convertit S.Wilfridus.

679. Ebroinus inviſam habens potentiam Pipini & Martini Ducum cum ipſis congreſſus vincit,hunc paulo poſt interimit.

680. Ingens Germaniæ vaſtitasEbroino ferro atque igne omnia peſſumdante. Germanis tamen ſemper Pipino fidis.

681. Moritur Alſatiæ ſingulare decusS.Juſtus,ex Monacho Vallis S.Gregorij Argentinenſis Epiſcopus. S.Wilfridus AuſtralesSaxones ad Veri DEI agnitionem adducit.

A. C.

683. Dum Ebroinus Hermanfrido Nobili Franco-Germano cædem parat, ab hoc præventus ſummo Germaniæ gaudio interimitur.

684. Deliciæ Germanorum Pipinus Domus Major, Regno & bonis omnibus nullo jam æmulo libere conſulit.

685. Bertharius nuper inſidias Pipino molitus, Fit Major Domus Francicæ, inde novus belli metus per Germaniam ab æmulis.

686. Etiam Gallici proceres odio Berthanj ad Pipinum reſpiciunt, Berthario bellum parante, armante ſe pro Pipino ſuo, utraque Germaniâ.

687. Pipinus coactus denique arma capit, inſigni potitus victoria capto Rege & Berthario à ſuismet interempto. Pipinus Titulum Regi relinquit.

688. Galli, Germani & Auſtraſij unanimiter Pipinum venerantur ſub quo Regna omnia in Monarchiam coaleſcunt.

689. S. Chilianus Franconiam Chriſto cum Duce lucratus, Geyla nequiſſimæ Principis ſcelere Martyrio tollitur. Moritur Theodoricus, poſt quem Clodovæus III. filius nomen Regis, Pipinus obtinet Regnum.

690. Duodecim ſimul Magni è Benedictino Ordine Apoſtoli, opera SS. Egberti & Sergij Pont. Max. in Germaniam diriguntur.

691. Militiæ per Alemanniam, Alſatiam, Helvetiamque præeſt Rupertus Agilolphingus, cujus frater Vighardus Lucernenſe condit Cænobium.

Con-

A. C.

692. Condito SS. Felicis & Regulæ Tiguri *Cœnobio*, populoſiſſima paulatim civitas, hodie potentiſſima accreſcit.

693. Martyrij laureolâ primi ex 12. illis Apoſtolatum ſuum coronant duo fratres Germani Ewaldi, Saxoniam diu demeriti.

694. Campaniam Brabantinam ab Idolorum cultu avertit. S. Lambertus Tungrenſis Epiſc. ex Monacho Stabulenſi.

695. Cælo ovans infertur S. Audomarus ex mon. Luxov. Morinenſ. Pont. qui Tarvanenſes ad Chriſtum convertit.

696. Apoſtolorum duodenarij illius Princeps Willebrordus Sergio Papæ ſe ſiſtit, moxque redux Friſios & Hollandos convertit.

697. SS. Suibertus & Willibrordus per Germaniam incredibili fructu laborant, & in Daniam uſque excurrunt.

698. Martyrio S. Lamberti Tungrenſis Epiſcopi memorabilis annus, qui dein Princeps Patronus Eccleſiæ ſuæ eſt habitus.

699. Germaniam imo Europam mirificis Virtutum radijs percellit S. Urſmarus, magnus Theoraciæ & Flandriæ Apoſt.

700. Hoc ipſo demum anno Eccleſiæ manus dediſſe viſus eſt, Radbodus Friſiæ Rex, pedem è baptiſmo nequiter retrahens.

701. Duo magna Germ. Sydera cælis inſeruntur S. Trudo Hasbaniorum Apoſtolus, & S. Mauruntus regij generis Abbas.

702. S. Wiro Inferiorem German. meritis implet, Pipino â confeſſionibus, cum hîc non niſi detractis calceis accederet.

A. C.

703. In Superiore Alemannia Godefridus Agilolfingus Alemanniæ Dux rem Chriſtianam mirè promovet, in inferiore Germ. Pipinus.

704. Apoſtolatus mira initia celebrantur, Maximi Germanorum Apoſtoli S. Bonifacij, Regij generis viri.

705. Brunſuicenſes Boructuarios vicinoſq; populos convertit S. Suitpertus Monachus Bearmenſis.

706. Pipinus in Gratiam S. Willibrordi medietatem fiſci Epternacenſis ejuſdem Eccleſiæ in perpetuum donat.

707. Deſcribit ipſe labores ſuos Apoſtolicos S. Marcellinus, in Germania exantlatos, unus ex 12. S. Wigberti ſocijs.

708. Boructuarij & accolæ gravi bello colliduntur, unde S. Suitpertus Coloniam ſcedens, complura Apoſtolo digna geſſit.

709. Moritur S Wilfridus inter præcipuos Germaniæ Apoſtolos habitus. Croco Bohemiæ Principe ſuccedit Libuſſa multorum ſcriptis decantatiſſima.

710. Dagobertus II poſt Childebertum hoc anno extinctum nomen Regis gerit, regente omnia ſumma in quiete Pipino.

711. Epiſcopatus nunc Werdenſis initia debentur S. Suitperto Bearmenſi Monacho, primo Sedis Epiſc. & â morte Patrono. S. Alto Scotiæ Regis filius Lycatiorum Ambionum &c. Apoſtolus claret.

712. Theodibertus Dux Boicæ Aſprandum apud ſe exulem Boiorum auctum copijs, in Italiam

A. C.

Italiam remittit, hic victoria inſigni & Regno Longob. potitur.

713. Inter ſpectatores uſque hodie Tutelares, S. Urſmar⁹ Abbas Laubienſes Theoraicæ & Flādriæ Apoſtolus ad ſuperos migrat.

714. Summo Germaniæ & Franciæ luctu moritur Pipinus Major Domus, Carolus Martellus contra Reginfredum rem fortiter agit.

715. *M*ovet in Ratbodum Friſiæ Regem Reginfredi auxiliarem Martellus, & magna clade rejicitur. Saxones Boicam infeſtant.

716. Epiſcopatus Friſingenſis fundamenta jacet S. Corbinianus. Chilpericus cum Reginfredo Coloniā obſidet, & auro avertitur.

717. Martellus prope Vinciacum Reginfredum profligat. Moritur S. Suipertus Magnus Saxon. Friſiorum Weſtphal. Apoſtolus.

718. Victor Coloniam redit Martellus, mox Reginfredum denuo congreſſum grandi clade profligat, & Clotharium Regem nominat, ipſe imperat.

719. Mortuo Clothario ſubſtituit Theodoricum Dagoberti filium, Rathbodus Senior Friſiorum Rex moritur.

720. Moritur S. Walfrannus Senonenſis ex mon. Epiſc. Friſonum Apoſtolus S. Bonifacius in Friſia S. Walfrannum juvat.

721. Martellus Reginfredum obſidet, capit, & perpetuis carceribus addicit. Saxoniam Ratbodo olim fidam diripit.

722. Magno fructu Cattis Evangelium prædicat S. Bonifacius Carolus Martellus Boicam & Alemanniam tumultuantes cōpeſcit.

Mar-

A. C.

723. Martellus denuo rebelles tam Alemannos quam Boios inſigniter reprimit, Boicam partis diu theſauris privat.

724. Eudonem Aquitaniæ Ducem Martellus pene internecione debet, S Bonifacius Thuringiam & Weſtphaliam Chriſto lucratur.

725. Eudo Saracenos contra Martellum advocat, quorum 400 millia advolant, qui Aquitaniam vaſtant.

726. Immani rurſum ſtrage Eudonem cum Saracenis Martellus profligat. Plurima idem paſſim fundat Cænobia.

727. Burgund. armis ſubigit, mox Alemannos rebelles inſigni felicitate debellat.

728. Inquietus & nequiſſimus Eudo miſere perit hoc anno, & Martellus abſq; bello Aquitaniam ſubjugat.

729. Euchitur Claſſe in Friſiam Martellus, graviter rebellionem ultus, Popone gentis Duce interempto & Idolis everſis.

730. Dum Friſico occupatur bello Martellus, reſtaurant vires Saraceni, inde relicta Germania expeditionem in illos accelerat Martellus. Moritur S. Corbinianus.

731. Martellus Theobaldum Alemanniæ Ducem hoſtilia meditantem cogit & ejicit, grandi dein ſtrage Saracenos debellat Avenione expugnata.

732. Conſequutus eoſdem in Narbonenſem uſque provinciam, Athinum eorum Regem Narbone obſidet. S. Bonifacius Archiepiſc. creatur.

733. Occurrentem ex Hiſpanijs novum Saracenorum

A. C.

norum exercitumMartellus internecione delet.Narbon. expugnat,Regē interimit.

734. Proſequitur bellum Saracenicum in Hiſpanias uſque feliciter Martellus.

735. Maſſilienſem provinciam & Septimaniam quod hoſti faviſſent plectit, & urbium mœnia diruit.

736. Idem Gotthicam Regionem vaſtat, caſtella & urbes evertit, ubicunq; rebellionis occaſio futura videbatur.

737. Carolus Provinciam ingreſſus,Maurontum Ducem qui Saracen. invitaverat ejicit.S. Bonifacius inſurgentes hæreſes ejicit.

738. S. Bonifacius Romam profectus ingentem inde SS.Reliquiarum theſaurumGermaniæ importat. Martellus Maritimas urbes recipit.

739. Magnus revera inferioris Germaniæ Apoſtolus S. Willibrordus moritur. Luitprandum Romam obſidentem avertit Martellus & Papam defendit.S. Bonifaci⁹ Boicam in 4. Epiſcopatus dividit.

740. Longobardo rurſus in Pontificem concitato,huic adeſt Martellus & â S. Greg III. FilijChriſtianiſſimi titulum meretur Germaniæ & Galliæ pax reddita, omnibus hoſtibus & rebellibus domitis.

741. Moritur Carolus Martellus Heroum maximus, cum Regna prius inter filios Pipinum & Carolomannum diviſiſſet.

742. Theodebaldus nuper Alemanniæ Dux, & Utilo Boius Carolomanno rebellant,ille hoc anno compeſcitur. Hunaldus etiam

Aqui-

A. C.

Aquitaniæ Dux & Gripho, rebelles, ille ejicitur, hic capitur.

743. Pipinus & Carolomannus Utilonem Bojum præſidentem viribus grandi clade profligant. S.Bonifacius Hæreſes opprimit.

744. Utilo Bavariæ Dux, pro Rege antea ſe gerens Pipini & Carolomanni amicitiam ambit, ſorore illorum ducta, admiſſus.

745. S.Bonifacius primus Moguntiæ Archiepiſc. & totius Germaniæ Primas renunciatur. Fratres junctis viribus Saxones profligant.

746. Alemannos denuo rebelles Carolomannus ſubit, auctores plectit. Iterum 2 Epiſcopatus Herbipolenſem & Eiſtettenſem inſtituit Bonifacius.

747. Stupente Europa Carolomannus Rex Caſini fit Monachus. Gripho è cuſtodia evadens, Saxones contra Pipinum concitat.

748. Triumphat de Saxonibus Pipinus, in reditu interceptus, S. Suiperti ope implorata, prodigiosè eripitur.

749. Movet in Boicam Pipinus, & Griphone ac Landfrido Duce victis Thaſſilonem Ducem inſtituit.

750. Griphonem beneficijs demeretur Pipinus & 12. Comitatus donat, verum ipſe ad Waifaricum Aquitaniæ Ducem ſe recipit.

752. Pipinus juſſu S. Zachariæ Papæ, â Magno Germaniæ Apoſtolo S. Bonifacio Rex Galliæ coronatur, Childerico exauctorato.

Saxo-

A. C.

753. Saxones denuo rebelles feliciſſimè opprimit & compeſcit Pipinus. Gripho nova moliens â militibus interceptus occiditur. Stephanus Papa Pipinum implorat contra Longobardos.

754. Stephanus Papa ſuammet manu Pipinum & filios Pariſijs coronat. Pipinus Aiſtulphum victum reddere cogit, quæ Eccleſiæ ademerat.

755. Magnus Germaniæ Apoſtolus Bonifacius, quem Tonitrui filiumBaronius appellat Martyrio coronatur. Aiſtulphus Fædifragus etiam Romam obſidet, Pipinus occurrens denuo cogit ſupplicem.

757. Ruthardus & Warinus Duces Alemanniæ S. Othmarum Abbatem S. Galli incarcerant.

758. Iterum rebelles Saxones bello petuntur â Pipino & domantur, tributo annuo 300. equorum mittendorum impoſito.

759. Nezamiſlus Bohemiæ Princeps, Pragam primum munit. S.Othmarus Abbas in carceribus moritur, magnis miraculis illuſtratus.

760. Movet in Aquitaniam Pipinus & Vaifarium Ducem inEccleſias injurium reddere cogit,& ſacramento ſe obligare.

761. Sacrilegus & perjurus Vaifarius denuo armis ſubigendus, cujus provinciam Pipinus ferro & igne vaſtat.

762. Continuat bellum Aquitanicum, Bituriges & alias urbes capit.

763. Totus in Aquitania ſubjicienda verſatur Pipinus, ex cujus caſtris ſe ſubducens

Thaſ-

A. C.

Thaſſilo Dux, Boios ad defection. concit.

764. Pipinus Comitia Wormatiæ celebrat, ubi Thaſſilo perduellionis damnatur. Sed Aquitanica negotia revocant.

765. Pipinus Andernaci denuo Comitia convocat & Germaniæ conſulit. Claret Sanct. Gregor. Traject. Epiſc. Friſiæ Apoſtolus.

766. Vaifarius contra datam fidem vicinas ſuæ provinciæ urbes muris denudat, contra quem quintùm movet Pipinus.

767. Cogitur ſextam & ſept. contra Vaifarium ſuſcipere Pipinus S. Abel Laubienſis *Mona*chus Apoſt. Zelo laborat in Belgio.

768. Vita excedit glorioſiſſimus Rex Pipinus Galliarum & Germaniæ Monarcha, cum paulo ante octava expeditione Aquitaniam ſubjugaſſet.

769. Hunaldus poſt Vaifarium & ipſe deficit, quem bello victum Carolus Magnus, fugientem retrahens carceribus addixit.

770. Concil. Wormatiæ celebratur, quo ſancitum, ne ullum Concil. celebratur abſque Papæ conſenſu. Carolus Irmgardē ducit.

771. Mortuo Carolomanno Germ Rege, Carolus Monarcha fit Repudiat Irmgardem. S. Adelhardus ſe ab aula ſubducit.

772. Saxones ingenti prælio vincit Carolos, quod Thuringos oppreſſerint.

773. Rogante Adriano Papa movet in Italiam Carolus & bis fuſo Longobardorum exercitu Ticinum obſidet.

774. Paſcha Romæ celebrat. donata â patre confirmat, ipſe Principatus Mantuæ Parmæ & Spoleti donat. Inde Ticinium cum

Rege

A. C.

Rege Deſiderio & liberis capit. in reditu Saxones domat.

775. Rotgando Tyrannidem in Italia invadente, duplici jam prælio victis Saxonibus, his inducias rogantibus, movet in Italiam.

776. Rotgandum prælio victum captumque ſupremo ſupplicio afficit, Saxoneſque iterum rebelles adeo terret, ut Chriſtianam fidem ſe amplexuros promitterent. Inde multa millia baptizantur.

777. Paderbornenſe Concil. Carolo præſente celebratur. S. Sturmio Abbas Fuldenſis magnum Saxonum agit Apoſtolum.

778. Carolus Germanor. Francorumq; cum exercitu Saracenos in Hiſpanias uſq; proſequutus Pampilone capta & diruta, obſides & magnam vim extorquet. Reverſus Wedekindum profligat.

779. Iterum in Saxones movet & gravi clade devincit. Acceptis obſidibus ducens in Weſtphalos, hos quoque obterit.

780. Lippienſi Concilio intereſt Carolus, curatq; diverſos erigi per Saxoniam Epiſcopatus. Moritur S. Sturmio.

781. Moritur S. Willibaldus primus Eiſtett. Epiſcopus. Adrianus Papa Carolum Romæ ſplendide excipit, & filios coronat.

782. Adalgiſum & Geilonem Duces Caroli conſerto Prælio vincunt Saxones, captoſque occidunt. Advolat ulturus Carolus, ſed ſupplices illi reos ſiſtunt, quorum 4500. decollati ſunt.

783. Rebelles denuo Saxones binis graviſſimis prælijs â Carolo cæduntur.

Miſſus

A. C.

784. Miſſus contra Weſtphalos Carolus Junior Magni filius, inſignem reportat Victoriam. Moritur S. Virgilius Salisb. Epiſc. Carinthiæ Apoſt.

785. Obtriti tot prælijs Saxones cum Duce ipſo, ſerio ſupplices, Chriſtiana ſacra exambiunt. Celebratur Concilium Paderbornenſe, quo egregiè Saxoniæ conſultum eſt, & Viri Apoſtolici miſſi.

786. Victricia ſigna in Armoricam promovet Carolus & ſubjugat. Moritur egregius Saxonum Apoſtolus, S. Lullus.

787. Thaſſilo Dux Bavar. rebellionem parat, ſed metuens, fœdera ſimulat, & fraudis convictus, tripartito exercitu petitus ſupplex exitium â ſe & patria avertit.

788. Iterum rebellis Taſſilo, etiam Hunnis evocatis, ſubito opprimitur â Carolo, & exoculatus in Monaſterium detruditur. In Avares dein movens Carolus feliciter triumphat.

789. Hoc anno Carolus collecto Germanorum inſigni exercitu Sclavos ſubigit, & obſides accipit.

790. Quietus aliquando â bellis annus, quo totus infundandis Monaſterijs & Scholis eſt Carolus. Moritur S. Willehadus Friſiæ Apoſt.

791. Hunnis Germaniæ fines infeſtantibus, triplici exercitu Carolus advolat, quos ſolo adventu diſſipat, ingenti præda potitus.

792. Pipinus Gibbus natus ex pellice, audet in tantum patrem inſurgere paulo poſt in impijs

A. C.

impijs conatibus oppreſſus, & in Cænobium detruſus.

793. Turbant Bohemiam Moravi. Saxones Theodoricum Caroli Ducem ex Hungaria reducem opprimunt.

794. Synodo Francofurtenſi Hæreſis Felicis Urgellitani damnata. In Saxones movens Carolus, ſupplices audit, tertio quovis tranſlato.

795. Stupenda ſtoliditate victorem denuo laceſſunt Saxones, quos facile opprimens magnam provinciæ vaſtitatem intulit.

796. Iterum Saxoniam vaſtat Carolus rebellionem inquietiſſimorum hominum caſtigans, Avarum Rex ipſi ſe ſubjicit & Chriſto.

797. Totus in ſubigenda plenè Saxonia laborat Carolus.

798. Legatos Caroli contra jura Gentium intercipiunt Saxones, inde novæ iræ, Carolo in eos movente & 4000. trucidante.

799. Ulciſcitur graviter illatas S. Leoni III. Papæ injurias Carolus. Miſſus contra Hunnos Geroldus Puſſij Comes, glorioſè occumbit.

800. Carolus Magnus ob eximia merita, primus rurſum Occidentis Imp. eligitur, ſumma German. & Gallorum gratulatione.

801. Ingenti terræ motu Italia & Germania concutitur. Moravi ad Chriſtiana ſacra convertuntur per S. Goduinum Mon.

802. Tranſalbiani Saxones libertatem tentant, immiſſo quam primum exercitu ad obſequium reducti.

Saxo-

A.C.

804. Saxones nunc demum poſt 33. annorum bellum, acquieſcunt hoc primum anno plenè ſubacti, & in diverſas provincias inducti.

805. Hunni nunc Caroli opem contra Sclavos implorant, in quos ille ducit exercitum. Occubuit Dux illorum, illis ſe ſubdentibus.

806. Maguus Carolus Teſtamentum condit: Pipino præter Italiam &c. Auſtria, Rhætia, Suevia, Bavaria, Carolo Rheni tractus, Friſia, Franconia, Thuringia, Haſſia, Saxonia, Wandalia aſſignatur.

807. Grandi peſtilentia laborat Germania, merentur de periclitantibus ſanctiſſimi Aſcetæ plurimi. S. Adelardus in aulam extrahitur.

808. Godefridus Daniæ Rex invadit Saxoniam, quem Obotriti fortiter excipiunt, & occiſo in acie ejus filio Reginoldo repellunt.

809. Moritur glorioſus Saxonum & Friſiorum Apoſtolus S. Ludgerus. Moravi Bohemiam armis afficiunt Concilium Aquisgrani cogitur.

810. Godefridus Daniæ Rex 200. navium claſſe in Friſiam exſcindens igne & ferro omnia vaſtat. Moravi in Bohemia profligantur.

811. Moritur ingenti Germaniæ luctu Corolus Junior Magni filius. Tres exercitus expedit Carolus, unum contra Tranſalbianos Saxones, alterum contra Pannones, tertium contra Britannos.

Scho-

A. C.

812. Scholis quam plurimis per Germaniam erectis plurimum merentur viri doctiſſimi & ſanctiſſimi Aſcetæ Benedictini.

813. Concilium *M*oguntiæ celebratur, ubi pons ad miraculum elegans juſſu Caroli ſtruitur. Ludovicus Pius Aquiſgrani ſalutatur Imp.

814. Indicibili Germaniæ & Galliæ luctu Carolus *M*agnus Imp. moritur. Celebratur omnium laudibus B. Rhabanus Fuldenſis Monachus.

815. Sorabi & Wandali ad Albim ab Imperio deſciſcunt, quorum compeſcendorum curã Ludovicus Imp. Franconibus, Turingis & Saxonibus committit, quod egregiè præſtitere.

816. Illuſtriſſimum Germaniæ totique Septentrioni exoritur nunc è Monaſterio Corbeienſi S. Anſgarius, Magnus revera Apoſtolus, de quo pluries dicemus.

817. Aquiſgrani Comitia celebrat Ludovicus Pius, quibus collegam Imperij aſciſcit Lotharium filium, Sclaomieus Obotritorum Rex ab Imperio deficit.

818. Ludovicus Imp Aquiſgrani Legatos nationũ audiens ſolarij caſu penè perijt. Claret S. Walericus Abbas ipſi à Confeſſionib⁹.

819. Conventum Aquiſgran. & Theodoniſuillanus celebratur. Ducit Juditham Guelpham conſanguineam Imperator.

820. Tres miſſi contra Pannones exercitus ſatis feliciter præliantur. S. Kortilla nomen Apoſtoli per Saxoniam meretur.

821. Ludovicus in filios Regna partitur. Cea-

A. C.

drogus Obotritorum in Germania Rex perduellionis reus regno ejicitur.

822. Lindevitus Pannonum Dux multoties â noſtris victus, cogitur tandem pacem petere. Rhabanus Armarium Scientiæ fit Abbas.

823. In Saxonia 23. pagi fulmine pereunt. In Thnringia ſereno cœlo tonat & fulminat, Lotharius Imper. Romæ coronatur.

824. Lotharius cum Germanorum & Gallorum exercitu Romam â patre mittitur ad opprimendos tumultus. Saxones Bohemis infeſti.

825. Pacem denique ambiunt Godefridi Danorum Regis filij. Ludovicus Ludovici filius RexBavariæ deſignatur. Saxones hoc anno â Bohemis inſigniter reprimuntur.

826. Haraldus Daniæ Rex â noſtris CorbeięMonachis converſus Moguntiæ ab Archiepiſcopo baptizatur. Comitia Ingelheimij celebrantur.

827. S. Anſgarius & noſtri Corbeiæ monachi in Sueciam uſque excurrunt, ubi opera S. Anſgarij UpſalenſisEpiſcopatus inſtituitur.

828. Bulgari fines Imperij infeſtant, contra quos Ludovicus German. Rex mittitur. Aliquibus locis frumentum pluit.

829. Wormatiæ Comitia celebrat Lud.Imp. fit Cardinalis B. Hamularius Fortunatus, Trever. Archiep. Germania terræ motu quatitur.

830. Peſſimè exagitatur â filijs Lud.Pius Imp. A-

del-

A. C.

delbertus & Rupertus potentiſſimi Rhætiæ Comites in bello ruunt. ille occumbit.

831. Judith Imperatrix calumnijs petita, Aquiſgrani ſe purgans â Lud. Imp. recipitur.

832. Ipſos mortuos immortaliter demeretur B. Amularius Trev. Archiep. Officiũ mortuorum compoſito. S. Ansgarius primus Amaburgi Tranſalbiorum Metropolis Archiepiſcopus creatur.

833. Ludovicus Imp. â filijs exauctoratur, reſcindente impia facta Romano Pont. In cælos emigrat B. Hamularius.

834. Germani Proceres Ludovicum libertati & Imperio reſtituunt, reconciliantur filij excepto Lothario.

835. Dani & Nortmanni Hollandiam, Friſiam & Flandriam populantur, â Ludovici tamen exercitu repreſſi.

836. Iterum Friſiam armis infeſtant Normanni. Cæſar conventum Principum Aquiſgrani celebrat

837. Rhabanus Fuldenſis Abbas, primus in Germaniam Græcas litteras poſtliminio invehit. Normanni Hollandiam vexant.

838. Pipino mortuo rurſum partitur Ludovicus Regna, Lothario Imperium, Ludovico Boicam, Carolo Aquitaniam aſſignat.

839. Rurſum filij contra patrem, contra quos movere cogitur, paulo poſt tamen evicit.

840. Ludovicus Junior denuo arma ſumit, quem Pius parens ducto contra ipſum exerci-

A. C.

tu in fugam compulit. Moritur ſanctè non multo poſt verè Pius Imp.

841. Nunc fratres Reges in ſe mutuò enſes ſtringunt, varijs locis congreſſi ſemel prope lacum Brigantinum.

842. Pergunt præliari fratres, uni Lothario etſi Cæſari duo prævalent, donec res componatur.

843. Lectis arbitris nova fit Regnorum diviſio. Lothario & Ludovico Germania per diverſas partes aſſignata.

844. Bremenſis Archiepiſcopatus initia hoc anno debentur S. Anſgario. Ludovicus Obotritos bello obterit, Rege occiſo.

845. Normanni Friſiam invadunt, cæſi primum, dein duobus prælijs victores, indę in Gallias victricia ſigna inferentes.

846. Ludovicus Germaniæ Rex, prope lacum Potamicum Paſcha celebrat, menſe Auguſto, Sclavos rebelles compeſcit.

847. Magnus ille Rhabanus ex Abbate Fuldenſi creatur Moguntinus Archiepiſcopus. Lotharius & Ludovicus Germano more amiciſſimè conveniunt, & convivijs & muneribus ſe recreant.

848. Concilio Moguntino Præſidet Rhabanus. Gotſcalci Hæreſis damnatur. Bohemos vicinos vexantes profligat Ludovicus.

849. Reſumunt ijdem arma, conſpecto tamen exercitu Cæſaris ponunt, & pacem ambiunt, quæ dum tractatur & Cæſariani vim parant, Bohemi obnixi victores evadunt,

Lo-

A. C.

850. Lotharius â fratre Carolo contra Normannos opem rogat inſignem adducit exercitum, hic tamen immaturè paciſcitur. Ludovicus Germaniæ Rex varios conventus celebrat.

851. Sorabi & Normanni Germaniam turbant, illi brevi oppreſſi & fugati, hi Belgium vaſtavêre.

852. Pergunt Normanni hoſtiliter tractare inferiorem Germaniam, multis viris ſanctis martyrio affectis.

853. Magnus ille Haymo ex Mon. Fuld. Halberſtadenſis Epiſcopus moritur. Aquitani â Carolo preſſi Ludovico Regnum offerunt.

854. Grandi peſte & metu Danorum & Normannorum liberatur Germania dum illi nũc mutuis vulneribus cadunt.

855. Stupente Europa Lotharius Imp. ultro Imperium abdicat, & in Monaſterio Pruinienſi Monachum profitetur: ſuccedit Ludovicus filius. Sclavi bello opprimũtur, mox vices redunt.

856. Magnus Rhabanus Expoſitionis Scripturæ, quæ Iſogrammatica vocatur, Inventor moritur. Ludovic᾽ Germ. Rex per Sorabos in Dalmatas movens ipſos ſubjugat.

857. Expeditio in Bohemos ſuſcipitur, qua rebelles quidam domiti ſunt. Moguntiæ Concilium celebratur.

858. Lectiſſimum è Germania exercitũ educturus contra Carolum Regem, Sorabica rebellione revocatur Ludovicus.

859. *M*oguntia cum tota vicinia inte-

A. C.

grum ferè annum gravi terrę motu concutitur.

860. S. Rembertus cum S. Anſgario Apoſtolico labore immortaliter merentur. Reges noſtri reconciliantur ſummo omuium plauſu.

861. Comitia Ratiſponæ celebrat Lud. Rex German. Dani inferiorem Germaniam miſerè vaſtant.

862. Carolomannus defectionis inſimulatus patri ſe purgat Ratiſponæ. Balduinus Ferreus C. Flandr. rapta Caroli Calvi filia, bello petitur, ſed triumphat.

863. Iterum accuſatur â malevolis Carolomannus, contra quem Pater ipſe ducit, hic tamen ultro ſe denuo ſiſtit.

864. Sclavorum Dux Raſtices armis â Ludovico Germanor. Rege domatur, & ſupplex ſe æternum in fide fore pollicetur.

865. Ludovicum inter Carolum Reges fratres amicitiæ fœdera Coloniæ confirmantur, Moritur Magnus ille S. Anſgarius.

866. Muſicum cantum varia modulatione, primus in Germaniam invehit, Joannes Monachus, Rhabani diſcipulus.

867. Eccleſiæ immenſis laboribus plurimum ſe cõmendat S. Rembertus Corbeiæ mon. Epiſcopus Bremenſis.

868. Satagunt rerum Italiæ Lotharius & Ludovicus, & inſigni collecto exercitu Saracenos ejiciunt.

Ludo-

A. C.

869. Ludovicus Imp. Barium expugnat & evertit. Triplici exercitu Sorabos, Sclavos ipſumque Raſticem opprimit, & grandi clade afficit Ludovicus Germaniæ Rex.

870. Zwentebaldus Carolomanno cum ſuo ſe Regno ſubjicit, cui ob id necem Raſtices parat, ſed ille Raſticem comprehendit & vinctum Ludovico tranſmitrit, mox Regno ſe dedente,

871. Zwentibaldus invidorum ſcelere ſuſpectus Carolomanno redditus, comperta innocentia dimiſſus, graviter ultus deficit, & Carolomanni exercitum concidit.

872. Ludovicus Germanicus Moravos caſtigat, cujus in reditu exercitus minus cautus, cladem accipit, Lud. Imp. Saracenos Italia ejicit.

873. Iterum Normanni inferiorem Germaniam infeſtant, cæſo ipſorum Duce Rudolpho repreſſi. Ludovicus Germ. Comitia Francofurti celebrat.

874. Uterque Ludovicus Imp & German Rex Veronæ cum Joanne Papa de rebus Eccleſiæ & Imperij tractant.

875. Moritur Ludovicus Auguſtus, ſuccedit Carolus Calvus, cujus abſentis Regnum Ludovicus Germ. invadens, arte, donis & armis avertitur.

876. Friſones cum Normannis congreſſi, omnẽ prædam diripiunt.

877. Germanorum inſignis exercitus proſequitur Carolum Imp. in Germaniam contra

A. C.

gè lateque invaleſcit Cæſaribus & Regibus ambientibus.

886. Carolus Imp. Embriconi Epiſcopo dans in Commendam S. Emmerani Monaſt. ex eo tempore præceps in omnem calamitatem corruit. Ipſo anno á Normannis cogitur paçem emere.

887. Luit W ardum quoque ex mon. Augienſi, cum S. Richardo Aug. thori violati inſimulans animo & corpore deficit, atque exauctoratur.

888. Carolus Craſſus nuper Monarcha, exul pauper & ſancte moritur, cæleſti lumine facibus ad funus ſplendeſcentibus.

889. Arnulphus ſucceſſor Caroli. Tyrannos armis cogit, ita ut multi ex rebellibus fierent ſupplices.

890. Arnulphus Imp. Z W entibaldo Moravo etiam Bohemiam credens vires homini perfido auxit, gratiam ad ſcelus abutendi.

891. In Normannos Imperio imminentes mittens exercitum Imp. Arnulphus magnam cladem accipit, quam ulturus advolat, & ferè centum millia obtruncat.

892. Tripartito exercitu movet in Moravos ſatis feliciter, minus proſperè Arno Epiſcop. Herb pol. cum Bohemis confligit gravi clade accepta.

893. Iterum in Moravos & Z W entibaldum ducit, ipſo penitusprofligato, ac dein Monachum profeſſo.

894. Nunc in Italiam advolat Imp. Widonem

A. C.

Tyrannum oppreſſurus, qui Papia capta ægrè evadens morbo, an mœrore, contabuit.

895. Triburienſe 96. Epiſcoporum Concilium celebratur opera Hatthonis Archiepiſc. Mogunt. Bohemia converſa per S. Methudium.

896. Ingens per Germaniam fames, ita humana carne non abſtineretur Cæſar Romam vi expugnat, & à Formoſo Papa coronatur.

897. Arnolphus Wormatiam, ex in Triburiam Comitia indicit, tum Legatos Bohemorum ſuper injurijs Moravorum audit.

898. Moravi inteſtina diſſenſione graviter laborant, fratribus Principibus inter ſe graviter colliſis.

899. Moravia inteſtinis laborat motibus, fratribus Principibus inter ſe concitatione Palatinorum colliſis. Moritur fine Anni Arnulphus Imp.

900. Imperat poſt patrem Arnulphum, Ludovicus 7. annorum puer, occumbit in acie Zwentibaldus ejus frater, inde Auſtraſiæ quoque Regnum ad ipſum devolvitur.

901. Ungari Carinthiam & Boicam tentari auſi inſigni clade cæſi.

902. Illapſi quoque in Italiam Ungari, à Berengario auro magis quam armis averſi, dum Bavariæ incubant, gravi accepta clade, Rege quoque Chuſſol amiſſo, ejecti ſunt.

903. Adelbertus Comes Bambergenſis injuriarum

A. C.

rum impatiens, Rudolphum Epiſcopum, longè lateque omnia igne & ferro vaſtans, obruit.

904. Conradus Haſſiæ Landgravius, pro Thuringis contra Adalbertum Bambergenſem Comitem, arma capit. Sed & Ungari in Bohemiam nunc inulti graſſantur.

905. Simulans Adelbertus Comes ſe in Gerardum fratrem Conradi Haſſi ducturum, mox in iſtum irruit, ipſoque cæſo magnam ſtragem edit.

906. Ungari nunc amici Moravis in perniciem Boiorum conjurant. Ludovicus Imp. Adelbertum Comitem obſeſſum, ſpe reconciliationis extractum, capitis damnat.

907. Nunc meditatum diu bellum Ungari Boïjs inferunt, cadit horum Princeps Lutpaldus, fortuna deinceps Boiorum præcipitante.

908. Ungari magna præda divites in Saxoniam & Thuringiam involant, igneq; ac ferro omnia vaſtant.

909. Burcardus Thuringiæ Princeps ope Suevorum, Francorum & Saxonum cum Ungaris congreſſus, grandi ſtrage profligatus. Illi Alemanniæ inferentes ſigna impunè graſſantur.

910. Ludovicus Imp. ingenti comparato exercitu cum Ungaris in Campis Lycatijs pugnans, victus, pacem auro redimit.

911. Franconia nonnihil Ungarorum ſucceſſus morata, non diu tamen, nemine deinceps congredi auſo.

A.C.

912. Moritur Ludovicus Imp. adoleſcens, delatum Imperium Ottho Saxo recuſat, & Conrado Franconi defert.

913. Arnulphus Boicæ, & Erchangerus cum fratre Sueviæ Duces cum Ungaris ad Oeni ripas congreſſi, omnes internecione delent vix 30. ſuperſtitibus. Præda ingens fuit.

914. Dum Erkingerus & BertholdusAlemanniæ Duces cum Arnulphò Boio, Conradum Imp. everſum volunt, Ungari ſuperiorem Alemanniam vaſtant. Arnulphus effugit,duo alij capti.

915. Pergunt Ungari graſſari in Alemannia,mox in Saxonia & Thuringia. Comitijs Moguntinis, Duces Alemanniæ damnantur.

916. Bona damnatorum cognatoBurcardoLinzgoviæ Principi adjudicantur.Ungari cæſi non ſemel ſe recipiunt.

917. Nunc primum poſt biennij captivitatemErkingerus Bertholdus & Luitfridus Alemanniæ Duces decollantur.

918. Normanni Imperium infeſtant, quos prope Falcobergam Rudolphus Burg-Rex & Arnulphus Flandriæ Comes devincunt.

919 Moritur Conradus Imp.qui HenricoSaxoni Imperij miſit inſignia,etſi hoſti, quem & Principes complexi ſunt.

921. Multi ſponte in deditionem veniunt, territi Imperatoris novi auctoritate.Ungari cæduntur & Dux capitur.

922. Rutgerus ex mon. Mediolacenſi Archiepiſcopus

A. C.

ſcopus Trevirenſis Librum Decretorum utiliſſimum colligit.

923. Germanorum & Guelphorum maximè ope feliciter pugnat contra Berengarium. Rudolphus Burg-Rex.

924. Miſnenſis Epiſcopatus initia celebrantur, conditore Henrico I. Imp. Moritur Sanct. Bruno Colonienſis Archiepiſc.

925. Hungari ad lacum uſque Potamicum progreſſi Conſtant. obſident, fortiter repulſi. Helvetia vicina vaſtatur.

926. Hugo Arelatenſis contra Rudolphum Rex ab Italis ſalutatur, proin iſte novo Suevorum ſubſidio congreditur, ſed vincitur.

927. Pergunt ſævire per Germaniam Ungari. Henricus Imp. contra Wandalos ducens Grunam eorum Metropolim expugnat.

928. Henricus everſa Gruna Albim aſcendens Sorabos & Lauſnitios edomat. Marchionatus Auſtriaci & Brandeburg. initia.

929. Ingentem Germaniæ theſaurum, lanceam Chriſti comparat Henricus Imp. â Rudolpho Burgund. Rege, cui viciſſim haud minimam ſuperæ Alemanniæ partem largitur.

930. Flandriam armis infeſtant Lotharienſ. Hermannus Alemanniæ Dux cum Suevis & Rhætis juſſu Cæſaris in Obotritos movens, rem feliciter gerit.

931. Obotritorum Rex non ſemel victus dat manus Chriſto & Cæſari Ainulphus

A. C.	
	Comes Flandriæ Atrebatum & alia loca expugnat.
932.	Ungari tributum â Germanis exigunt, nemine reſpondente armis quærunt, â Saxonibus & Thuringis aliquandiu repreſſi.
933.	Henricus Imp. 2000. equitum, 15000. peditum exercitum contra Ungaros inſtruit. Arnulphus Boius ad coronam Italiæ contra Hugonem vocatus, ab equitatu hujus malè excipitur, & redit.
934.	Memorabili Victoria innumerabilem ferè Ungarorum exercitum Henricus profligat, ſub ſolemni theſſera Kyrieeleiſon.
935.	Ludi Equeſtres ſolemniſſimi ab Henrico Imp. inſtituti cùm pro armis exercendis, tùm Nobilitatis intaminatæ comprobatione.
936.	*M*orte intercipitur Henrici Imp. expeditio Romana dum pro ſuſcipienda corona ſe præparat, ſuccedit Ottho I. filius, â rebus geſtis Magni cognomen aſſecutus.
937.	Ottho ſolemniſſime Aquiſgrani coronatur. Turbat lætitiam communem ejus frater Henricus futili cauſa, cum Otthonem patre Duce, ſe Cæſare natum extenderet, ſed illuſus abijt.
938.	S. Wenceſlaus Bohem. Dux â Boleſlao fratre occiditur, in hunc bellum decernitur. In Saxonia contra Ungaros feliciter pugnatur. Eberhardus Palat. & Giſelbertus Lothar. deficiunt.
939.	Feliciter de præfatis rebellibus triumphat Cæſar,

A. C.

Cæſar, Hermanno Alemanniæ, & Conrado Franconiæ Ducum opera.

940. Magdeburgi celeberrimæ Urbis Conditore Otthone initia celebrantur. Colliditur cum Galliæ Rege Ottho, mox reconciliatus.

941. Varia fortuna bellum gerunt Otthonis Duces contra Boleſlaum fratricidum magnâ clade illatâ, fine anni acceptâ.

942. Ingens Cometa grande malum peſtilentis luis prænunciat. Continuatur bellum Bohemicum. Plenius conciliantur Gallus & Imp. Henricus frater Otthoni ſupplex veniam accipit.

943. Ungari hoc & ſequenti anno Imperio infeſti, Bertholdus Boicæ Princeps tali protérit ſtrage, quali vix unquam antea.

944. Ingens terræ motus Germaniam concutit, Rurſum cum Galliarum Rege Ludovico Ottho colliditur.

945. Bertholdo Boio, abſq; liberis mortuo, ſufficitur Henricus Cæſaris frater. Hermannus Alemann. & Conradus Lotharingiæ Duces hoſtiliter congrediuntur, quos Ottho conciliat.

946. Nunc amicus Ludovico Gallo affini ſuo, Regno dejectum potenti manu reſtituit.

947. Ottho Imp. & Ludovicus Gall. Rex Paſcha Aquiſgrani ſimul celebrant. Conradus Dux Luitgardem Cæſaris filiam ducit.

948. Duplicem Victoriam ex Ungaris refert Henricus Cæſaris frater, B Rathonis Andecenſis Comitis opera, hic mox Monach. induit.

Mori-

A. C.

qui Berengario graviter Italiam vexante, â Pontifice advocatur.

959. Proſequitur acriter bellum Sclavicum Ottho, ingemiſcente ſub Tyranno Italia, & fruſtra opem expectante.

960. Sabutius & S. Adelbertus Germani Monachi Apoſtolico labore in Ruſſia deſudant. Ottho compoſitis Germaniæ rebus Joanni Pontifici promittit ſe in Italiam occurſurum.

961. Ottho filium Septuennem Otthonem II. coronari curat, inde magno cum exercitu in Italiam movet, & Papiæ hoc anno ſubſiſtit.

962. Triumphata ſolo nominis terrore Italia, Romæ miro plauſu excipitur Ottho & coronatur, & â Tyrannis adempta reſtituit.

963. Ottho, dum Berengarium perſequitur, audiens Papam, cum Adalberto hoſte colludere, peſſimo conſilio Joannem dejicit Leone VIII. ſubrogato.

964. Berengarium captum in exilium mittit. Audiens â Romanis Leonem pulſum, & Joanni mortuo Benedictum electum, Urbem fame ſubigit Benedictum ejicit, Leonem reſtituit.

965. Leoni mortuo, malè ſubſtituit Cæſar Joannem XIII. Cæſar in Germaniam redux ſummo plauſu excipitur. Sileſia Chriſto jungitur.

966. Graviſſimè ulciſcitur Ottho Joan. Urbe ejectum, etſi metu Cæſ. venientis revocatū. Moritur exul Berengarius Tyrannus.

A. C.

967. Turbis Italiæ compoſitis Ravennati Concilo adeſt Cæſar dein Otthonem filium coronari curat.

968. Adelbertum Tyrannum triumphat, qui mœrore extinguitur Beneventanum, Capuanum, & Salernitanum Principes, Græcis euſque parentes in fidem recipit, Græcos Apulia & Calabria ejicit.

969. Nicephorus Orient. Imp. Otthoni ſub nuptiarum prętextu necem parat, Græcis omnibus mox oppreſſis, & Nicephoro ad cladis nuncium à ſuis interfecto. Zimiſca ſucceſſor promiſſam Sponſam mittit.

970. Ottho Archiepiſcopatum Magdeburgenſem inſtituit, cui primus S Adalbertus S. Maximini Trever. Monachus præeſſe juſſus eſt.

971. Notkerus ex Monacho Leodienſium Pontifex alter Leodij conditor celebratur.

972 Totus in dotandis Eccleſijs & Monaſterijs eſt Ottho Imp. *M*agdeburgum autem ſuum ſplendide ornat & munit.

973. Vita excedit *M*agnus revera Imp. Ottho, Amor Generis humani ab Urſpergenſi appellatus. S. Adelheides Imp. cucullum induit.

974. Henricus Boius cum Otthone II. jam coronato de Imperio contendit, verum hoc anno ad obſequium revocatus.

975. Bohemus ad cauſam dicendam citatus, quod Henrico faviſſet, bello petitur. Henricus ſibi metuens ad Bohemum confugit.

976. *M*agni Wandalorum Apoſtoli nomen meretur

retur

A. C.

retur S. Adalbertus I. Magdeburg. Archiepiſc. S Wolfgangus celebratur.

977. Henricus, Bohemis ad Pilſenum triumphantibus, Boicæ imminet, & Paſſavium occupans, ab Otthone opprimitur, & in exilium remittitur, Bohemo perdonato.

978. Ottho inter epulas â Lothario Galliæ Rege penè oppreſſus, collecto exercitu Gallum Pariſios uſque fugat. Redeuntem conſequutus Lotharius obtriviſſet niſi Sanct. Wolfgangus, exercitum prodigioſe per flumen rapidiſſimum traduxiſſet.

979. Exercitus igniti in aëre per Germaniam viſi omnium animos perculere, mox Græcis Apuliam & Calabriam recipientibus.

980. Cogentibus Italiæ malis, componit lites cum Gallo Cæſar, ipſe magnum cogit exercitum contra Græcos.

981. Ottho priuſquam Græcos aggrederetur, Conventus in Italia celebrat, Seditionum auctores plectit. Per ejus abſentiam, Sclavi & Wandali, Polonis & Bohemis juvantibus Germaniam turbant.

982. Grandi cum exercitu Græcos aggreditur, verum deſerentibus Romanis & Beneventanis ægrè nando evadit Imp. in deſertores rigidè animadvertens. Pergunt graſſari Wandali &c.

983. Immani Græcorum & Saracenorum ſtrage ſeſe ulciſcitur Cæſar, inde Sanguinarius dictus. Tum filium creat Cæſarem, ipſe veneno tollitur.

984. Iterum alij Imperium ambiunt, Lotharius Francus & Henricus Boius, ſed facilè palmam

A. C.

994. Joannes Papa pulſus â Tyranno Creſcentio opem Cæſaris rogat. Iterum hyems aſperrima, æſtas calidiſſima peſtem Germ. infert.

995. Henricus Bavariæ Dux moritur, ſuccedente Henrico Sancto, qui poſtea prædicente S. Wolfgango Cæſar extitit.

996. Mortuo Joanne Papa Bruno Germanus Corbeiæ mon. ſufficitur, cui Creſcentius Joannem quendam obtrudit, ſed mox capta Urbe Creſcentium occidi imperat Ottho; ipſe coronatur.

997. S. Adelbertus dum in Pruſſia, convertenda laborat occiditur. Moritur Conradus Alemanniæ Dux, cui Ottho Hermannum II. ſubſtituit.

998. Totus in Italiæ rebus componendis verſatur Ottho Imperator.

999. Æternum Germaniæ decus B Gregorius V. cui debent Electores S.R.I eligendi Imp. munus &c Moritur. Obijt item S. Adelheides Aug.

1000. Ottho Imp. Italiam luſtrans, loca ſancta viſitat, & dotat.

1001. Viſus Cometes terribilis mortem Cæſaris prænunciavit, quam etiam S. Romualdus eidem prædixit. Æſtu nimio fluvij exſiccantur.

1002. Chyrothecis veneno infectis perit Ottho III. cùm jam Monachum profiteri promiſiſſet, ſuccedit digniſſimus ſane Sanct. Henricus.

1003. A ſanctiſſimo Cæſare plures deficiunt, ipſe

Gor-

A. C.	
	Germanus Henrici frater Bruno, & Hermannus Alemanniæ Dux, & hic armis petitus.
1004.	Reconciliatur Cæſari Hermannus & paulo poſt moritur. Movet in Bohemos & pugnat feliciter Henricus. Cum Balduino Flandro congreſſus vincitur, quem ob virtutem ſibi ultro conciliat.
1005.	Henricus HezelonemFranconiæ Principem bello petit & ejicit. In Italiam advolans Arduino victo, Romæ ſolemniter coronatur.
1006.	Fames & peſtilens lues tota Germania invaleſcit. S. Henricus adeſt Francoford. Concilio, nec niſi proſtratus Epiſcopos alloquitur. Idem hoc anno Polonum armis domitum fœdere ſibi jungit.
1007.	Bambergenſem Epiſcopatum fundatHenricus & mirè extollit.
1008.	Henricus *Merſeburgi* Comitia celebrat,Eccleſias &c. fundat.
1009.	Normanni inferiorem Germaniam incurſant,Thilam occupant, S HenricusTheodoricum Moſellanum bello petit, *Metas* obſidet.
1010.	Normanni Friſiam populantur, S Henricus Moſellanum vincit & capit.Nullum Monaſt. & Eccleſiam indotata relinquit.
1011.	*Moritur* primus Elector Moguntinus Willigiſus, â quo inſignia electoralia. Concilium Bambergenſe quo multa utiliter decreta.
1012.	Miſtevoius Obotritorum Rex â fide deficit, &TheodoricumBrandeburgium victum, Mar-

A. C.

Marchia exuit. S.Colomannus Auſtriam convertit.

1013. S Henricus Arduinum Italiæ Tyrannum triumphat, Lombardiam ſubjugat, Mediolani coronatur, Romæ ſolemniter excipitur.

1014. Henricus nunc Romæ quoque à Benedicto Papa coronatur. Siccitas mira Germaniam exhaurit, & venti totas ſylvas eradicant.

1015. Edomat denique Arduinum Henricus, profligato ejus exercitu & is faſtidio per tot pericula quæſiti Regni tactus cucullo ſe induit. Occubuit ſagittæ ictu in venatione Erneſtus Aleman D.

1016. Henricus Imp. à Rudolpho Burgund. Reges Collega & hæres aſſumitur Claret Berno celeberrimus Augiæ Divitis Abbas.

1017. Alſtedæ Conventus Principum celebratur, quo Polonus vocatus & contemnens, hoſtis judicatur & armis petitur.

1018. Rudolphus Burgund Rex à ſuis Regno pellitur, & ad Cæſarem confugiens hujus juſſu armata manu reſtituitur

1019. Templo Bambergenſi abſoluto, Cæſar BenedictumPapam invitat, qui illud in præſentia 72 Epiſcoporum dedicat.

1020. Hyema ſperrima, nives maximæ quibus ſolutis ingens inundatio & peſtis conſequuta quæ mediam partem hominum ſuſtulit.

1021. Duo egregia Germaniæ lumina cælis inferuntur. S.Heribertus Colon. & Erckenbaldus

A. C.

1030. Prodigioſè à ſe Cæſaris arma avertit S. Stephanus Ungariæ Rex, cum repente Cæſariani frendente Cæſare tergaverterent.

1031. Magnum rurſum Sydus Germaniæ oritur S. Bardo Hersfeldenſis Monachus poſt Erbonem Archiepiſcop. & Elector Moguntinus.

1032. Mieſeconem Polonum Regium ſibi nomen arrogantem, & Saxoniam armis vacantem, armis ejicit Conradus Imp. ejuſq; fratrem ſubſtituit.

1033. Henricus Cæſaris filius in Udalricum Bohemiæ Ducem movet & magnam cladē infert, poſt aliquot menſes morbo an mœrore extinctum. Conradus Odonem Burgundiæ Tyrannum ejicit.

1034. Mortuo ſine liberis Friderico Duce Moſellano, Gothelo magnus Lotharingiæ inferioris Dux, Principatus potitur.

1035. Totum Imperium ſuis oculis luſtrat Conradus, omnium querelas audiens. Wandalos Imperiū turbantes opprimit Imp.

1036. Trium ſpectatiſſimorum Præſulum morte triſtis annus, Pilgrini Colonienſis, Gebhardi Ratiſp. & Meinwerci Paderbornenſis.

1037. Perduelles Italos fortiter reprimit Conradus & rigidè plectit, cujus exercitus peſtilenti lue affligitur.

1038. Triumphatis rebellibus Imp. Romam contendit & coronatur. Pandulphum Capuano dejicit Principat. Moritur S. Gothardus Hild. Epiſc.

E Mo-

A. C.

1039. Moritur Conradus Imp cujus corpus Spiram translatum eſt, Henrico filio ad omnium templorum aditus feretrum ſubeunte.

1040. Morte Cæſaris, ſolutus metu Bohemus arma reſumit, contra quem infeliciter pugnat Henricus Imp. Obijt S.Kunegunda Imp.

1041. Felicius in Bohemum præliatur Imp. ille ſupplex veniam rogat. Claret B. Hermannus Contractus Aug. Divitis Monachus miraculum eruditionis, Auctor Antiphanæ *Salve Regina*, *&c.*

1042. Moritur Heribertus Eichſtettenſis Epiſcopus, inſigne Germanię decus ex mœrore, quod Cathedram, majoris fructus ergo, Norimbergam transferre prohiberetur.

1043. Ovo Ungariæ Tyran. Boicę bellum inferens magnum cum ſtrage ab Imp. Henr. profligatur & exauctoratur.

1044. Ovone interempto, Ungaria fit Imperij tributaria. Moritur Gozelo D. Lothar. ſuccedit Gozelo Junior.

1045. Godefridus Gozelonis frater rebellionem parans, cum minus ſuccederet, veniam rogat, ab Imp. in cuſtodiam miſſus

1046. Godefridus Libertati redditus cum nihil ab Imp. impetraret, arma reſumit. Conradus peſſimo exemplo Suidgerum Bambergenſem contra Benedictum Rō. Pont, obtrudit Clementis II. nomine.

1047. Henricus Caſtellis aliquot in Apulia receptis, in Germaniam cum Clemente ſuo redit, hic ipſo anno moritur.

Adel-

A. C.

1048. Adelbertus Namurcenſis contra Godefridum rebellem Dux creatus, â Godefrido incautior opprimitur & occiditur.

1049. Romanus Pontifex Bruno Germanus Comes de Dagſperg ex Monacho Tullenſis Epiſcopus creatur, dictus Leo IX. Hanoniam dum hæreditare aggrediturFlander, Cæſar armis obnititur.

1050. Jmperator Ultrajecti Paſcha celebrat,& totum dein Imperiũ inſpicit & curat, huic FlanderCameracum & Antverp.reſtituit.

1051. Moritur S Bardo Elector Mogunt. Germanorum Chryſoſtomus appellatus.Naſcitur monſtrum Cæſaris Henricus IV.

1052. Graviſſimum bellum conſopit inter Cæſ. & Ungarum S.Leo IX.Lambertum Lovanienſem pro Flandro ſtantem, dedere ſe cogit Imp.

1053. Mittit Cæſar S. Leoni exercitum contra Normannos, fugientibus Longobardis Germani in ſuo veſtigio occumbunt,capitur S.Leo.

1054. Moritur æternum Germaniæ decus S. Leo IX. grandibus illuſter miraculis. Henric⁹ IV. Aquis coronatur.ProfligatFlandrum Imperator, Lovanienſe in acie cadente.

1055. Iterum Germanum Pontificem Romani eligunt Gerardum Eichſtettenſem Epiſc. â quo mox præſente Imp. Concilium Florentiæ celebratur. Balduinus Flander abſentia Cæſaris utitur.

1056. Moritur reconciliatus Balduino Cæſar & amiciſſimus factus donum &pignus recõciliarionis SS.Sanguinẽ Chriſti legantur.

A. C.

1057. Ex Germania redux Victor papa moritur. Otthone Alemanniæ Duce abſque hærede mortuo, contendunt pro Ducatu Bertholdus Dux Zäringius, & Rudolphus Rheinfeldenſis.

1058 Germania magnis motibus concutitur Otthone Boio deturbato, Conrado Suevo â Cæſar. militibus occiſo, Bertholdo Zäringio exauctorato, Florentio poſt fratrem Hollandiam invadente.

1059. Fluctuant gravibus motibus Germania ſub puero Cæſare S. Wolphelmus Abbas in Brauweiler Beringarij Hæreſim confundit.

1060. Conventus Epiſcoporum Wormatiam indicitur, ſed peſtilenti lue prohibetur. Mira prorſus hoc anno frugum ubertas.

1061. Aulicis credens puer Cæſar, contra Alexandrum II. Cadaloum hominem perditiſſimum obtrudit. Inde infinita mala.

1062. Matrē optimam meliora ſuadentem facile â puero impetrant Aulici ut aula extruderetur. Aulici Monaſteria inter ſe tanquam prædam partiuntur. Sacrilegia ſacrilegijs cumulantur.

1063. Mortuo Wilhelmo Thuringo ejus frater Ottho Marchiam invadit, quo cum Seifridus Mogunt. gravi & diuturno bello colliditur.

1064. Concilium Generale Mantuæ celebratur ſuadente S. Petro Damiani, annuente Cæſ. quo Cadalous ipſius damnatus eſt.

1065. Inſigni ſolemnitate puer Cæſar gladio primù m

A. C.

primùm accingitur, quem primo in ſanctum Virum Annonem ſtrinxit, matris precibus placatus.

1066. Conventus Triburiæ agitur, quo Cæſar Archiepiſcopi Bremenſis familiaritate tanquam peſſimi conſiliarij jubetur.

1067. Auguſtiſſimū Apoſtoli nomen apud Sclavos meretur S. Benno ex monacho Hildeſiano Miſnenſis Epiſcopus.

1068. Licentia ſub peſſimo Cæſarum inſolentiſſima, Treverenſibus S. Chunonem ſuum Archiepiſcopum ex editiſſimo monte præcipitantibus, & tertio incolumem contrucidantibus.

1069. Indigniſſimum Berthæ Auguſtæ repudium S. Petrus Damiani impedit. Ingens fames. Theodoricus Miſniæ Marchio â Cæſare victus captuſque.

1070. Ottho Boius rebellionis accuſatus, â Cæſare dejicitur Guelphone ſubrogato. In Flandria obrejectum Arnulphi pueri Tutorem funeſtum & diuturnum bellum exardeſcit.

1071. Saxones concitante Otthone Bojo exule cum Cæſare collidantur, utrinq; fœde cædibus & incendijs graſſatur. Arnulphus Flander Robertum Friſium patruum aggreſſus magna cum ſtrage ſuorum occumbit.

1072. Incredibili peſſimè adminiſtrati ab Henrico IV. Imperij faſtidio Sigefrid⁹ Archiep. & Elector Mogunt. fit Monachus Clun.

1073. Simoniæ reum Cæſarem ſacris inter dicit Alexander Papa, pauló poſt mortuus,

A. C.

eligitur Gregorius VII. vir Cherubicus.

1074. Electionem Pontificum liberam & cœlibatum Sacerdotum dum urget Gregorius, & Simoniam damnat, Cæſarem & Clerum offendit.

1075. Cæſar cum Saxonibus colliſus grandi clade eoſdem profligat, S. Bennonem Epiſc. Miſn. & maximos Principes capit.

1076. Henricus in Saxonia caſtra munit, & præſidiarios raptu vivere jubet; citatus Romam Conciliabulum Wormatiæ cogit. excommunicatur.

1077. Principes Saxoniæ & Sueviæ de alio legendo Imp. conſultant. Cæſar ex metu Pontificem orat, & poſt 4. dierum jejunium admittitur. Ad conventum Principum non occurrens exauctoratur, & Rudolphus Sueviæ Dux Auguſtus ſalutatur, Gregorio planè ignorante.

1078. Gregorius Concilio Romano plurimos Epiſcopos Germaniæ Simoniacos excommunicat. Rudolphus cum Henrico congreſſus cruenta admodum victoria potitur. Guelpho Rhætiam contra Cæſarem armat.

1079. Iterum congreſſi Rudolphus & Henricus. grandi utrinq; clade disjunguntur, Schiſmaticis Henrico, alijs Rudolpho victorias aſſignantibus.

1080. Nunc primùm Gregorius Rudolphi electionem ratā habet, dum Henricus nihil cōſilij admittit. Cæſares validè pugnant, tertio demum prælio cadit Rudolph. & Henric⁹ Victor Gregorio Guibertum ſubtrudit.

Hen-

A. C.

1081. Henricus ſacra & prophana omnia miſcẽs, Romam obſidet, Gregorio nihil de Juſtitia remittente, & Orientis ſimul Auguſtum excommunicante.

1082. Cæſar Romam fruſtra obſidet, incendium Baſilicæ S. Petri Gregorius ſolo ſigno S. Crucis reſtinguit. Germani Hermannum Lucelb. Imp. creant.

1083. Leonina potitur urbe Cæſar, & Guibertum ſuum inthronizat, Gregorio ex caſtro S. Angeli fulmen in perfidum intorquente. In Germania factionibus omnia ardent.

1084. Antiquam Romam expugnat auro magis quam armis Henricus, quem evocatus â Gregorio Guiſcardus turpiſſimè ejicit, & in Germaniam propulſat.

1085. Ad ſuperos emigrat S. Gregorius VII. Sanctorum albo adſcriptus corpore ad noſtram uſque ætatem incorrupto. Duo Concilia in Germania coguntur.

1086. Henricus Imp. dum Catholicos in Saxonia perſequitur, inſigni accepta clade in fugam conjicitur. Moritur MarianusScot[9].

1087. Occumbit in expugnatione arcis cujuſdam Hermannus Lucelburgius Imp. etſi malint aliqui Henrico ſe ſubmiſiſſe, ac dein imbelli mulierculæ manu tegula injecta perijſſe.

1088. Venales Epiſcopatus & Abbatias omnes habet, ex Cæſare mercator Sacrilegus Henricus. Egbertus Marchio â Cæſare proſcriptus nil metuentem bello aggreſſus, magna ſtrage afficit.

1089. Crudeliter perſequitur Sanctos Epiſcopos

A. C.	
	Henricus Imp. Idem Gotfrido Bullionio Lotharingiam tradit, Sacer ignis latè graſſatur.
1090.	Vera perſecutio in Sacros Religioſor. cætus invaleſcit. Cæſar offenſus Mathildis cum Guelphone nuptijs, furit in Italia.
1091.	S. Wilhelmo Hirſaugienſi Inſtitutore, religioſam quandam vitæ rationem ipſi ſæculares, & quidem magni Principes ſuſcipiunt.
1092.	Cæſar Canuſium contra Mathildam & Guelphonem obſidens illuſus abire cogitur. Peſte homines & jumenta laborant.
1093.	Peſſimè â peſſimo marito habita confugit ad B. Urbanum Pont. Adelheides Imp. & mox Conradus filius, Cæſar â Guelphone victus.
1094.	B. Gebhardus Conſtantiæ Synod. celebrat, ipſe Legat. Apoſtol. Volmarus Mindenſis Epiſc. Simoniacus, cælitus decapitatur.
1095.	Ludis Equeſtribus Tornaci Henric. Lovanienſis perimitur, B. Adelheides Auguſta, purpuram cucullo mutat.
1096.	Magni Germani Principes nequitia peſſimi Cæſarum offenſi ſalutem in Monaſterijs quærunt.
1097.	Cæſar inviſus bonis omnibus, bonitatem & emendationem ſimulans Comitia Moguntiæ convocat, nonnullos lucratur.
1098.	Rupertus ex Abbate Erfurdenſi Elector Mogunt. dum impietati Cæſaris obnititur ſponte exulat, Hyems calida mox peſtilentia.

Henri-

A. C.

1099. Henricus Imp. Conrado filio infenſiſſimus, Henricum Juniorem creari Cæſarem curat, Conradus Italiæ imperat.

1100. Bretiſlaus Dux in venatione telo trajicitur, parricida in fuga cadens in foveam, in proprium ſe gladium miſer induit.

1101. Conradus Italiæ Rex ſummæ ſpei adoleſcens moritur, non ſine veneni ſuſpicione. Henricus ad Weſeram Dux contra Friſios cadit.

1102. Henricus præter datam fidem Concilio Rom. intereſſe renuit, proin denuo excommunicatur, cum denuo Antipapam intruderet.

1103. Henricus Imp. omnibus illudens expeditionem ſacram nequiter ſimulat, ſuis inviſus exteris contemptus. Ordo Equitum S. Joan. Inſtituitur opera S. Petri Abbatis Cavenſis.

1104. Indictis Ratiſponam Comitijs nihil impetrat Henricus, quod Principes tantum ludi ſe quererentur.

1105. Patrem tot annis rebellem Eccleſiæ deſerit Henricus filius, quem mox ſalutant Auguſtum Principes, exauctorato Patre. Filius patris acta reſcindit.

1106. Conjicitur in cuſtodiam â filio nec multo poſt mœrore miſerabiliter in excommunicatione æt. 56. moritur.

1107. Henricus Limburgius Lotharingiæ Dux intruſus, mox ejectus armis Principatum vendicare conatur, ſed â Godefrido Barbato rejicitur.

A. C.

1108. Cæſar in Robertum Flandriæ Comitem movet, at modicum efficit, Rudolphus Brigantiæ, contra Hartmannum Kirchbergæ Comitem vario Marte pugnat.

1109. Henricus V. gravi prælio ob negatum tributum, Polono imminet, ſed prope Uratiſlaviam gravi ſtrage profligatur.

1110. Renunciat hoc anno Inveſtiturarum malè uſurpato â patre juri Henricus filius, mox tamen peſſime repetit.

1111. Patrizat Henricus & infando auſu B. Paſchalem Papam captivum abducit, cógitque inveſtituras ſibi cedere, quod vi extortum, dimiſſus Pontifex merito reſcidit.

1112. Concilio Lateranenſi irritum declaratur quod Papæ extortum fuerat. Saxoniæ Principes oppreſſam Libertatem queruntur.

1113. Expeditionem in Saxones ſuſcipit Cæſar, & feliciter primùm Sigefrido Palat. Sax. victo & in acie cæſo.

1114. Concilio Bellovacenſi Henricus Imp. Hæreticus declaratur & excommunicatur, â quo Hæreſis Henriciana.

1115. Henricus grandi cum exercitu Saxones petens grandi clade profligatur â Lothario Sax. Duce cæſis utrinque ad Sylvam Welphonis 45. millibus.

1116. Henricus defectionem Principum metuens, illudere Pontifici parat, ſed ab hoc Concilio Rom. denuo excommunicatur, Socero Anglo contra Anglum auxilia miſſurus, ab Imperio prohibetur.

1117. Romam ingreſſus diffugiente Papa, fideles

per-

A. C.

perſequitur, poſtea ſibi metuens dum abſolvi rogat, recuſat Pont. aſſerens ipſum â Concilio excommunicatum.

1118. B. Gelaſius Papa â Cincio factionis Henricianæ anteſignano pedibus calcatur, quem Cæſar effugientem pari ſcelere perſequitur, ille tamen evadens in Galliam Cæſarem excommunicat.

1119. Intelligens Henricus Principes de ſe exauctorando cogitare mox in Germaniam advolat. B. Calliſtus creatus Pont. Rhemenſis Concilio obſtinatum Imp. excommunicat.

1120. Moniti cæleſtibus prodigijs Saxones in *Cæ*ſaris exercitum involant & ejiciunt. Simoniacos Epiſcopos exauctorant, novos eligunt. S. Norbertus novum Ordinem condit.

1121. Iterum pacem & pœnitentiam ex metu ſimulat Henricus, & Herbipolim Principes evocat, omnia ad Papam remiſſa.

1122. Concilium Wormatienſe celebratur, quo denique *Cæſar* in perpetuum Inveſtituris renunciat, & reconciliatur.

1123. Pomerani opera Henrici Nigri Guelphi Bavar. Ducis & S. Othonis Epiſc. Chriſti fidem complectuntur.

1124. Idem Henricus Dux cogn. *Magnus* & Niger Monachum in Weingartten profitetur. Henricus Imp. dum Socerum Anglum contra Conſilium ſuorum juvat, â Gallo gravem cladem accipit.

1125. Moritur Henricus V. ſuccedit Lothar. Sax. Dux Religioſiſſimus. Clarent SS Ru-

A. C.

pertus Tuitienſis, & Limpurgienſis.

1126. Bohemos rebelles memorabili clade ſundit Lotharius. Inde Urbium Imperij nimiam licentiam opera Guelphorum compeſcit.

1127. Wilhelmo utriuſque Burgundiæ Duce occiſo Lotharius Conradum Ducem Zāringiæ ſubſtituit, contendit Rainaldus Matiſcon.

1128. Conradus Franconiæ Dux Tyrannid. Italiæ invadit, quem Papa diris devovet. Theodoricus Alſatius Flandria potitur.

1129. Lotharius Ulmam expugnat & diruit, mox alias Urbes occupat Godefridus Lovan. & Theodor. C. Flandriæ, contra Epiſc. Leodienſem & Ducem Limburgi infeliciter pugnant.

1130. Lotharius Hermannum Winzenburgium bello domat & graviter plectit. Ludovici Thuringi filium primum Landtgravium inſtituit, & 12. Comites eidem pro Palatinis tribuit.

1131. Imperator Leodij cum conjuge ab Innocentio II. coronatur, Conradus Pſeudo-Imperator deſertus ab Italis in German. redit.

1132. Conventus Imperij celeberrimus apud Roncalias celebratur, quo Cæſar cum Innocentio Papa de rebus graviſſimis tractat.

1133. Meretur optimè de Eccleſia Lotharius, & Papam Romæ reſtituit, ab ipſo ſolemniter coronatur. Conradus patriam turbat.

Pru-

A. C.

1134. Prudenter ſimul & generoſè obviat Conradi Franconis conatibus Cæſar, Imperio ſimul parcens & ſtulto Principi.

1135. Nunc denique Germaniæ motus plenè componit Lotharius Friderico Suevo & factioſis ſe ſubmittentibus. Subjecit ſe quoque Daniæ Rex. Compoſuit Cæſar res inter Polonum & Bohemum.

1136. In Italiam profectus Imp. omnes Urbes ad obſequium cogit, & cum Venetis fœdus redintegrat. Moritur Sanct. Leopoldus Auſtr. M.

1137. Italiam plenè ſubigit, & Papam denuo ſedi reſtituit. Rogerium Siculum ope Welphonis vincit, & Apuliam ſubjicit.

1138. Lotharius in reditu Tridenti morte intercipitur. Germani non expectato Henrico Guelpho, Conradum I I. eligunt.

1139. Corripit arma Guelphus Bavar. & Sax Dux & Elector, ſe inconſulto electionem nullam queſtus, & â Conrado proſcribitur.

1140. Cauſam nepotis ſuſcipit Guelpho ſenior, Achilles Germ. dictus, quem Weinſpergæ obſeſſum Cæſari ex pacto præripit Sereniſſima conjux, quod charius haberet exportare juſſa, maritum exportans.

1141. Conradum Imp. acriter exagitat Guelpho, recipiendæ pro nepote Saxoniæ & Bavariæ omnes nervos intendens.

1142. Conradus Conſtantiæ Comitia ſolemniſſima celebrat. Henrico Brandeburgio ſine liberis mortuo, ſufficit Albertum Urſum Anhaltinum.

1143. Bohemiæ Dux â Moravo vexatus vices

A. C.

rependit, & omnia ferro atque igne vaſtat. Hyems aſperrima.

1144. S Hildegardis miraculum fœminæ celebratur, quam ſummi Pontifices, Cæſares, Reges, conſulebant. Brabantia graviter bello afflicta, Godefridus infans Dux inter arbores in cunis ſuſpenſus animos excitat, victoriam comparat.

1145. Conradus & Wartiſlaus Moraviæ Principes bello exhauſti, nunc Bohemi gratiam orant, & ſibi ablata impetrant.

1146. Expeditioni ſacræ ut intereſſent, Guelpho à S Bernardo perſuaſus, & Cæſar amici ex hoſtibus fiunt & arma jungunt.

1147. Sollicitus ne quid ſe abſente Germania pateretur Cæſar Henricum filium coronari curat, mox in Orientem movet.

1148. Germanorum exercitus perfide à Græcis tractatur, & calce panibus immixta perit.

1149. Revertitur inglorius ex Oriente Conradus Imp. Balduinus Hannoniæ Comes, abſente Flandro provinciam vaſtat.

1150. S. Petrus Cluniac. Abbas Conradum Imp. & Rogerium Siculum à cruento bello dehortatur, & contra Saracenos accendit Theodoricus Flander reverſus Hannonem vincit, res componitur.

1151. Reverſus è Syria Guelpho, dum nil æqui à Cæſare impetrat, graviter queſtus inſignem exercitum adornat.

1152. Moritur Conradus, cui Fridericus I. Oenobardus, Sueviæ Dux ſufficitur, quod matre Guelpha natus eſſet in ſummam ſpem

inter

A. C.

inter potentiſſimas familias, pacis ſtabiliundæ.

1153. Fridericus ante omnia Guelphos conciliat ſibi & Imperio faſſus nullam rem Imperio utiliorem ſe feciſſe.

1155. Fridericus Mediolanenſium oppreſſa inſolentia, Derthonam expugnat & ſolo æquat, Papiæ I. dein Romæ coronatur. Peſte abſterritus & reverſus in patriam rebelles graviter plectit.

1156. Magno Germaniæ plauſu Henricus Leo præſente Cæſare Henrico Auſtrio ſponte Auſtriam cedit & hæredibus. Fridericus Imp. Comitijs Conſtantienſibus legitimam uxorem repudiat.

1157. Dum Adrianus Papa Fridericum paternè corripit, is litteris Encyclicis â ſolo DEO collatum Imperium jactat. Polonus pacem petere cogitur.

1158. Cæſar Bohemum Regem creat, leonis inſignia tribuens. In Italiam contendens Mediolanum Veronam, Cremonam Brixiam deditione accipit.

1159. Longobardos legibus novis detrahentes compeſcit. Alexandro electò, cum tres calculi deeſſent, Octavianum adoravit.

1160. Conciliabulo Papienſi Octaviani electio â 3. Cardin. facta approbatur. Alexander Papa Concilio Anagnini Fridericum cum ſuo idolo excommunicat.

1161. Henricus Leo Guelphus Pribiſlao Duce Henetorum victo apud Henetos, Wandalos & Obritos Chriſti fidem propagat

Arctiſ-

A. C.

Arctiſſima obſidione Mediolanenſes premit Imperator.

1162. Subactum Mediolanum diruit, & aream aratro proſcindit Cæſar. ita minatus urbibus omnibus quæ mox ſe dedunt. Catharorum Hæreſis mulier debellat S Hildegardis.

1163. Cæſar in Germaniam, rurſumq; in Italiam revertitur. Polonos filijs Vladiſlai ſatisfacere cogit, ex quo tempore proprios Principes Sileſia habuit.

1164. Victor Pſeudopapa moritur quem unice Fridericus coluit, mox electo ab Anti-Cardinalibus æque favet. Obotritis adeſt Pomeranus & Holſatios ac Dithmarſos triumphat.

1165. Conradum Archiep. Moguntinum quod Alexandro Papæ faveret, evertere ſatagit Cæſar. Moritur S.Eliſab. Prophet.

1166. Bellum adornat contra Alexandrum Cæſar. cujus Duces eligit tres Epiſcopos Simoniacos. Fine anni ipſe ſequitur.

1167. Romam furibundus invadit Imp. evadente Bononiam Alexandro. Itali conjurant in Germanorum, ob hoc ipſum, everſionem.

1168. Res proſpere ſuccedit Italis, Cæſar omnium ludibrium reverti in Germaniam cogitur Itali reliquas urbes occupant.

1169. Tertium idolum ſubſtituit Alexandro Cæſar, Calliſtum III. ipſo in Germania occupato, rem promovent Itali.

1170. Preſſus undiq; Fridericus pacem ambit per legatos, quos rejicit Papa, quod con-

A. C.

conditiones aliter non mererentur.

1171. Mediolanum de novo ſtruunt Itali & inſigniter muniunt. Mittit Cæſar Moguntinum, qui Tuſciæ urbes in officiò tenent.

1172. Henricus Leo Guelphus Princeps Germanico nomini in Oriente conſulit, merito Leonis nomen ob victorias conſecutus.

1173. Edoctus de nova Italorum contra ſe conſpiratione Cæſar ingentem congregat exercitum, omneſq; Principes invocat.

1174. Præmittit partem copiarum, & multas Urbes occupat, ipſe poſt ſequitur & anni reliquum in obſidione Alexandriæ terit.

1175. Viſus S. Petrus ſpectabili forma Alexandriam defendere, inde Guelpho domum reverti contendit, effuſo ad pedes ejus Cæſare & deprecante, illo DEUM magis quam Cæſarem timente.

1176. Solvere turpiter obſidionem cogitur, & congreſſus cum fœderatis, turpius profligatur, turpiſſime pacem ambire cogitur.

1177. Fortunatiſſimus Eccleſiæ annus, quo pax denique Venetijs firmata fuit inter Pont. & Cæſ. hoc idolum ſuum execrante.

1178. Henricum Leonem reverſus in Germaniam Cæſar Ducatu Bavariæ & Saxoniæ dejicit, Leone fortiter obnitente.

1179. Pugnant ijdem varia fortuna, ſed Cæſarem recens Pontifici reconciliatum omnes Principes contra Leonem juvant.

1180. Coactus Leo in cauſa propria inimicum eum-

A. C.

eumdem & Judicem admittere, iniqua ſententia, omnibus exuitur. Fortuna ſua ipſe major, certus S. Petri cauſa, omnia ſufferre.

1181. Sydus illuſtriſſimum Germaniæ S. Hildegarda Abbat. & Prophetiſſa cælis infertur, Leo in exilium ejicitur.

1182. Ludovicus Thuringius & Ottho Saxoniæ Marchio graviter colliduntur, hoc deniq; victo & capto, juſſu tamen Imp. dimiſſo. Godefridus Lovan, & Balduinus Hannonius acriter dimicant.

1183. Comitijs Conſtantienſibus Pax inter Cæſ. & Longobardos conficitur Calend. Julij. Diploma Sigonius profert.

1184. Lucium Papam Veronæ convenit Imp. & de Romanis plectendis, & ſacra in Paleſth. expeditione tractat. Solemni conventu Solario ruente Cæſar penè cloaca mergitur, &c.

1185. Cremam â ſe olim crematam inſigniter reſtituit Imp. filium eum coronari vellet, ait Papa: inconveniens ut duo regnarent.

1186. Cæſar cum ab Urbano Papa ablata reſtituere cogeretur, graviter colliſus, prope aberat ut denuo diris devoveretur.

1187. Fridericus Volmarum Elect. Trever. hoſtiliter perſequitur, quod â Papa deſignatus eſſet. Mox de Sacro bello cogit ad ſe parat.

1188. Cæſar, & plurimi Germ. Principes cruce ſignantur. Trajectenſis Epiſc. & Ottho Geldriæ Comes acriter congrediuntur.

Cæſar

A. C.

1189. Cæſar pertæſus moræ cæterorum Regum, ipſe cum 150. millibus in Orientem movet. Initia Ordinis Equeſt. Teutonici.

1190. Univerſo complorante & ſpectante exercitu dum Cæſar Serram amnem lavandi gratia ingreditur, abſorbetur, nuſpiam deinceps repentus: Henricus Leo Bardovicum ſolo æquat.

1191. Henricus filius Friderici â Cæleſtino Papa coronatur mox Neapolim obſidet, ob luem peſtiferam ſolvere coactus.

1192. Teutonicus Ordo, hoc anno â Pont. confirmatur, Juratis odijs Moguntinum bello petunt Haſſus & Thuringus.

1193. Richardum Angliæ Regem è ſacro bello reducem intercipit Luitpoldus Auſtrius, â Papa ob id diris devotus. Diverſi Principes in Belgio præliantur. Naſcitur Albertus Magnus.

1194. Turbis Germaniæ compoſitis Cæſar pergit in Italiam, & Cajeta, Neapoli & toto Siciliæ Regno potitur, Moguntinus cum Haſſo bellum continuat. Friſij Epiſcop. Traject. cædunt.

1195. Minime degener Cæſar Matthilius Eccleſiæ bona invadit, & Wilhelmum Siciliæ Regem contra datam fidem oculis privat. Albertus & Theodoricus Miſniæ March. fratres bello concurrunt.

1196. Cæſar in Sicilia barbaricè graſſatur in innocentes, Brabantiæ, Limpurgi, & Saxoniæ Duces expeditionem ſacram ſuſcipiunt.

1197. Crudelitatis dat pœnas Cæſar, immature mortuus. Principes rejecto trienni filio, alij

A. C.

alij Philippo, alij Otthoni Brunſuicenſi favent, creſcunt factiones.

1198. Ottho IV. Aquiſgrani coronatur. Philippus Henrici frater ut Pontificem demereretur Tuſciam ipſi offert.

1199. Ingens rerum turbatio, his pro Philippo, alijs pro Otthone arma ſumentibus. Haſſus pro Otthone rem fortiter gerit.

1200. Multi à ſeipſis diverſi, mox illi, mox alteri ſtudent, cum interim pulcherrimæ provinciæ ſanguine horrerent & ignibus.

1201. Philippus coronari ſe Moguntiæ curat, cui Gallus ſuppetias Otthoni Anglus, ferunt. Holſatæ, Sleſvic. Stadenſes præliantur.

1202. Philippus jam quaſi certus Regni nil deferens Eccleſiæ excommunicatur. Bohemum exauctorans, Otthoni amicum reddit.

1203. Movet in Hermannum Haſſiæ Landgravium Cæſar varia fortuna donec Haſſus ipſe offenſus ab Otthone, amicus ex hoſte fieret.

1204. Tranſeuntem denuo ad Otthonis partes Haſſum, Philippus armis potenter cogit, & ſupplicem recipit.

1205. Laborat graviſſimis malis præter bellum Germania, Anathemate percuſſis quotquot Philippo faverent.

1206. Epiſcopatum Colonienſem igne ac ferro vaſtat Imperator, donec gratiam rogarent incolæ, Ottho pecunijs ab Anglo juvatur.

1207. Pax redditur Germaniæ deſponſa Otthoni

Philippi

A. C.

Philippi filia promiſſo etiam poſt mortem Philippi Imperio.

1208. Philippus poſt venæ inciſionem in cubiculo quieſcens ab Otthone C. Wittelſpachio occiditur. ſuccedit Ottho magna gratulatione.

1209. Ottho ſolemniter Romæ coronatur, data fide de rebus Eccleſiæ non tentandis. Verùm vix digreſſus, incertum qua offenſus cauſa, Flamminiam, Faliſcos & Apuliam occupat.

1210. Neapolitanum quoque Regnum Friderico pupillo erepturum diris devovet Pont. & Imperio privat, unde ingentia mala.

1211. Evocatur ex Italia Fridericus II. & ſalutatur Imp. Ottho proin Germaniam repetit. Bertholdus Zäringius ab Helvetijs vincitur.

1212. Ottho Landtgravium Thuringiæ bello premit, mox Friderico occurrit, iniquo plerumque ſibi Marte congreſſus.

1213. Ottho â pleriſque deſeritur, & licet manu ac conſilio promptus nihil bellando proficit. Brabantiæ Dux ab Epiſc. Leod. vincitur.

1214. Ope Galliarum Regis Fridericus memorabili ſtrage Otthonem triumphat ipſomet ægrè effugiente. inde plenè rerum potitus.

1215. Sacrum bellum indicente Pont. Fridericus ipſe cruce ſignatur. Ottho ope fratris Elect. Palat. Hamburgum expugnat.

1216. Non pauci ex Germaniæ Principibus & ipſi

A. C.

ipſi cruce ſignantur. Ottho ſeriam anteactæ vitæ agit pœnitentiam.

1217. Teutonici Ordinis milites primam expeditionem contra infideles in Pruſſia ſuſcipiunt. Ottho IV. Speculum veræ pœnitentiæ moritur, ab infimæ ſortis hominibus calcari volens.

1218. Ultimus ſuæ familiæ Dux Bertholdus Zāringenſis moritur. Inaudita inſer Germaniæ inundatio, innumeris pene oppidis, pagis, caſtellis aqua merſis, ob unicam ſacræ hoſtiæ violationem.

1219. Imperator Romæ ab Honorio Papa conſecratur, mox ob ſacrilegia fidelium communione ejectus. Scribitur idem nil opinantem Theobaldum Lotharingiæ Ducem, veneno ſuſtuliſſe.

1220. Teutonici Ordinis milites rem armis ſtrenuè gerunt contra infideles, multis Victorijs potiti.

1221. Joannis Brenni Hieroſolymorum Regis reconciliatur Papæ Frider Imp. Coronatur Aquiſgrani Henr. Friderici filius.

1222. Fridericus tota Germania milites conſcribit ad ſacram Expeditionem, ipſe in Italiam profectus negotia curat.

1223. Comitia Northuſij celebrat Henricus Rex. Frid. Imp. filius, Ludovicus Thuringus Orlamundanum C. bello premit.

1224. Comitijs Francofurtenſibus, Henricus Rex conjugem ducit, Margaritam Leopoldi VII. Auſtrij Ducis filiam.

1225. Frider. Imp. cum Ludovico Gall. Rege fœdere jungitur. Ludovicum Bavariæ Ducem

A. C.

cem bello petunt Salisburg. Epiſc. & Ratiſpon.

1226. Bellum Boicum tranſactione finitum. Boruſſia à Conrado Maſſoviæ Duce libere donatur, Lubeca Imperio adjungitur.

1227. Brunſuicum Ottho Luneburgius ejecto Frid. Imp. præſidio occupat; fruſtra tentante Henrico Rege, cujus poſtea Dominium confirmavit Frid. Imp & Otthonem Ducem creavit.

1228 Excommunicatus vix adito Pontificatu ob ſacrilegia à Gregorio IX. Fridericus, reconciliatur movens in Syriam. Henricus Rex Argentin. Diœceſim petulantius vexans ab Epiſcopo profligatur.

1229. Ulturus cladem Rex Alſatiam vaſtat, verum Epiſcopus egregiè ſe opponit. Fridericus creditur fœdus cum Saracenis pepigiſſe.

1230. Reverſus ex Oriente Imp. abſolvi rogat, ita bonis ſe excuſari credens, interim Gibellina factione humana & Divina violat.

1231. Ludovicus Bavarus, cum à cæna Stichum morionem ludo inceſſeret parvo cultello confoſſus mox concidit.

1232. Hermannus Thuringiæ Landgravius cum Seiffrido Electore Mogunt colliditur, & illuſus à mulieribus Frizlariæ, urbem incendit.

1233. Henricus Rex Bavariæ Ducem bello petit, victoriam indeptus. Fridericus in Meſſanenſes barbara crudelitate graſſatur.

1234. Fridericus Ezelinum Tyrannum Italiæ imponit, quo nullum crudelius monſtrum

ab

A. C.

ab orbe condito innotuit. Henricus â patre Cæſare deficit.

1235. Fridericus Henricum filium parricidij damnat, Conradum min. natu Cæſarem creat. Henric⁹ ſupplex, captivus moritur.

1236. Friderico Auſtrio pacem turbante Cæſar munitiora Styriæ occupat, Viennam expugnat, quam Imperio adjungit.

1237. Fundat Academiam Viennenſem, inde Mediolanenſes bello vincit, Tarviſio Ezelinum præficit, odium in Pont prodit.

1238. Totum annum bello Longobardico inſumit Cæſar, & urbes expugnat. Lemburgius Leod. Epiſcopum armis perſequitur, hic vincit.

1239. Fridericus fruſtra commonitus â Papa exauctoratur, ſtringunt Auſtrij Bohemi & Boji arma in excommunicatum.

1240. Fridericus Auſtrius Viennam obſidet & recipit, inde primum Cæſaris affectans gratiam facile obtinet.

1241. Ottho Brandeburgius Henricum Miſn. March. omni ditione ejicit in Henricum ſine terra dictum. Tartari Sileſiam invadunt. Occurrit Princeps cum 30. mill. ſed glorioſe occumbit.

1242. Barbari diſcutiunt conſilia principum de novo Cæſare creando.

1243. Thomas Sabaudus Flandriæ Princeps Bruxellam expugnat, & Henricum Godefridum Lovan. Com. vinctos trahit.

1244. Innocentius Papa Frid. Imp. ad dicendam cauſam ad Concilium Lugdun. vocat, fremente Cæſ.

Non

A. C.

1245. Non comparens Imp. communi Patrum calculo excommunicatur &Imperio privatur, Parmam obſidens in turpiſſimam fugam cogitur.

1246. Imperator eligitur Henricus Thuringiæ Landg. qui mox inſignem de Conrado Rege victoriam retulit, non multo poſt in obſidione Ulmæ ſagitta peremptus. Moritur Lutgardis Abb.

1247. Velut Sol inter Sydera Germaniæ exſplendeſcit Albertus Magnus, Præceptor S. Thomę Aquinatis. Principes de alio Imp. legendo conſultant. Fridericus & Ezelinus Italiam perdunt.

1248. Guilielmus Hollandiæ Comes Imp. eligitur, contra quem inſignem armat exercitum Conradus.

1249. Enzius filius Friderici vivus capitur, & alter frater Jordanus in acie occumbit, quæ Friderico plurimum doluere.

1250. Guilelmus Hollandus Aquiſgrani præſentibus 7. Elect. coronatur. quo ipſo anno Fridericus miſerè in Apulia injecto, ut volunt, à Manfredo pulvinari ſuffocatur. Sydus magnum S. Bonifacius Lauſanenſis claret.

1251. Italis defectionem parantibus Conradus filius Frid. occurrit, & Neapolim expugnat, ad hunc cum Henricus frater gratulatum properaret, à Saracenis captus, juſſu Conradi, ut volunt, occiſus eſt.

1252. Sanguinarium Conradi Regis ingenium Italos pleroſque avertit. Albertus Brunſuic. pro Rege Bohem. contra Ungaros

A. C.

mirificè triumphat.

1253. Multi Italorum Conradi odio ex Gibellinis Guelphi fiunt, Germania ſimiliter factionibus miſerè agitatur.

1254. Alter Abſolon pulchritudine, ſævitia Tygris Conradus â Manfredo notho fratre veneno tollitur. Wilhelmus quietè Imperio potitur.

1255. Manfredus Saracenorum auxilijs utraque Sicilia potitur. Guilielmus Imp. contra Friſios pugnans ex inſidijs interficitur.

1256. Fluctuat Germania abſque capite. Ludovicus Pal. Dux Bavar. cauſa inaudita Mariam Brabantinam, conjugem decollari mandat.

1257. Sola Principum invidia, diverſis ſtudijs alij Richardum Cornubiæ Comitem, alij Alphonſum Caſtellæ & Legionis Regem, eligunt Imp.

1258. Richardus jam coronatus Imp. exhauſtis quas oſtentarat opibus, deſertus ab omnibus in Angliam revertitur. Gerardus Elector Moguntin. dein Gotringenſem agrum vaſtat, victus ab Alberto Brunſuicenſi & captus eſt.

1259. Liberè graſſantur abſque capite Germani, Brunſuicenſis & Haſſus variè dimicant. Albertus Magnus fit Epiſcopus Ratiſpon.

1260. Cerberus ille infernalis Ezelinus Tyrannus victus â Confœderatis & vulneratus, paulo poſt moritur. Rudolphus Habſpurgius centum millibus Equitum præ-

fectus

A. C.

fectus,ſub Rege Bohemiæ Ungaris cæſis multum præſtitit.

1261. Danus dum Sleſuicenſem Ducatum invadit, gravi prælio ab Holſatiæ Comitibus profligatur,& cum Regina captus Hamburgum ducitur. Rudolphus Habſpurgius Epiſcopo Argent.adeſt,mox civibus contra Epiſcopum.

1262. Henricus Boiorum Dux Archiepiſc. Salisburgenſem bello graviter affligit.Rudolphus Habſpurg. contra Epiſcopum rem ſtrenuè agit.

1263. Poſt bellū octuenne cum Hermanno Thuringo,Albertus Brunſuic. jam victor,graviter vulneratur & capitur.

1264. Moritur Richardus electus Imp. cōponitur bellum Brunſuicenſe & Thuring. Rud. Habſpurgius cum Regenſpergio pugnat.

1265. Carolus Ludovici Gall. Regis frater contra Manfredum evocatur. Rud.Habſpurgius Regenſperg. expugnat, & ditione exuit.

1266. Rudolphus Habſp. viſo ven. Sacram. equo deſilit,& pedes comitatur. Otthocarus Bohemus Bavariam armis infeſtat.

1267. Otthocarus & Boius reconciliantur. Conradinus evocatus â Gibellinis magno plauſu excipitur. Rud. Habſpurg. Tockenburgium domat.

1268. Conradinus Conradi Regis filius Sicilia potitur, Rudolphus Habſp. Baſileam obſidet,cives ad duras conditiones cogit.

1269. Conradinus â Carolo victus, ex fuga retractus cum Frider. Auſtriæ Duce decollatur. Principes varij Germ, confœderantur

A. C.	
1270.	Stephanus Ungariæ Rex Auſtriam vaſtat 1600. captivos abducit. In Rhætia & Helvetia Dynaſta aliqui præliantur.
1271.	Bohemus Ungariam, Ungarus Auſtriam & Moraviam vaſtat donec ab Epiſcopis & religioſis conciliarentur.
1272.	Rudolphus Habſp. bello perurget Baſileenſem Epiſcopum, donec pacem peteret, Ungari Auſtriam, Styriam, Moraviam populantur.
1273.	Rudolphus Habſpurgius communi deniq; conſenſu, excepto Ottocaro Imp. Rom. eligitur, mox 20000. Equitũ comitatu Aquiſgranum contendit, ubi coronatur.
1274.	Papa lætus Loſannam uſq; ſalutatum Cæſarem occurrit. Hic Francofurti Comitia celebrat, & Principes conciliare laborat.
1275.	Iterum Comitia Auguſtæ celebrat Rudolphus, Bohemum, Boium alioſque electioni ſuæ adverſantes, hoſtes declarat.
1276.	Bohemus, Bojus, Badenus arma rapiunt, ſummiſque viribus ſe Rudolpho opponunt. Danus Sleſuico inhians repellitur.
1277.	Bohemus grandi clade victus, auro & gemmis cultiſſimus gryſeam Rudolphi chlamydem ſupplex venerari compellitur, tentorio ſubitum convulſo, ut omnibus appareret. Badenus quoque victus eſt.
1278.	Ottocarus reſumptis armis grandi conflictu ipſe occũbit cæſis 14000. Cedit Victori Auſtria, Bohemia cæſi filio permiſſa.
1279.	Hoc & ſequenti anno Comitia celebrat Augu-

A. C.

Auguſtæ Rudolphus. Joannes C. à Sponheim cum Moguntino congreſſus profligatur.

1280. Moritur B Albertus Magnus Ratiſp. Epiſc. Mirabilis illa & DEO gratiſſima Gertrurdes Abbat. Elpediana orbi innoteſcit.

1281. Rudolphus Imp. Burgundiæ Comitatum, cæſo Comite, Imperio ſubjicit. Fædum Thuringiæ bellum inter patrem & filios, quod parens ipſe, novercæ dolo, filios evertere pararet.

1282. Wirtenbergium armis domat Imp. qui diu Urbes Imperij vexaverat, totumque Imperium prædonibus purgat.

1283. Movet in Sabaudum, & ope Helvetiorum Paterniacum & Moratum occupat. Adverſantes ſibi Imperij Comites conciliat.

1284. Ludi Equeſtres Ratiſponæ celebrati. Rudolphus Agnetem Burgundam ducit. Quidam Fridericum II. mentiuntur, exuritur.

1285. Septimum ſex Electoribus Cæſarum adjiciendum ducit Rudolphus, & Bohemum Regem ſeptimum eſſe jubet.

1286. Wirttenbergium denuo inquietum armis petit, qui denique ſeſe dedit. Italiæ Urbibus libertatem vendit.

1287. Exardeſcit denuo bellum Thuringicum, quod Cæſar compoſuit. Fridericus Curienſis Epiſcopus, Werdenbergijs & Montfortijs infeſtus armis capitur, & elabi conatus ex caſu moritur.

1288. Teſte Numine ipſo magna non ſemel, ſub

A. C.

hoc tempus imminentia mundo mala avertit S. Gertrudes Abbatiſſa Baſileenſis Epiſcopus, cum Burgundo congreſſus vincitur.

1289. Adeſt Epiſcopo exoratus Imp. equo ſuffoſſo pedes acre prælium aliquandiu ſuſtinens, coacto demum Burgundo ſe dedere.

1290. Comitia Erdfurti celebrat Imp. ſupra 60. arces prædonum in Saxonia evertit. Brandeburgius Miſnenſem armis petit, hic illum tribus prælijs victum pacem cogit petere.

1291. Moritur Rudolphus Imp. ætat. 73. Auſtrij Styriq́ue obedientiam detrectant, quos bello cogit Albertus Habſpurgius. Ungaros etiam Auſtriam vaſtantes reprimit.

1292. Adolphus Naſſovius Francofurti creatur Imp. quod plurimum Alberto Rud. filio doluit, Auſtriorum ſeditione impedito.

1293. Albertus compoſitis auſtriæ motibus Imperium invadit, Adolphumq́ue aggreditur. Thuringus in odium filiorum, ditiones Adolpho vendit, qui jure nunc ſuo eas ſibi vendicat.

1294. Dum Thuring. armis premit Adolphus, nihil efficit ſimulq; Principum animos avertit, quod legitimos hæredes everteret.

1295. Dum nova inſuper imponit vectigalia, plurimi Principes Alberto accedunt, & animare contra Imp. non verentur.

1296. Principum multi, pauci Electorum, Adolphum Imperio privati volunt, quod Alberto

A. C. berto animum addidit Imperij porro invadendi. Brandeburgij Joan. & Ottho Polonum opprimunt & occidunt.

1297. Adolphus cum Alberto pro Regno contendens, hoc nunc hoſtilia machinante, nunc pugnam detrectante variè luditur, interim relictæ contra Thuringos copiæ profligantur.

1298. Conventu Principum Moguntino per abſentiam Palatini & Trevirenſis Imperium Adolpho abrogatur, Albertus eligitur, qui mox mox cruentiſſimo prælio victum Adolphum interfecit.

1299. Albertus Urbes expugnat, & Comit. Francufurt. denuo Cæſar ſalutatur, qui ut ſibi amicum Gallum redderet omni arte ſatagit.

1300. Confirmat electionem Pontifex quod diu negaverat, mox Electores & qui maximè faverant everſum volunt. Palatinum armis cogit.

1301. Wenceſlaum recens electum Ungariæ Regem bello invadit, ſed intemperiè cæli rejicitur. Wagria Holſatia Stormaria bello fervet, inſurgente in Principes Equeſtri Ord. ſed fortiter pulſo.

1302. Iterum Ungaros tentat Imp. qui ſororem illi reddunt, quam in cuſtodia clauſerant. Flandri memorabilem de Gallis triumphum referunt.

1303. Albertus Imp. Helvetijs Libertatem confirmare recuſans, Tyrannidis affectatæ ſuſpectus redditur, illi nobilium inſolentiam domant.

A. C.	
1304.	Ungari Otthonem Ungarum, Belæ IV. ex filia nepotem Regem eligunt & coronant, Turbatæ in Helvetia res.
1305.	Grandi peſte laborat Germania, ita ut in Saxonia & Thuringia vix tertia pars mortalium ſupereſſet.
1306.	Dum Bohemi in legendo Principe diſſentiunt, Albertus electionem annullat & Rudolphum ſuum filium renunciat. Iterum parens contra filios in Thuringia, ſcelere nequiſſimæ novercæ.
1307.	Vix adito Regno Bohemiæ Rudolphus ventris profluvio tollitur cunctis ad Henricum Tirolenſem reſpicientibus, Albertus tam pingui bolo inhiat, unde gravis Regni vaſtatio.
1308.	Magnum omnino ſydus è Germania cælo aſſeritur S. Mechtildes. Albertus Imp. â Joanne fratris filio, cujus bona tutorio nomine diutius retinuit, interimitur. Eligitur Henricus Lucelburg. opt. Imp.
1309.	Hic Aquiſgrani ſolemniter coronatur. Wirttenbergius denuo in urbes injurius, nec acquieſcens opt. Cæſari, armis cogitur.
1310.	Opes Bohemiæ exhaurit Henricus Tirolenſis Regni deſperatione mox ad Joannem Henrici Imp. filium Bohemi reſpiciunt.
1311.	Henricus Imp. Mediolani coronatur. Alberti Imp. cadaver Wettingæ aſſervatum Spiram transfertur & juxta Adolphum conditur.
1312.	Henricus feſto SS. Petri & Pauli Romæ coronatur-

A. C. ronatur. Peſtis Germaniam vexat, vix tertia parte hominum ſuperſtite, Brandeburgius Haſſiam, Haſſus Brandeburg. Marchiam vaſtat, hic captus evadit.

1313. Opt. Imp. Henricus veneno in S. Hoſtia porrecto tollitur. Electorum alijs Friderico Auſtrio faventibus, plura nactus Vota Ludovicus Bavarus Imp. ſalutatur.

1314. Miſerè in factiones diſtrahitur Imperium & laceratur. Helvetij nimium vexati jugum excutiunt Wilhelmo Tellio & ſocijs authoribus.

1315. Ludovicus & Fridericus coronari ſe faciunt. Leopoldus Friderici frater, movens in Suicios, victus ægrè evadit.

1316. Ludovicus & Fridericus cruento prælio ad Neccarum concurrunt, incertum uter ſuperior. Helvetij confœderantur.

1317. Ludovicus Italiæ retinendæ intentus, Libertatem â Rudolpho Urbibus ejus conceſſam, frendentibus Italis, ridet, & Præfectos mittit, cogitq́ue.

1318. Colonienſes ope vicinorum Principum, cogunt ſuum Electorem Ludovico Imp. præſtare promiſſa. Peſte Erfurti ſolummodo 136. millia periere.

1319. Ludovicus & Frider. prope Müldorffium congreſſi, ille victoriam meruit. Helvetij rebus ſuis conſulunt, in Leopoldi arma intenti.

1320. Fridericus electionem ſuam confirmari â Pont. rogat, qui differendum cenſuit. Colonienſes Epiſcopum ſuum non ſervantem armis petunt.

A. C.

1321. Ludovicus dum Italos Imperio aſſerit, ſuſpectus à malevolis Papæ redditus, quaſi & Eccleſiæ bonis inhiaret, mox odioſus redditur.

1322. Fridericus jam quaſi certus de favore Papæ, una cum Leopoldo fratre ipſam Boicam ferro aggreditur. Dithmarſi Holſatas repellunt.

1323. Gravibus irritatus injurijs Ludovicus magno furore in Fridericum invehitur, profligat exercitum, ipſumq; captivum cum fratre abducit.

1324. Vocatus Avenionem Ludovicus quod Gibellinis favere videretur, convocato Principum conſilio, Legatum mittit & Eccleſiæ interim ſe ſubmittens ad Concilium generale provocat, mox Anathemate feritur.

1325. Ludovicus captivum Fridericum dimittit, accepto prius juramento quod Imperium repetiturus non ſit, Papa extortum contendente.

1326. Ingemiſcit nunc ſub Guelphica factione Italia, & dum fruſtra Papæ queritur Ludovicum invitat Leopoldus Auſtrius Helvetijs odioſiſſimus, Argentinæ febri & atra bili extinguitur.

1327. Ludovicus Tridento Mediolanum petens corona ferrea coronatur.

1328. Romam occupat & coronatur à Stephano Columnio Cardin. Imp. Inde Nicolaum V. Antipontificem eligi curat; excommunicatur.

1329. Germanis nutantibus ob Anathema, adpro-

perat

A. C.

perat Ludovicus Italis ſtatlm deficientibus & Nicolaum Antipapam capientib⁹.

1330. Bohemus in Italiam profectus promittit Ludovicum & Papam conciliare, Italis ſtatim Cæſarem rurſus reſpicientibus.

1331. Bohemus felices ſucceſſus nactus in Italia Carolum filium ubique præficit, inde ſuſpectus Ludovico redditus, ut merito caveret.

1332. Italis quoque Bohemo non fidentibus, is tædio concepto revertitur abſque ullo fructu. Lucernam fruſtra tentant Auſtrij.

1333. Ludovicus per Legatos & Principes Papæ reconciliari & confirmari rogat, nihil tamen impetrat.

1334. Creſcit odium Helveticorum in Auſtrios & Nobilitatem, qui hoc anno plurima paſſim caſtra diruunt.

1335. Benedictus Papa Ludovicum ad gremium vocat, qui facile perſuaſus etiam Imperio abdicare voluiſſe ſcribitur. Landgravius Thuringiæ cum Erfurttenſibus colliditur, hi erumpentes capiuntur.

1336. Henrico Tirolenſi mortuo, præterito Joannis Regis filio qui unicam Henrici filiam duxerat Carinthiam, Carniolam, &c. Auſtriacis in fidem dat Imperator, inde lites, brevi tamen compoſitæ.

1337. Ingens locuſtarum vis Germaniam depaſcitur, dentibus inſtar gemmarum nitentibus. Ludovicus Anglo opem promittens contra Gallum â Principibus prohibetur.

A. C.	
1338.	Iterum humillime abſolvi rogans Imp. nil efficit, pro quo & Electores graves dant litteras, ſuum eſſe eligere, non Papæ.
1339.	Laupenſe Bernatum oppidum obſident Auſtriacorum 30000. ſed profligantur 5500. cæſis.
1340.	Colliſi Papa & Cæſar Germaniam valde contriſtant. Helvetij multa caſtra Kyburgiorum vaſtant.
1341.	Margarita Maultaſchia Princ. Tirol. Ludovicum Brandeburg. maritum quærit Cæſaris filium. Henricus Ferreus C. Holſatiæ magnis cladibus Danum afficit, Seelandiam premit.
1342.	Idem magnum ſe Heroem Victorijs probat, ut & Fridericus ſtrenuus Thuringus, qui Weinmarienſe ſubigit.
1343.	Etiam apud Clementem Papam humillime inſtat Imp. pro abſolutione, ſed fruſtra niſi prius ſe abdicet, quo graviter irritatur, &c. excommunicatur denuo & Imperio privatur.
1344.	Rex Bohemus Ducem Suidnicenſem armis cogit, quod cum Polonus cognatus ulciſci pararet, & ipſe profligatur.
1345.	Clemens territus rumore venientis in Italiam Cæſaris, Electores accelerare jubet novam Cæſaris electionem.
1346.	Eligitur contra Lud. Carolus IV. Joannis Bohem. Regis filjus, qui ſtatim à Papa confirmatur, hic Comitijs Spirenſibus ſua firmat.
1347.	Ludovicus Imp. è Venatione redux apoplexia tact⁹, & equo delapſus, paulo poſt mori-

A. C.

moritur. Thuringus contra Carolum à nonnullis lectus 10000. argenti marcis acceptis Carolo cedit.

1348. GuntherusSchwarzenburgius â 4. Electoribus contra Carolum Imperator eligitur, & â Moguntino coronatur, provocatus ab hoc, Carolus bellum refugit, Gunthero venenum propinatur.

1349. Gunthero jam ægro Carolus 22000 marcarum pendit, is paulo poſt moritur. Peſtis & ignis Sacer tota Germania graſſantur.

1350. Durat peſtilens lues in tertium annum, ſublatis è ſolo Ordine Franciſcano 124. millibus & 434. deſideratis. Habſpurgij in Helvetia infeliciter varijs locis pugnant.

1351. Albertus Auſtrius magno cum exercitu Tiguram obſidet, ſed fruſtra, pauci Helvetij multos cædunt. Teutonici Ordinis Equites inſignem de Lituanis triumphum referunt 8000. cæſis.

1352. Albertus Auſtrius iterum Tigurum cum 50000. obſidet, præſens Brandeburgius pacem utrique parti ſuadet & impetrat.

1353. Recrudeſcunt lites & Helvetij Alberto Tugium eripiunt, qui Carolo Imp. queritur, qui ipſe occurrens cauſas audit.

1354. Imperator regreſſus, cum Tigurum renunciare confæderationi jubet, nil impetrat, proin adducto exercitu cum Alberto Urbi minatur, ſed lite orta inter ſuos, & Confæderatos timens, recedit.

1355 Iter in Italiam parat Carolus, & Mediolani dein Romæ coronatur, mox reverſus Ratiſpo-

A. C.

tiſponæ cauſam Alberti & Helvet. audit.

1356. Cæſarem inter & Wirttenbergium bellum exoritur ſed componitur. Comitijs Norimberg. *Aurea Bulla* â Cæſare editur.

1357. Wirttenbergi⁹ multa iterum loca occupat, & cum Alberto Auſtrio colliditur donec tranſigeretur.

1358. Nunc etiam fœdere junguntur Auſtriaci & Tigurini. Moritur Albertus ſuccedit Rudolphus filius, qui confirmat fœdus.

1359. Rupertus Bavarus juſſu Imp. Wirttenbergium petit armis, mox ipſo Carolo cum exercitu ſubſequente, illumque cogente.

1360. Eſslingæ dum conventum Principum cogit Imp. ſeditione civium cedere cogitur, proin Wirttenbergio illos cogendos committit.

1361. Pragenſis Univerſitas inſtituitur. Naſcitur Wenceslaus Ignavus. Ludi Equeſtres Stugardiæ celebrantur.

1362. Angli Treverorum provinciam, mox Alſatiam populantur. Nunc etiam confirmat Confœderationem Tigurinorum Cæſar.

1363. Wenceslaus Bimulus juſſu Cæſaris Rex Bohemiæ inauguratur. Northuſani cum Honſteinio Comite colluctantur.

1364. Carolus Imp. cum Auſtriaca Domo fœdus renovat.

1365. Iterum Angli Germaniam infeſtant & 40000.

A. C.

40000. Argentoratum obſident. Sed dum vi parari intelligunt, revertuntur.

1366. Carolus Imp. cum filio Wenceslao in Gallias concedit Anglum Gallumque Reges conciliaturus.

1367. Wirttenbergius ab Eberſteinijs C C. penè oppreſſus bellum parat. Egon Comes cum Friburgenſibus ſuis colliditur.

1368. Carolus Romam â Papa invitatus magno plauſu excipitur, ejuſque conjux coronatur. Wirttenbergius exoſiſſimus Nobilitati armis petitur, quos in Heysheim ad deditionem cogit.

1369. Carolus Imp. cum Ludovico Ungariæ Rege colliditur, ſed per Legatos Papæ conciliatur Margarita Flandria Philippo Audaci Burgundo nubit, jus ſecum totius Belgij conferens.

1370. Wenceslaus Caroli Imp. filius miro ſplendore nuptias celebrat cum Joanna Alberti Bavar. D. filia.

1371. Wenceslaum Brabantiæ Ducem gravi clade afficit Dux Juliacenſis, ipſumque capit, metu tamen Imper. dimittit.

1372. Confœderatarum contra ſe urbium exercitum, prope Altheimium profligat Wirttenbergius.

1373. Graviſſimis exactionibus Urbes vexat Cæſar, renuentes per Wirttenbergium cogit, ipſus Ulmam obſidet, quæ inducias obtinet.

Inundatio

A. C

1374. Inundatio mira fluviorum, ita ut Rhenus Coloniæ mœnia ſuperaret. Eligitur Moguntiæ Archiepiſc. Adolphus Naſſovius Concordi calculo. Obtrudit ſe Lud. Miſniæ Marchio, inde bella.

1375. Alſatiam mox Helvetiam vaſtant Anglorum circiter 70000. &c. Bellum Moguntinum acriter effervеſcit, Cæſare Miſnenſ. juvante.

1376. Helvetij carptim Anglorum multitudinem cædunt, & ſic provincia ejiciunt. Colonienſes quoque cum ſuo Præſule præliantur.

1377. Varia fortuna pugnat cum Urbibus confœderatis Wirttenbergius uno ſuccumbens prælio, alio corruptus auro, tertio victus.

1378. Carolus IV. Imp. moritur, ſuccedente Wenceſlao filio pudendo, pro quo pater Electoribus optimas Imperij Urbes impignoravit.

1379. Peſſimo ſtatu Imperium ſub ignaviſſimo mortalium, jactatur inteſtinis motibus, potentiore quovis rem ſuam urgente.

1380. Comitia Aquiſgranum indicit Cæſar, quibus Urbanum VI. probat, rejecto Clemente Antipapa. Boicæ Principes, & Urbes Imperij, bello quinquennium durante hoſtiliter pugnant.

1381. Miſerè perit Moguntinæ ſedis invaſor Ludovicus, Adolpho deinceps quiete rerum potiente, quem tamen paulo poſt etiam

A. C.

etiam Rupertus Palatinus bello tentavit, donec res componeretur.

1382. Auſtrij Miniſtri contra datam fidem Bernatum arces tentant, illis deinceps ſoluto fœdere ſua tuentibus non ſolum, ſed promoventibus. Wenceſlaus monitus Imperium viſere, contemptim eludit.

1383. Proſequuntur feliciter bellum Helvetij contra ſuos hoſtes Boij impunè Bohemiam invadunt, & liberè graſſantur.

1384. Leopoldus Auſtrius bellum in Helvetios parat, & quos poteſt ab ipſis prius avertit, illis facile ſubodorantibus, nec negligentibus.

1385. Berna, Tigurum, Solodurum & Tugium fœdere junguntur, & cruento prælio, expugnatione diverſarum arcium præludunt.

1386. Robur Nobilitatis Sueviaæ & Alſaticæ contra Helvetios adducit Leopoldus Auſtr. & â paucis grandem accipiens cladem prope Sempacum, ipſe cum præcipuis occumbit, 9. Julij.

1387. Junior Leopoldus ulturus patris necem, vires undique colligit Helvetijs fortunam proſequentibus, & varia loca ſubigentibus.

1388. Mentitus iter Romanum ignavus Cæſar, ad id decimas redituum Eccleſ. per Germ. & Bohem. impetrat, quas pergræcando abſumit.

1389. Varia fortuna Auſtrij Helvetijq; dimicant, his tamen majorem partem de illis triumphantibus.

Mori-

A. C.

1390. Moritur Albertus cum Trica Auſtrius, dum bellum in Bohemos parat, Diethardus Com. Catimelibozi, Colonienſ. agrum bello petit.

1391. Extorquent denique Status ab Ignavo Cæſ. Conventu Ægræ celebrato, armiſtitium inter Urbes & Principes. Proſpere rem gerit Ordo Teutonicus in Livonia.

1392. Pergunt rem ſuam curare Helvetij, & quidem inducijs benè uſi, ad futura ſe parant.

1393. Captus â civibus nonnullis Cæſar, & aliquot hebdomades retentus petita licentia balneandi nudus Moldavum ſuperat & evadit, Colonienſe bellum reconciliato cum civibus Epiſcopo ſedatur.

1394. Iterum captus in Venatione Wenceſlaus & Viennam ductus, per funem ſe demittit, & opera piſcatoris evadit.

1395. Iterum colliſi cum Wirttenbergio Nobiles, fœdus cum Urbibus ineunt, & bellum parant, ſtatim initio ôppreſſi, at conciliati.

1396. Ordo Teutonicus rem ſuam mirè promovet, quos bello aggreſſurus Polonus â ſuis prohibetur, ne totam contra ſe Germaniam concitat.

1397. Wilhelmus Montium Dux, Clivenſem bello aggreditur, vincitque initio, paulo poſt victus & cum Juliacenſi Duce captus.

1398. Principes, ſub Ignavo Imp. prædonum publicorum caſtra evertunt, Guilielmus Oſtrovandus, Friſios bello ſubigit.

Con-

A. C.

1399. Conjurant plurimi Principes in exauctorationem crudeliſſimi & Ignaviſſimi Imp. Teutonici de Maſſagetis triumphant.

1400. Turpiſſimo Cæſare communi omnium calculo exauctorato ſufficitur Rupertus Palat. ex Conſilio Rom. Pont. electione facta.

1401. Romam iturus Rupertus à Galeatio Duce armis prohibetur, reverſurus in Germaniam à Venetis vocatus, mutans itineris propoſitum, bellum in Galeatiam meditatur.

1402. Viribus impar, in Germaniam revertitur, Galeatio coronam ſibi promittente & dum Romam cogitat morte abrepto.

1403. Turpiſſimo exemplo Adolphus Bergenſis Dux, patris ſenio impatiens, in vincula conjicit,& partiri ſecum cogit.Abbacellani in Nobiles inſurgunt,hos juvans Abbas S.Galli,profligatur.

1404. Albertus Auſtrius dum Znoymam Moraviæ obſidet veneno tollitur. Wenceſlaus & Sigiſm. fratres bellum parant,ſed conciliantur.

1405. Altera vice Abbatis Sangallenſis copias cædunt Abbacellenſes,mox in Tirolimuſque progreſſi, Imſtij Archiducis copias fundunt.

1406. Sternutatione ſola Germanorum multa millia occumbunt. Leopoldus & Erneſtus Auſtrij, ſuper Tutela Alberti pueri certant.

Com-

A. C.

1407. Compoſiti videbantur cum repente cædibus rapina, incendijs Auſtria vaſtatur, donec tutela adjudicaretur.

1408. Abbacellani ad Brigantiam denique profligantur. Poſt datas acceptasq; clades, Abbacellani & Abbas à Cæſare conciliantur.

1409. Motus Auſtriaci induſtria Georgij Trident. Epiſc. componuntur Baſileenſes cum Catharina Leopoldi vidua hoſtiliter certant.

1410. Moritur Rupertus Imp. inde diverſis ſtudijs & calculis Jodocus Brandeburgius, & Sigiſmundus Ungar. Rex eliguntur.

1411. Jodoco poſt VI. ab electione menſem extincto, Electores in Sigiſmundum plerique conſentiunt.

1412. Sigiſmundus Imp. verè Protectorem Eccleſiæ ſe probans, plurimum laborat in Schiſmate tollendo. In Thuringia res inquietæ.

1413. Perſuadet Joanni Papæ Sigiſmundus, ut in Concilium Generale conſentiret, Conſtantiæ ad Potamicum locum celebrandum. Heldrungius Thuringiam armis infeſtat, haſta denique confoſſus.

1414. Exquiſito cultu Joannes XXI. Papa Conſtantiam ut & Sigiſmundus Imp. ingrediuntur, hic die Nativ. Chriſti Diaconum Papæ agens, canit Evang. *Exijt edictum à Caſare Aug. &c.*

1415. Rerum egregiè ſatagit in Concilio Sigiſm. in quo Epiſc 346 aderant. Joan. Antipapa effugit, ſed reducitur, Huſs crematur.

Sigiſ-

A. C.

1416. Sigiſmundus ipſe Eccleſiæ cauſa in Gallias Angliam Hiſpaniam atque Aragoniam contendit, ad avertendos â Schiſmatico Papa Reges. Sabaudus cum Helvetijs armis contendens, reconciliatur.

1417. Revertitur re bene geſta Imperator, & Martinus V. Papa eligitur, ex quo tempore Concilium verè Sanctum & Oecumenicum fuit.

1418. Abſolvitur denique Concilium Conſtantienſe longè celeberrimum pace Eccleſiæ reddita. Colonienſe bellum feliciter conſopitur.

1419. Moritur Ex-Imperator Wenceſlaus, Ziska ſe prodit. Helvetij ſeſe mutuo armis petunt, tandem reconciliati.

1420. Movet contra Ziſcam, 150. millium exercitu ſtipatus Imp. fugatus primum ſolo conſpectu, dein cæſus, & turpiter paciſci coactus.

1421. Iterum, non abſq; maleficij ſuſpicione, pulſus noſter exercitus. Ingens inundatio, qua 30. ferè oppida & pagi merſi.

1422. Martini Papæ ope & opera tertius jam Cruce ſignatorum exercitus in Huſſitas ducitur, pari clade repulſus Albertus ultimus Electorum Saxon. è familia Anhalt moritur.

1423. Succedit in Electoratum Sax. Fridericus Marchio Miſnenſis cui litem movet Brandeburgius, ſed acceptis 28000. fl. cedit. Magno Catholicorum plauſu juratiſſimus hoſtis Ziska moritur. Reinhardo Duce

1424. Juliaci & Geldriæ ſuperiori anno mortuo,

A. C.

tuo, Arnoldus Egmondanus Geldria, Adolphus Montenſis Juliaco potitur.

1425. Noſtri denuo Huſſitas aggreſſi, cæſi ſunt amiſſis 12000. Abbacellani ab Epiſc. Conſtant. excommunicati, ipſum bello petunt.

1426. Helvetij Confæderati vallem de Oſcella ferro ignique vaſtant, donec â Mediolani Duce magnam pecuniæ vim acciperent. Huſſitæ jam etiam extra Regnum arma proferunt, & Sileſiam vaſtant.

1427. Electores ingenti cum exercitu movent in Huſſitas, ſolo conſpectu opulentiſſima Caſtra deſerunt & fugiunt. Abbas Sanct. Galli & Nobiles Cæſari queruntur de Abbacellanis, jubentur cæteri Helvetij juvare.

1428. Triumphantur deniq; â Frid. C. de Tockenburg Abbacell. & remittunt. Æſtas humidior quam ingens peſtis ſequitur.

1429. Huſſitæ inteſtinis motibus ab ulteriore conatu tardantur. Invaleſcente prædonum potentia Ottho Brunſuicenſis ipſos evertit.

1430. Stupente & parcente Germaniæ Huſſitæ cum 80. millibus invadunt Saxoniam, Miſnenſis Marchio cum 150. mill. occurrit, ſed fugit. Idem in Brandeburg. Norimberga auro ſe redimit.

1431. Sigiſmundus Imp. Mediolani coronatur. Martinus Papa Concilium Baſileam indicit, paulo poſt moritur. Eugenius ſucceſſor Concilium revocat, quod ipſo nolente Patres proſequuntur.

Coro-

A. C.

1432. Coronatur Romæ Sigiſm. nimis obſtinate Concilium urgens. Ejus Ephippium veneno inficit ſtabuli præfectus, cui ipſe inſidere cogitur, re comperta, donec calefacta ſella miſerè periret.

1433. Delirant abſq; capite membra Baſileæ congregata. Congreſſi Moguntinus & Haſſus juſta acie, ille vincitur.

1434. Conciliabulo Baſileenſi, multa benè quidem ſtatuta, ſed perperam abſq; Papa, ea inter nequis nepos Papæ Cardin crearetur. Teutonici milites Polonum & Huſſitas vincunt.

1435. Victis demum Huſſitis & 12000. in acie cæſis Bohemia potitur Sigiſmundus Imp. AlbertusBoius patrem armis cogit, Herbipolenſes contra Epiſcopum pugnant, & triumphantur.

1436. In Flandria Anglis tumultum concitantibus. Dux Burgundiæ Calitium obſidet, ſed Gandavenſium culpa ſolvere cogitur.

1437. Moritur Sigiſmundus opt. Imp. hærede deſignato Alberto Auſtrio, ſed Bohemi Caſimirum Polonum vocant, in hunc ille arma parat.

1438. Albertus Auſtr. creatur Imp. & Aquis coronatur, mox Pragæ quoque coronam ſumit, inde Thabor obſidet.

1439. Conciliabulum Baſileenſi Alphonſi Hiſpani Aragonum Regis inſtinctu, pedem pro capite imponunt Amadeum Sabaudum odorantes Felicis V. nomine. Delphinus Helvetiæ imminens pellitur.

Alber-

A. C.	
1440.	Alberto extincto Electores Cæſarem ſalutant Fridericum III. Auſt. Joan. Gutenbergius Argentin. Artem Typographicam reperit.
1441.	Conciliabulo Baſileenſi Feſtum Viſitationis B.M.V. inſtituitur. Confæderatæ Alemann. Urbes Lupfenſem Comitem expugnant.
1442.	Frider. Imp. poſt Comitia Ratiſpon. Baſileam aſcendens, Conciliabulum reprobat, & Conſtantiæ id proſequitur. Reconciliantur cum ipſo Tigurini, & Kyburgenſem Comitatum ipſi donant.
1443.	Thaboritæ â noſtris oppreſſi ingentem cladem accipiunt, Helvetij Tigurinos bello petunt, ob amicitiam cum Auſtriacis.
1444.	Delphinus Galliæ ad diſturbandas Conciliabuli Baſileenſis reliquias oportunus adeſt Auſtrijs contra Helvetios, â quo mille & ſexcenti Baſileam ceu præſidio futuri dum veniunt, cæduntur.
1445.	Wilhelmus & Fridericus Miſnenſes, de Thuringiæ Principatu juratis odijs concurrunt. Colonienſis item Geldriæ Dux & Juliacenſis armis colliduntur. Pugnant Helvetij cum Auſtr. & Tigurinis.
1446.	Inducijs brevibus abſolutis Fridericus Elector Sax. & Wilhelmus frater atrociſſimis conflictibus certant. Colonienſis in Suſatenſes movens vincitur. In Holſatia qui 100. millia pereunt.
1447.	Brandeburgius & Haſſus cùm precibus tùm minis, fratres Myſnenſes conſopiunt. Sed & alibi bella flagrant.

Lucem-

A. C.	
1448.	Lucemburgenſi mortuo, Saxo & Burgundus de jure certant, ille Cæſar favet, hic ſecurior quam cautior, ſubito â Burg. ejicitur. Helvetij Fryburgenſes cum Sabaudo hoſtiliter colliduntur.
1449.	Albertus Brandeburgius in Norimbergenſes movet, his urbes, illi Principes adſunt. Galliarum Rex componit Sabaudum cum Fryburgenſ.
1450.	Albertus Brandeb. novies cum Norimb. congreſſus octies victor extitit. Fryburg. Univerſitas per Alb. Auſtrium fundatur.
1451.	Vix compoſiti, denuo colliſi, fratres Frid. & Wilh. Sax. Principes gravius quam ante armis concurrunt. Cæſar pacem imperat. vel omnimodam everſionem minatur. Ita mutuo complexi ſunt.
1452.	Fridericus Romæ coronatur, Ungaris interea Ladiſlaum quem educaverat Cæſar, repetentibus, reducem Aug. donec redderet apud Novam Civit. obſidentibus.
1453.	Extorquent etiam ab inito Cæſare coronam ſuam Ungari, & Ladislaus coronatur. Teutonici in Praſſia â Polono profligantur.
1454.	Teutonici nil territi defectione Urbium, bellum reſtaurant quod 13. annos duravit, Marte noſtris plerumq; iniquiore.
1455.	Exardeſcit magis magisq; bellum Pruſſicum, varia fortuna pugnatum. Saxo moturus bellum Magdeburgio Epiſc. dum intelligit ipſum nihil movere, ſed rem DEO committere, cum tali inquit, nihil audeo.

G Fri-

A. C.

1456. Fridericus Imperator, ſi quis ullus alius rerum ſuarum ſatagens, magna prudentia ſua firmat.

1457. Æneas Sylvius Apologiam edit cõtra Pragmaticam in Conciliabulo Baſileenſi conſtitutam. Rapersvillani aliquot favere Confœderatis viſi in Tyrolim rapiuntur, hinc omnia turbata.

1458. Moritur Ladislaus Bohem. Rex & dum Frid. Imp. & cognati Albertus & Sigiſm. Polonus item & Saxo Regnum ambiũt, Bohemi deferunt Georgio Podiebradio. Ungari Matthiam Corvinum eligunt.

1459. Fridericus Imp. cum Alberto fratre de Auſtria contendit. Matthias Rex coronam repetit, mox armis urget, ſed abſens, ita infeliciter.

1460. Helvetij contra Sigiſm. Archid. arma corripiunt, rem Bavaro conſopiente. Auſtria & Vienna ſeditionibus jactantur.

1461. Diethero Iſenburgio & Adolpho Naſſovio de Electoratu Mogunt contendentibus, dum magni Principes utrique adſunt ingens bellum. Albertus Auſtr. ob partitionem Cæſari bellum movet.

1462. Palatinatus Carolum Badenſem, Georgium ejus fratrem & Ulricum Wirtenberg. profligat & capit. Alberto omnia contra fratrem Cæſarem in Auſtria movente, hic non leviter periclitatur.

1463. Fridericus Imp. dura obſidione Viennæ in arce â fratre preſſus ope Bohemi liberatur. Protrahitur bellum Moguntinum.

1464. Moritur Albertus, & Fridericus Imp. res Auſtriæ

A. C.

ſtriæ componit. Matthiæ Ungaro coronam reddit, cum quo pacem firmat.

1465. Fracti viribus Teutonici tandem pacem cum Polono ambiunt ſeque perpetuo in devotione Regum fore promittunt.

1466. Paulus Papa Georgio Bohemiæ Regi ob Hæreſim diem dicit quem Regno privat. Frid. Imp. res Auſtriæ nutantes firmat.

1467. Leodium memorabili obſidione ob rebellionem â Carolo Burgundo cingitur. Rurſum rebelles in Auſtria domandi.

1468. Expugnato Leodio nimium ſævit Carolus. 600. infantibus Moſa merſis. Bellum Colonienſe contra Epiſc. FridericusImp. Romam pergit.

1469. Fridericus Palat. Archiepiſcopi Colon. frater ſtrenue rebelles premit. Matthias Ung. Rex Bohemum vincit, & Regno potitur.

1470. Contra Ungarum parat arma Polonus, quem Papa prohibet. Fridericus Palat. & Lud. Dux VeldentijComes armis concurrunt.

1471. Pergunt præliari cognati, Fridericum Cæſare proſcribente cujus tamen gratiam, invito Cæſare, & pacem Ludovicum exorat.

1472. In conciliandis Ungaro & Polono, ratione RegniBohemici plurimum laboratRom Pont. Matthias Polono minatur.

1473. Fridericus Imp. &Carolus Burgundus apud Treverim conveniunt, hic filiam Maximiliano Archiduci promittit.

1474. Impignoratas Burgundo Auſtriacas pro-

A. C.

vinciam, hoc ſolutionem recuſante, ope Helvetiorum recipit Sigiſmundus Auſtr. Inde BellumHelveticum & Burgundicū.

1475. Carolus Burgundus Noveſium obſidet, in quem cum 80000. Fridericus Imp. movet, paratumq; congredi Carolum, amicum, quam hoſtem præeligens, ipſum inter & Colonienſes pacem ſancit.

1476. Aggreditur Helvetios Burgundos, & 500. contra fidem datam cùm laqueo ſuſpendit, tum aquis mergit, ingenti poſt ſtrage cæſis & merſis 30000. ad Murtam profligatus.

1477. Nancejum Lotharingiæ dum obſidet Burgundus, Lotharingo adſunt Helvetij, quorum ope victus Carolus 3. vulneribus occubuit, Cæſar Polonum contra Matthiam Ung. fovens, ab hoc bello opprimitur.

1478. Cæſ. pacem 150. aureorū nummûm millib' pacem redimit, Tit Regis ſe abdicat, Regemque Bohemiæ Matthiam confirmat.

1479. Conciliantur Matthias Ungar. Rex & Polonus. Hoc primum anno Helvetij â Galliarum Rege ſtipendia accepêre, Eisfeldiam ſubigere conati Saxones â Moguntino reprimuntur.

1480. Recrudeſcit Ungari bellum cum Cæſare, donec Turcæ occurrere cogeretur. Seditionibus agitatur Belgium donec ſopirentur

1481. Magno metu Germaniam liberat Ungarus Turcas profligādo Maximilianus Archidux varijs locis in Belgio potitur.

Mori-

A. C.

1482. Moritur Maria Burgunda Maximiliani Archid. uxor & Wilh. Saxon. Dux bello celeberrimus.

1483. Flandris à Maximiliano deſciſcentibus grande bellum excitatur Matthias Ungarus, Auſtriam denuo bello aggreditur.

1484. Corneoburgum obſidet, eoq; miſſum Cæſaris exercitum profligat. Fervet bellum Flandricum, varia fortuna, geſtum.

1485. Matthias Rex Viennam, necquidquam obnitente Cæſare expugnat. Sed & Neapolim deditione occupat. Cæſar Auſtriam deſerit, ſe hoc ſolatus: *Summa felicitas eſt, rerum irrecuperabilium oblivio.*

1486. Maximilianus I. Rom. Rex. eligitur & coronatur. Moritur Albertus Elector Brandeburg cogn. Achilles German. incomparabilis.

1487. Comitijs Norimberg. Fridericus Imp. auxilia contra Turcas urget, & contra Matthiam Regem. Moritur B. Nicolaus Svitenſis.

1488. Dum exactionibus nimijs Flandria & Burgæ vexantur, Libertatem quam Helvetij ſibi pollicentur, capitur Maximilianus rem componit Frid. Imp. Matthias Rex Glogovij Ducem Principatu ejicit.

1489. Oritur bellum Gallium inter & Cæſarem, quod ille Annam Britanniæ hæredem, jam ante Maximiliano deſponſam uxorem duxiſſet. Imperator & filius Maximil. pacem ſanciunt cum Ungaro.

1490. Moritur terror Turcarum Matthias Ungariæ Rex potentiſſimus Viennæ extinctus

A. C.

tinctus æt.47. Regni 33. Maximil. Auſtr. bellum contra Gallum proſequitur. Bellum Abbacellanum conſopitur.

1491. Algoij contra Principem Campidon. arma corripiunt, â fœdere Suevico repreſſi. Albertus Sax. Dux Batavos compeſcit.

1492. Conſtantienſ. Comitijs, fruſtra Maximilian. Principes in Gallum concitat, qui amicum quam hoſtem maluere.

1493. Moritur Linzij Frid. Imp. ætat.78. ſuccedit filius Maximilianus.

1494. Hic Turcas â Carniolæ & Corinthiæ finibus arcet, in Geldrum movens nil efficit, plectente Numine militum ſcelera & licentiam.

1495. Cameræ Imperialis Judicium Spirenſe inſtituit Maximil. Imp. Idem fœdus cum Rom. Pont. Hiſpano & Venetis init contra Gallum.

1496. Cæſar rogatus â Venetis, ut Florentinos vel â Gallo averteret vel opprimeret, nihil efficiens domum revertit. Philip. Auſtrius Regis Ferd. filiam uxorem ducit.

1497. Maximilianus Imp. Helvetios pertrahere ad fœdus Suevicum conatus, nihil reſponſi meretur, niſi: proprio ſe fœdere impediri.

1498. Dum Helvetij prorſus jungi Cæſari vel Suevis abnuunt, Conſtantia utrobiq; invitata Suevico fœderi jungitur, Rhætis ad Helvetios ſe addentibus. Cæſar de Bello Helvetico Conſtantiæ conſultat.

1499. Mira atrocitate bellum Helveticum ſuſcipit Cæſar, Helvetijs plerumq; triumphantibus, donec Mediolani Dux Baſileæ partes

com-

A. C.

componeret, & Conſtantia Turgoviam Helvetijs cedere cogeretur.

1500. Nunc Amicus, ex hoſte Cæſar, confœderationem Magnam, cum Helvetijs init, quod â Galli ſucceſſibus metueret.

1501. Ingens per Germ. fames, cruces ſanguineæ in veſtibus apparent. Baſilæa & Schaffhuſium Helvetijs junguntur.

1502. Lue peſtilenti decedunt qui priori anno cruce notati erant. Duo ruſtici Spirenſes Ligæ initium faciunt dictæ der Bund-ſchuh.

1503. Bellizonam Gallo eripiunt Helvet. Contenditur acriter in Bavaria ſuper Georg. Ducis cogn Divitis Principatu.

1504. Rupertum Palat. dum â bello avertere conſilio non poteſt, armis cogit Cæſar, qui non multo poſt veneno an mœrore deceſſit. æt. 23.

1505. Comit. Colon. bellum Boicum ſedatur, & Philip. Elector in gratiam recipitur, habita etiam ratione filior. Ruperti mortui.

1506. Geldrenſes Holland. & Brabant bello infeſtant, Naſſavio, quantum poterat, obnitente. Ungariæ tumultum ſedat Imp.

1507. Comitijs Conſtantienſibus adſunt Cæſar, Electores omnes & Principes ferè univerſi, actum de expeditione Italica pro corona, Geldrenſes pergunt graſſari. Lubecenſes contra Megapol. Ducem.

1508. Impedient. iter Cæſ. Venetis, Cæſar contra ipſos cum Julio Pont. Ludovico Gallo, & Ferdinando Hiſpano confæderatur.

1509. Cæſar Veronam, Tarviſium, Patavium expugnat,

A. C.

pugnat, negotiationem etiam minuens Venetis Antverp. transfert, ipſis tamen opem Turcarum non admittentibus.

1510. Pontifice fœdus deſerente quod ſuſpecta Cæſaris potentia Italis eſſet, Cæſar tamen & Gallus magna hoc anno clade Venetos affecêre, Danus Hollandiam, Seelandiam & Friſiam bello vexat.

1511. Helvetij etiam & Hiſpani Venetis ac Pontifici junguntur, quibuſcum nunc vario Marte, nec ita felici, Cæſar & Gallus, pugnant.

1512. Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis inſigni eruditione, & meritis Italiam ornat, Cæſariani & Gallus 16000 Pontificiorum profligat.

1513. Helvetij in Italia rem contra Gallos viriliter agunt, cæſis in acie decem millibus. Anhaltinus Cæſ. Dux Venetorum 7000. cædit.

1514. Rebellio ruſticorum Wirttenbergiæ, capto jam ab ipſis oppido munitiſſimo Schorndorff, immiſſo equitatu opprimitur. Inferior Germania conſopitur.

1515. Cæſi â Gallis prope Marianum Helvetij â Franciſci Valeſij Regis exercitu. Carolus Archidux pro Belgicis provincijs inauguratur.

1516. Gallus animadvertens Cæſarem in lucrandis Helvetijs ſibi plurimum obeſſe, ijſtradens Vallem Telinam Bellizonam & alia plurima loca fœderi accenſetur.

1517. Geldri per Hollandiam hoſtiliter graſſantur,

A. C.

tur, rapina, cæde, incendijs. Lutherus Auctoritatem Pontificiam & SS. Indulgentias publicè impugnat.

1518. Invaleſcentibus turbis ex novi dogmatis prædicatione, Cæſar Papam interpellat, qui Cardinalem Cajetan. virum doctiſſimum mittit, Comitia Auguſtæ celebrat Imp. ſubſidium belli Turcici urgens.

1519. Moritur Max I. Imp. æt. 59. Eligitur Frid. Elector Saxon. qui raro exemplo, recuſat. Inde Carolus V. nominatus eſt.

1520. Occurrit ex Hiſpan. novus Imp. & Aquiſgrani coronatur. Wirttenbergius ob iteratam rebellionem proſcribitur, Ducatus Cæſari venditur.

1521. Exardeſcit bellum Cæſarem inter & Gallum. Comitijs Wormatienſibus Lutherus proſcribitur, ejus libri publicè exuruntur.

1522. Lutherum imitati jam plurimi, diverſa quiſque pro libitu ſpargunt dogmata, inter ſe digladiantur, quiſque dictata ſua pro Divinis habens.

1523. Borbonius Dux ad Cæſarem deficit. Georg. Fronſpergij laus celebratur.

1524. Carolſtadius multis modis Lutheri conatus fatigat, ille Sanctorum imagines ridet, hic propugnat.

1525. Triumphant Cæſareani de Gallo, captumque Cæſari præſentant Wirttenbergis Ducatum parat armis recipere, fortiter repulſus.

1526. Inſignis ſtrage ruſticorum rebellium annus, multis millib⁹ quaquaverſum trucidatis.

A. C.	
	datis.Fronſperg.de confœderat.triumph.
1527.	Luther.& Zwingl.graviter & turpiter colliduntur.Cæſareani Romam expugnant, Clementem Papam capiunt.
1528.	Comitijs Spirenſ. natum primo *Proteſtantium* nomen.De mandato Haſſiæ Landtgravij Zwingl &Lutherani de concordia Religionis fruſtra laborant. Georg. Fronſpergius moritur æt.54.
1529.	Tandem pax Europæ redditur, Cæſar. inter & Pontif. mox & Gallum. Novum morbi genus,ſudor Anglicus graſſatur.
1530.	Carolus Bononiæ primum, de hinc Romæ coronatur.Proteſtantes Conventu Smalcaldico fœdus ineunt.Ingens Belgij inundatio.
1531.	Helvetij Zwinglio incitante arma corripiunt,fuſi â Cathol. eoſq; inter Zwinglius occubuit,à morte exuſtus.
1532.	Luthero, Zvvinglio & innumeris nova dogmata ſpargentibus Turca invaleſcit.Cazanes cum 12000.â Frid. Palat. cæditur.
1533.	Dux Geldriæ de Friſijs triumphat. Requiſiti ad bellum Turcicum Helvetij,turpiſſime recuſant.
1534.	Wirttenberg. cæſis Ferdin. Regis copijs ab Haſſo ditioni ſuæ reſtituitur. Joan â Leyden Sartor Rex eligitur Monaſterij.
1535.	Expugnatur Monaſterium, Rex captus excarnificatur. Iterum Conventus Smalcaldiæ celebratur.
1536.	Iterum Cæſar. & Galli in Belgio hoſtiliter agunt, & varia loca expugnant.
1537.	Infeliciter pugnat exercitus Ferd.Regis contra

tra

A. C.

tra Turcas apud Ezecum. Papa, Cæſar & Gallus inducias paciſcuntur.

1538. Confœderati Smalcaldici multa in Catholicos moliuntur. Mortuo Geldro ea provincia Belgicis adjicitur.

1539. Moritur Iſabella Auguſta, Caroli V. olim uxor. Georgius Saxoniæ Dux Principatum fratri relinquit, jure in Cæſarem tranſlato, ſi ab avita fide diſcederet.

1540. Turca Budam expugnat, Inde Comitia ſolemnia, quibus Cæſar auxilia contra Turcarum progreſſus depoſcit.

1541. Conſcriptus multorum ope exercitus in Ungaria Ducum ſocordia â Turcis profligatur. Philippus Theophraſtus Paracelſus moritur.

1542. Cliviæ Dux ob negatam ſibi ab Imp. Geldriam fædus cum Gallo icit, & 20000. exercitum colligit. Locuſtæ Germaniam devaſtant.

1543. Cæſareani â Clivenſibus profligantur, ulciſcitur redux Imperator dein in Galliam movet. Turcæ Strigonium & Albam Regalem occupant.

1544. Cæſariani Pariſios ferè uſq; arma proferunt, ad Carignianum tamen ab Anguineo Cæſareanorum 20000. trucidantur.

1545. Concilium Tridentinum inchoatur, ob peſtem poſtea Bonon. tranſlatum. Henricus Brunſuicenſ. quod fæderi Schmalcaldico nollet ſubſcribere, â Saxone & Haſſo victus, biennium captivus tenetur.

1546. Cruentiſſimi belli Smalcaldici initium, Proteſtantibus in ipſum Cæſarem moventibus,

A. C.

bus, quem Gallus Saxo & Haſſus in caſtris prope Ingolſtadiam obſident, mox fugam verſi, quos ipſe inſequitur.

1547. Mauritium cognatū Catholicum everſum volens Fridericus Elector, profligatur ab Imp. & capitur. Haſſus deſperatis rebus ſupplex, & ipſe captivus trahitur, & Cæſar tota Germania potitur.

1548. Liber 26. cap. INTERIM â Cæſare editur. Exauctorato Saxone Mauritius Elector creatur. Auguſta ab Imp. reformatur.

1549. Imperator inferiorem Germaniam ad Philippum filium & Hiſpanos transfert, frēdente Gallo, infenſiſſimæ ſibi nationi obtigiſſe. Ferdinandus Rex per Nicolaum Salmenſem in Ungaria felix.

1550. Auguſtæ Comitia celebrat Cæſar, dein Duce Mauritio Saxone Magdeburgum deditione accipit.

1551. Gallus Metas, Verdunum & Tullum, inſignes plumas Aquilæ detrahit, fruſtra dein à Cæſare tentatas. Mauritius ab Imp deficit.

1552. Mauritius armis in optimè de ſe meritum Cæſarem verſis Oenipontum penetrat. Cęſar tot inter hoſtes ægrè ſubſtituit. Inde *Tranſactio Paſſavienſis* miſera emerſit.

1553. Mauritius ſuum etiam hoſtem nactus Albertum Brandeburgium, etſi victor ad Peinam, paulo poſt tamen ex vulnere moritur. Marchionem mox denuo Brunſuicenſis profligat.

1554. Provincias Germ. Infer. jam Hiſpanicas factas,

A. C.

ctas, Gallus igne & ferro vaſtat. Occurrit ad Retunum Cæſar, Gallo in feram noctem acerrime obnixo, donec in Italia rem fluctuare audiens, quieſceret.

1555. Iterum Comitijs Auguſtæ celebratis Cæſar, ſuperæ Germaniæ motus compeſcere conatur. Noſtri Gallos claſſe vincunt.

1556. Reſignat feſſus laboribus curis & faſtidio tantæ multorum perfidiæ, Carolus fratri ſuo Ferdinando, & ipſe in Hiſpanijs Monaſterium init.

1557. Ingens Sectariorum inter ſe colluctatio, etiam eorum, qui ejuſdem ſe ſectæ profitebantur. Colloquium Wormat. inter Catholicos & Proteſtantes, ipſa obſtinatione adverſariorum ſine fructu.

1558. Moritur Carolus V. Gallus Flandriam infeſtans, magnam cladem accipit.

1559. Conventu Auguſtano pax inter Principes conciliatur. Dithmarſi â Dano armis ſubiguntur.

1560. *M*agdeburgenſes Miniſtri Centurias ſuas evulgant, ſæpius dein exploſas, & everſas.

1561. Magnus Principum Conventus Naumburgi celebratur. Invitati ad Concilium Tridentinum Proteſtantes recuſant.

1562. Maximilianus II. Rex Rom. creatur. Infinita Sectarum multitudo, multis in dies penè ſingulas placita ſua mutantibus.

1563. Proteſtantes Ulmæ Conventum celebrant, paci ut ajebant, ſtabiliendæ, Catholicis longè aliter ſentientibus.

A. C.	
1564.	Palatini & Wirttenberg Conventum celebrant, qui Bucholzero teſte, exijt in novas Theologorum digladiationes.
1565.	Lazarus Schvvendius Cæſari fidem & ſcientiam militarem in Ungaria egregiè probat, & plurima loca Turcis eripit.
1566.	Comit. Auguſtanis ſollicitat opem Cæſar contra Turcas Eccius Salmæ Comes & Suendius rurſus multa occupant.
1567.	In Superiore Germania Gotha expugnatur, in inferiore Dux Albanus Acatholicorum conatus reprimit.
1568.	Duplici memorabili prælio idem Dux adverſarios triumphat, priore prope Gröningam ad 8000. obtruncat.
1569.	Novi in Belgio Epiſcopatus, rei Cathol. firmandæ inſtituuntur. Multa millia auxiliarium Hugonottis è Germania â Calviniſtis & Proteſtantibus miſſorum in Gallijs cæduntur.
1570.	Exundatione maris in Hollandia, Selandia, Flandria, Friſia &c. plurimæ Urbes, oppida, pagi &c. aquis merguntur. Fames ingens.
1571.	Oenipons in Tiroli magno terræ motu concutitur. Durat etiamnum diriſſima fames; immani frigore lacus Potam. obriguit.
1572.	Wilhelm. Auraicus Holland. & Seelandiam occupat, Avaritia Albani Ducis offenſi, plurimi confæderatis ſe jungunt.
1573.	Condæus Baſileæ agens â Proteſtantibus exoratur, Turcas contra Catholicos evocare, ipſo execrante. Harlemum noſtri expugnant.

Chri-

A. C.

1574. Chriſtophorus Elect. Palat. filius auxilia rebellibus in Hollandiam ducens ab Hiſpanis interceptus cum omnibus trucidatur.

1575. Acatholici, contra Hiſpan. Regimen Belgij Eliſabethæ Angliæ Reginæ deferunt. *R*udolphus I I. Rex Rom. eligitur.

1576. Maximil. I I. Imp. Ratiſponæ in Comit. moritur, ſuccedit Rudolphus I I. filius. Hiſp. præſidiarij Caſtelli Antuerpiani civium 9500. cædunt, præter 4000. aquis merſos, inde majus Hiſpanorum odium.

1577. Joan. Auſtriacus rebelles lucrari conatus, exoſiſſimos omnibus Hiſp. in patriam & Italiam remittit, ipſe eodem nomine odioſus. Belgis German. Principem, Matthiam Cæſaris fratrem advocantibus.

1578. Joan. Auſtriacus hoſtium decem millia memorabili prælio ad Nivellam obtruncat, plurima loca occupat. Ipſo anno peſte moritur, Princeps Auraicus, præcipuum Emporium Amſterodamum occupat.

1579. Alexander Farneſius Gubern. novus Trajectum ad Moſam expugnat. Reconciliantur Regi Egmond. Arteſia & Hannonia.

1580. Statibus timidior viſus Matthias deſeritur, Alemonio Duce ad gubernationem vocato Farneſius Victor prope Gröningam proſequitur, victoriam & multa loca occupat.

1581. Alenconij progreſſus, Cameraco & alijs locis expugnatis, videns Matthias, ultro ſe abdicat, & diſcedit. Parmenſis benè meretur.

1582. Ingenti lætitia Antuerp. excipitur Alenconi⁹

&S.

A. C.

& S. R. I. Marchio & Dux Brabant. ſalutatur. Alenconius paulo poſt periclitatur.

1583. Novum diſcrimen adit, ſuſpectus de Antverpia Gallo tradenda, purgat ſe, & execrat⁹ ingenia adeo inconſtantia, in Galliam redit. Gebhardus Colon. Elector deficit â fide ducta Agnete Mansfeldica.

1584. Erneſtus exauctorato Gebhardo electus, hunc armis pellere laborat, inde cruentiſſimum bellum, Proteſtantibus Apoſtatam juvantibus, Parmenſis plurima expugnat Auraicus globo trajectus perit.

1585. Parmenſis Antuerpiam expugnat, dedunt ſe Neomag. Bruxella Mechlinia &c. Confæd. in Tutelam ſe Angl. Reginæ tradunt. Colonienſe bellum invaleſcit. Mõrſenſis C. Noveſium aſtu capit.

1586. Leceſtrius ab Angla miſſus Duysburg. Parmenſis Venlonam, Noveſ. Gran. &c. expugnat. Proteſtantes dum concordare Mompelgardi conſtituunt, magis diſcordes redeunt. Fervet bellum Colonienſe.

1587. Proteſtantes contra Henric. III Gall. R. rebelles miſſo lectiſſimo exercitu juvant, hunc Guiſius ad Aulnæam triumph. Leceſtrius periclitans revertitur. Schenckius Bonnam expugnat.

1588. Maximilianus Auſtr. ad coronam Poloniæ vocatus cum lectiſſimo ſuo exercitu profligatur & capitur.

1589. Maximilianus ægrè â captivitate dimittitur. Schenckius Neomagum tentans aquis mergitur, cadaver diſſectum ad 4. Urbis angulos ſuſpenditur. Helvetij novo

fædere

A. C.

fœdere Gallis junguntur.

1590. Parmenſis abſentia uſi Confœderati, Mauritius Bredam ſtratagemate & multa ad Rhenum & Moſam occupante.

1591. Juſſo Parmenſi Henrici IV. Gall. Regis progreſſus impedire, Auraicus Zubphania, Daventria &c. potitur. Anhaltin. 23000. Henrico adducit.

1592. Reverſus è Gallia Parmenſis moritur. Mortuo Argentinenſi Epiſc. Acathol. Brandeburgium, Canonici Cathol. Carolum Lotharingum eligunt.

1593. Rudolphus Imp. miſſo lectiſſimo in Ungariam exercitu rem proſperè gerit Electi pro Argentin. Epiſcopatu, pugnantes, componuntur.

1594. Erneſtus Archid. Gubernator Belgij à Rege nominatur, interea Auraicus Gröningam ſubigit. Novigradum à Matthia Archiduce expugnatur. Celebrantur Serinius C. & Baro Tieffenbachius.

1595. Moritur Erneſtus A. ſufficitur Petrus de Fuentes, qui Cameracum expugnat. Carol⁹ Mansfeldius dum profligatis Turcarum 50000. Strigonium obſidet, moritur, illo paulo poſt debellato.

1596. Albertus Archid. novus Gubernator Caleto & Arda potitur.

1597. Lues peſtilens Germaniam vexat. Comitijs Ratiſpon. agitur de bello contra Turcas continuando Auraicus 4. legiones peditum Germ & Hiſpan. profligat. Albertus Ambianum profligat.

1598. Adolphus Schwarzenburg. Javarin. ſtratagemate

A. C.

gemate occupat, Thuringia, Saxonia, Myſnia terræ motu vexatur.

1599. Albertus Auſtr. Iſabellam Philippi Regis ſororem ducit. Batavorúm claſſis Canarias depopulata, in reditu cum optimis ſpolijs mergitur.

1600. Caſtellum S. Andreæ occupat Auraicus, ad Neoportum congreſſus cum ipſo Archidux vincitur, veniente novo milite ille ſe recipit.

1601. Albam Regalem expugnat cum Cæſarianis Mercurij Dux. Ferdin. Archidux Caniſſam tentans, nil efficit. Auraicus Bergam, & Nōrſam deditione capit. Sylvam Ducis fruſtra aggreditur.

1602. Mercurij Dux ſanctè moritur. Mauritius dum tumultuantur noſtri Graniam occupat, Genevam furtive tentat, ſed fruſtra Sabaudus. Noſtri Peſtum, Turcæ Albam regalem occupant.

1603. Comitijs Ratiſpon. præſidet Matthias frater Imp. Veneti cum Rhætis fædus ſanciunt, quod Hiſpanos peſſime habuit. In Ungaria Mars varius.

1604. Oſtenda â Spinola deditione capitur. Auraicus Schluſa Flandriæ & multis locis potitur. Peſtum noſtri ex metu deſerunt.

1605. Ecclipſis, quæ pene diem in noctem mutavit. Dux Brunſuic. fruſtra Luneburg tentat, Spinola Lingam & alia loca occupat.

1606. Botzkaius Tranſylv. Moldavia & Walachia ſed & Strigonio deditione potitur, æger cum Rudolph. Imp. pacem init, & moritur.

Monuit

A. C.

1697. Monuit idem ut Ungari cum Rudolpho in gratiam redirent, quod nunc factum: in Belgio quoq; induciæ factæ ſunt.

1608. Haiduccos rebelles opprimit Matthias Archidux, quod Imp. ægrè tulit, hic cum 20. millibus Pragæ minatus eſt, hoc anno reconciliatus & Rex Ungar. creatus.

1609. Matthias Rex Auſtriacis, & paulo poſt Rudolphus Bohemis & Sileſijs libertatem Religionis annuit. Induciæ 12. Annorum in Belgio.

1610. Uniuntur Halæ Suevorum Proteſtantium præcipui Principes & Status, qui hoc anno Molzheimium &c. occupant.

1611. Anhaltinus tecto capite Cæſarem alloquitur, & litteras eidem ſcribit faſtu & contemptu intolerandis. Attonita ſtupet Germania.

1612. Moritur Rudolphus Imp. ſuccedit Matthias & coronatur, ex quo tempore arma nonnihil quievere.

1613. Proteſtantes Comitijs Ratiſpon. de Catholicis queruntur, cum iſti de illis deberent, â quibus jam omnes erant neci deſtinati.

1614. Aquiſgranum & Mülheimium urbes Cæſaris palam juſſa contemnentes expugnat Spinola, Prodigia paſſim in aëre apparent.

1615. Dum magni contra Turcam apparatus fiunt, ipſe per Legatos pacem exambit. Offenſi Spinolæ facto Proteſtantes, jam non palam Catholicis minantur.

Anſca-

A. C.

1616. Anſeaticæ urbes ob initum fœdus cum Ordin. Cæſari ſe purgant, in Belgio Suſatum & Dortmundam noſtri occupant.

1617. Proteſtantes Jubilæum Religionis ſuæ annum centeſimum ſolemniter celebrant, quorum Principes dehortante Cæſare Hailbrunnæ conveniunt. Ferdinandus II. Rex Bohemiæ creatur.

1618. Ferdinandus Ungariæ Rex ſalutatur, per cujus abſentiam, Bohemi ipſo reclamante Comitia celebrant, & dehortantem Sclabatam Comitem cum ſocijs per feneſtras dejiciunt.

1619. Mortuo Matthia Imp. ſufficitur Ferdin. II. contra quem Bohemi Fridericum Elect. Palat. evocant & coronant; Turriano mox Comite Viennam obſidente, ter minimum â Bucquoio, contuſo.

1620. Ungari Bethlenum Regem creant, Saxo Luſatiam, Bucquoius Moraviam recipiunt, Boius Palatinum Pragenſi bello cum Ungaris triumphat, hoſtium decem millibus cæſis & merſis.

1621. Ungari, quod Bethlenus Tartaros invitaret graviter offenſi, Cæſari reconciliantur. Mansfeldius â Boio preſſus, mentitur obſequium, mox fidem rumpens, cum periculum evaſiſſet.

1622. Bethlenus Cæſari reconciliatur. Badenus memorabili prope Wimpfen prælio profligatur. Chriſtianus Brunſuic. bis hoc anno magna clade afficitur. Sed & Mansfeldius cæditur.

1623. Tillius & Anholtius cum 5000. Halberſtadenſis

A. C.

denſis 30000. exerc. fundunt, cæſis 5000. captis 6000. Bethlenus denuo Ungariam invadit, & 80000. Turcarum abducit.

1624. Turca Bethleni in Cæſ. perfidia cognita ſuos revocat. Bethlenus denuo gratiam Cæſ. ambit, & impetrat. Maximil. Bavar. Dux S.R.I. Elector deſignatur.

1625. Vaſtant Germaniam novo exercitu, ex Anglia & Gallijs adducto, Halberſtad. & Mansfeldenſis, nil memorabile efficiunt.

1626. Evocatus â Proteſtantibus & concitatus ab Anglo Daniæ Rex in Germaniam involat, ſingulas ferè pugnas ſuorum clade conſignat. Miſſis auxilijs Polono Cæſar victum ab illo Suecum irritavit.

1627. Danus non una clade obtritus. Bethlenus denuo reconciliatus. Res in Rhætia componuntur. Mansfeldius multa in Sileſia occupat, quæ mox Fridlandus recuperat.

1628. Perniciosiſſimum rei Catholicæ bellum Mantuanum cuditur. Saxo graviter â Cæſare offenditur, quod ejus filium electum Magdeburgi Adminiſtratorem recuſaret, ſuum promoveret.

1629. Bello Mantuano, Pontifex & Gallus graviſſimè offenduntur, reſpirant & plaudunt Proteſtantes, ac vires recolligunt Sueco evocato. Bona Eccl. repetit Cæſar. Hollandi Sylvam Ducis expugnant.

1630. Brevis plauſus ab expugnata Mantua, Sueco mox Imperium invadente. Cænobia Wirt-

A. C.

Wirttenbergię reſtituta magis offendũt.

1631. Magdeburgi everſio, nimis quantum animos exulcerat. Suecus noſtrorum 8000. prope Lipſiam cædit. Saxo ex amico hoſtis Bohemiam & Pragam cepit. Pappenheimius belli fulmen fortiter agit.

1632. Tillius prælio ad Rainam vulneratus paulo poſt obijt. Prælio ad Luzam Guſtavus Rex & Pappenheimius occumbunt, hic lætiſſimus, quod Regem jam mortuum intellexiſſet.

1633. Vinarius multas urbes occupat, cujus conatus Joan. de Werdt intercepit. Lunæburgius apud Allendorpum noſtros profligat, & Hameliam occupat. Hornius ſummo conatu Conſtantiam ſed fruſtra tentat.

1634 Walſteinius conſpirat contra Cæſ oppreſſus mactatur, Ferdinandus III. Rex Ungar. arma induitur, feliciſſimum dum ipſus rebus adeſſet, prope Nordlingam cæſis hoſtium 12 captis ſex millibus.

1635. Paciſcitur cum Saxone Cæſar quem ſecuti Elector Brandeburg. Georg Lunæburgi9. alijq;. Sueci excluſi, arma reſtaurant. Gallus palam Cæſari bellum indicit.

1636. Saxonem Sueci gravi clade atterunt, Galli Burgundiam, Cæſar & Hiſpani Galliam invadunt, hos Gallus in Belgium rejicit, noſtros fames, cujus ipſi cauſa. Ferdinandus III. creatur Rex Rom.

1637. Ferdinandus II. Imp. Aug. Principum opt. moritur, ſuccedit III. incomparabilis pietate, eruditione, ſapientia. Bannerius Torgam

A. C.

Torgam expugnat, â Saxone in Pomeraniam uſque repulſus, Breda amittitur

1638. Hatzfeldius Carol. Lud. & Rupertum Palat. profligat, hoc etiam capto. Vinarius hoc anno quartùm Victor de Cæſareanis, Briſacũ, eouſq; viſum expugnabile occupat.

1639. Vinarius Neoburgi ad Rhenum extinguitur, curam exercitus relinquens 4. ſupremis tribunis, qui auro deliniti Gallico, clavem Regni German. Briſaci Gallo tradidere. Galaſſus reſignat, ſuccedit Archidux.

1640. Bannerio penè oppreſſo noſtrorum multitudine, adſunt Dux Lunæburg. & Longovillanus. Cæſar Comitia Ratiſponæ celebrat.

1641. Bannerius Cæſarem repente oppreſſurus Ratiſponam advolat, luit non multo poſt Schlangij cum 4. millibus ſtrage, ipſe quoque in extremas anguſtias redactus, mox etiam morte ablatus.

1642. Lamboius â Vinarienſibus & Haſſis cæditur. Königsmarckius, & Dorſtenſonius rem fortiter agunt, hic Archiducem profligat, peditatu ferè omni fuſo aut capto, equitatu in fugam verſo

1643. Sueci â Cæſareanis prope Dutlingam cæſi. Inſignem cladem Franciſco Melo infert ad Rocroam Dux Anguienſis.

1644. Sueci non denunciato bello Danum invadunt, interea noſtri multa recipiunt Anguienſis noſtros in caſtris aggreditur, fame tamen pulſus, magno Rheni tractu, Aurelianenſis Grevelinga potitur.

1645. Cæſar cum Tranſylvano, Danus cum Sueco

pacem

A. C.

pacem conſtituunt. Hic regreſſus Galaſſum omni ferè peditatu obtrito in fugam agit. Hazfeld vincit & capit, Merci⁹ Turenium, Anguienſis Merc. profligat, hoc etiam occiſo & capto Gelenio.

1646. Abdicat Torſtenſon. ſuccedit Vrangeli⁹, qui mox Henxteram & plura occupat. Anguienſis memorabili felicitate Dunquercka potitur.

1647. Brigantium occupat Vrangelius, mox Mainaugiam, Lindovium fruſtra tentat, pactis cum Bavaro inducijs in Bohemiam movet, Ægram occupat, Melander Marpurgum capit & expoliat.

1648. Vrangelius Cæſarianos opprimit, cæſo in acie Melandro, Königsmarck. arce Pragenſi cum theſauris maximis potitur. Interea Pax Monaſterij & Oſnaburgi concluditur.

1649. Pax ſupero anno concluſa toto orbe vulgatur, cui ſtabiliendæ, & exequendæ varij Conventus inſtituuntur. Quæ exin geſta, cum in oculis omnium fuerint, ſintque omnia in recenti memoria, referre de induſtria ſuperſedemus, ſuo tempori reſervaturi, ne memoria excidant, ea inprimis, quæ digniora ſint, ut â poſteris cognoſcantur.

DEVS Benedictus!

RERUM

HISPANICARUM CHRONOLOGICA SERIES.

Ad compendium relata, & ex diverſiſſimis Scriptorum monimentis excerpta.

Opera & ſtudio

R. P. F. GABRIELIS BUCELINI,
Monachi Theologi Ordinis S. P. Benedicti
Monaſterij Imperialis Weingarttenſis, Prioris
S. Joan. Bapt. in oppido Rhætiæ
Veldtkirchenſi.



Cum facultate & Privilegio Superiorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.
ANNO M. DC LXIV.

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO
DOMINO, DOMINO

JOANNI SALICÆO, vulgo de Salis, Regis Catholici Capitaneo.

HIſpania, cujus Hiſtoriam, velut Iliadem in nuce, ad Te affero, Illuſtriſſime Vir, Tua, ſponte ſua, ſequitur ſigna, & tanto promptius ac propius, quanto certius novit â Rege ſuo Rhætorum tam procul poſitorum, virtutem ac fidem ſuſpici, obſequia & auxilia exambiri ſequitur Te pari fide, qua Illuſtriſſimum parentem Tuum, concitata uſque in Germaniam, cum inde Legatus reverteretur, qui amorem & Regis & populorum ſecum retulit, viſus ipſum Gentis Magnum Tutelarem Jacobum Boanergem ſecum rapere, & torque aureo quaſi vinctum attinere, cujus Regali â Catholico Rege eſt adſcriptus. Ita nomen Salinicum ſive Salicæum, ad remotiſſimas uſque Heſperiæ gentes ad Oceanum Cantabricum & fretum Herculeum ſua ſe

virtute promovit, ipſis Regibus, & honorificum viſum & magnificum, quod magnis etiam beneficijs ſibi demerendum & obligandum cenſuiſſent. Et vero, non uno exemplo experti ſunt, quanti Majorum Veſtrorum, quanti Veſtra Ipſorum auctoritas, fides, Generoſitas, & eximia virtus eſſet facienda, quæ ipſa æmulos Regum potentiſſimos reddidere, ut certatim, Veſtra ſibi obſequia expeterent, & cum juxta Veritatis æternæ effata nemo unus, duobus ſervire Dominis poſſet, uno tamen editos patre, una natos matre fratres, Rex Catholicus & Chriſtianiſſimus, certatim ſibi obligare contenderent, memorabili ad omnem poſteritatem Tuo & Illuſtriſſimi Rudolphi fratris Tui exemplo,. cum hic Ludovico XIII. & XIV. Tu Philippo IV. Gallis alter, Tu Hiſpanis, fidem daretis, vitam devoveretis, etſi alter quoque, ſtrenuè & Heroicè factis, Hiſpano aliquamdiu Salicæum Valorem egregiè comprobaſſet. Tanti Virtus eſt, quæ maximorum etiam Regum animos rapiat, in Te præ alijs ſeſe prodens, ut Palladis gemellus videaris, arma dexterrimè litteris ſocians niſi cerebro Jovis editus, pago tamen Ciceroniano, Tulliana eloquentia patre,

ambi-

ambidexter, non minus arte potens quam viribus, ſumma utrobique dexteritate. Vale inſigne Patriæ decus, & Tui ſimiles edens liberos, perge æternum ornare patriam, Reges demereri; nomenque Salinicum ſive Salicæum æternitati commendare. Veldtkirchij Rhætorum, undecimo Cal. Febr. 1664.

Ill.^{mæ} D.^{nois} Tuæ

Obſervantiſſimus

P. F. Gabriel Bucelinus.

CHOROGRAPHICA
Hiſpaniæ deſcriptio è probatioris notæ Scriptoribus.

Hiſpania Straboni ſex millia ſtadiorum in longitudine, quinq; millia ubi latiſſima eſt complectitur; Appiano qua longitudine qua latitudine decem ſtadiorum millibus definitur, nonnullis duo mill. quingenta & octuaginta milliaria in ambitu claudere dicitur. Olim in Regna plurima diviſa & ſubdiviſa, quæ parte priore Nuclei noſtri recenſuimus, è quibus potiora Legionis, Caſtellæ utriuſq; Arragoniæ, Portugalliæ, Navarræ, Granatæ, Valentiæ, Toleti, Gallæciæ, Algarbiorum, Murtiæ & Cordubæ fuerunt. Legionis Regnum Urbem præcipuam Legionem à qua & nomen habet, inde Aſtorgam, Zamorram, Palenciam, Salamancam & Cuidad Rodrigo. Caſtella nova Metropolim Toletum habet, inde Madritum, Cuenza, Alcala de Henares, Medina cæli, Ciſuentes, Civitas Regalis, Almagrum, Hita & nonnulla oppida ac muni-

municipia celebrantur. Caſtella Vetus caput urbium Burgos habet; tum Siguenzam, Segovium, Avilam, Valliſoletum & Sepubuedam. Arragoniæ Metropolis eſt Cæſaraugusta, tum Balbaſtro, Hueſca, Laca ſeu Jaca, Albarazin, Tervel, & Albarazin. Portugallia urbium Principem Olıſipponem habet, inde Braga ſeu Bracara, Ebora, Lamego, Viſeu, Porto, Miranda, Portalegre, Guarda, Leira, Eluas, Braganza, Santarenum. Navarra, Botero teſte, vix tòto Regno viginti millia ſocorum habet: Urbes ſunt Pampelona, Stella Tudela, Olite Sanguezza. S. Guan di Pe di Porto, Alfaro, Taſſaglia & Viana Granatæ Regnum à Metropolı nomen ſumſit: poſt hanc Guadix, Almeria & Mallaga civitates ſunt; tum municipia plura, quæ inter Baca & Ronda præcipua habentur Valentiæ Regnum ſimiliter à Metropoli nomen habet. In hoc civitates quatuor, municipia muris cincta Sexaginta, pagi mille numerantur. Toletanum Regnum & ipſum à Metropoli cognominatum ampliſſimos olim terminos habuit, per Caſtiliam nimirum utramq; & adjacentia; hodie Caſtilia recens, præter Urbis nomen, Regnum abſorbuit, ita ut urbium & pagorum nomina, Caſtiliæ plerumq; accenſeantur. Gallacia quinq; habet oppida Compoſtel-

poſtellam S Jacobi exuvijs celebrem, Lugo, Ora, Tui, & Mondogneto. Municipia præterea ſeptem & quinquaginta. Algarbiæ Regnum quatuor civitates continet Tavilam, Lagos, Sylves, & Faro. Municipia præterea aliquot opulenta. Murtiæ Regni caput eſt Murtia. inde Cartagena olim Carthago nova, tum Guardamar, Portilla, Vera, & Muſſacra celebrantur. Corduba Senecæ utriuſq; & Lucani patria Regno etiam nomen dedit, hodie à pleriſq; termini reticentur, qui cum diverſo tempore diverſi fuerint & nos reticemus, ſatis ſit pro compendioli limitibus obiter Hiſpanias inſpexiſſe. Cæterum de ſoli Hiſpaniarum qualitate inter alia hæc Joannes Barclajus: Hiſpania antiqua ubertate inſignis, hodie per vaſtas ſolitudines, fidem tot hiſtoriarum corrumpens. Nudum in pluribus locis ſolum, & ſterilibus arenis incultum, egens aquæ non herbarum, non meſſium decore ſpectabile. Sed qua tepentibus venis frugum aut vinetorum alimenta ſuggeruntur, mirum eſt, quantum natura indulgeat: illic ubertas eximia, & penè reliquæ plagæ ſterilitatem penſatura. *Huc uſq; Barclaius. Natura Hiſpani melancholici ſunt, arrogantiâ multis niſi intolerabiles, quam ingentia Regni incrementa in*

immenſum auxere, cum ad ſe quiſque ſpectare putet, quæ ſola à Numine fortuna, non gentis eſt, ſed noſtrorum Germani ſanguinis Principum, Regum verè Catholicorum, Numini dilectiſſimorum. Ea tanta omnino eſt, ut omnium ab orbe condito longè exſuperet potentiam Monarchiarum. Et verè, qui Regis Hiſpani Imperio nunquam ſolem occidere dixit, adeo circumquaque diffuſum toto orbe eſt, ut dum uni provinciæ occidit, alteri ex altera oriatur; eſſetq́ potentia Regis quaſi incircumſcripta, niſi tantum Imperium ipſa magnitudine ſua laboraret. De redituum vi penè immenſa multi multa afferunt, digna quidem admiratione, ſed quando expenſarum dein inſpiciuntur rationes, ſapienti cuicumque patet, quanta pericula & incommoda juxta tantos theſauros ſe ingerant, cum in pertuſos quaſi loculos conjecta tanta vis auri, in tot præſidia, exercitus & claſſes, in continendis, tam remotis, animo ſæpe non minus quam ſitu, regionibus ac Regnis, diffluat quam primum & quaſi evaneſcat, cum ſæpe expenſarum, ſupra redituum calculos invaleſcant. Inde lepidum Boccalini ingenium dum in curia Apollinis Parnaſſica Laurentium Mediceum, omnia Europæ Regna, appendiſſe in ſtatera, & Hiſpaniam ad

viginti milliones aſcendiſſe ſingit, ſperaſſe Hiſpanos aſſerit, ſiquidem aliorum Regnorum pondus adjungerent, longè deinceps Hiſpaniam omnibus alijs Regnis prævalituram, verum pondus ponderi additum, minuiſſe pondus, dum expenſæ ſemper reditibus prævalerent, ut fruſtra de ſtateræ iniquitate quererentur qui hodie ſponte fatentur in unius aſſertione Regni Portugalliæ multo plus requiri ſumptuum, quam in quieta poſſeſſione redituum ſperaretur; ut de alijs Indiæ Regnis remotioribus taceam, quæ Anglorum, Hollandorum aliorumq́ hoſtium petita inſidijs, vel armis, immenſitatem quaſi quandam theſaurorum requirerent, cum tamen certiſſimum ſit, ipſa deniq́ terræ viſcera etſi auro primum turgentia, cum tempore penitus exhauriri. Favit tamen hucuſq́ Numen Optimis Regibus, & Hiſpanis pro egregia illorum pietate & ſanctitate benedixit, quorum ſucceſſio quamdiu durabit apud eam nationem, duraturam quoq́ benedictionem nemo dubitet, ut jure merito, de nulla re alia magis ſolliciti eſſe debeant, quam de Regis ſui & liberorum Regiorum conſervatione, priſcæ ſuæ conditionis & tot ſæculorum ſervitutis contuitu, quam ſatis diſtinctè Annales illo-

illorum produnt, & Chronologicum noſtrum Compendium modo ſatis exhibebit.

Cæterum Hiſpania ipſa quam ſit opulenta, vel ex ſolis Epiſcoporum & aliorum Eccleſiæ Prælatorum reditibus liquet, quorum ſyllabum ſubjicere placuit.

De Pontificibus & Prælatis Hiſpaniæ eorumq; annuo cenſu.

TOletanus Archiepiſcopus, eſt maximus Caſtellæ Cancellarius, totiusque Regni Primas, cujus annui reditus ſunt, teſte Botero - - - - 260.000. ducati.

Archiepiſcopus Hiſpalenſis annuos reditus habet 100. 100. duc.

Archiepiſcopus Compoſtellanus habet	60000.duc.
Archiepiſcopus Granatenſis - - -	40000. d.
Epiſcopus Burgenſis - - - -	20000.d.
Epiſcopus Siguntinus - - -	20000.d.
Epiſcopus Chochenſis - - -	16000.d.
Epiſcopus Placentinus - - -	15000.d.
Epiſcopus Palentinus - - -	13000.d,
Epiſcopus Menteſanus - - -	10000.d.
Epiſcopus Segovienſis - - -	14000.d.
Epiſcopus Avilenſis - - - -	8000.d.
Epiſcopus Zamorenſis - - -	12000.d.
Epiſcopus Salmanticenſis - -	10000.d.
Epiſcopus Pacenſis - - -	6000.d,
Epiſcopus Ovetenſis - -	6000.d.
Epiſcopus Carthaginenſis - -	5000.d.
Epiſcopus Aſtoricenſis - -	4000 d.
Epiſcopus Caurenſis - - -	8000.d.
Epiſcopus Civitatenſis - -	4000.d,
Epiſcopus Malacenſis - - -	10000.d
Epiſcopus Gaditanus - -	8500. d.
Epiſcopus Guadixenſis - -	2000.d.

Epi-

Epiſcopus Abderitanus - - 1500 d.
Epiſcopus Mondovienſis - - 1500.d.
Epiſcopus Tuidenſis - - 2000.d.
Epiſcopus Olucenſis - - - 1500.d.
Epiſcopus Orenſis - - - 3000.d.
Epiſcopus Canariæ - - 8000.d.
Epiſcopus Jaënſis - - - 40000.d.

In Arragonia, Valentia, Laletania, Navarra.

Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus - 60000.d.
Archiepiſcopus Valentinus - - 13000.d.
Archiepiſcopus Tarraconenſis - - 8000.d.
Epiſcopus Tiriaſſonenſis - - 5000.d.
Epiſcopus Oſcenſis - - 3000.d.
Epiſcopus Segebricenſis - - 3000.d.
Epiſcopus Barcinonenſis - - 5000.d.
Epiſcopus Ilerdenſis - - - 5000.d.
Epiſcopus Dertoſanus - - - 8000.d.
Epiſcopus Gerundenſis - - 4000.d.
Epiſcopus Urgellenſis - - 7000.d.
Epiſcopus Vicenſis - - - 2500.d.
Epiſcopus Elnenſis - - - 1500.d.
Epiſcopus Pampilonenſis - - 6000.d.

Ordines Militares & eorum annui cenſus.

Ordo Equeſter S. Jacobi - - 60000.d.
Ordo Equeſter Alcantaræ - - 45000.d.
Ordo Equeſter Calatravæ - - 40000.d.

Pontifices & Prælati Portugalliæ.

Archiepiſcopus Oliſipponenſis - - 16000.d.
Archiepiſcopus Bracharenſis - - 24000.d.

Epi-

Epiſcopus Eborenſis - -	20000 d.
Epiſcopus Viſeienſis - -	8000 d.
Epiſcopus Guardianus - - -	5000. d.
Epiſcopus Conimbricenſis - -	12000. d.
Epiſcopus Portuenſis - -	4000. d.
Epiſcopus Lamegenſis - - -	6000. d.
Epiſcopus Sylvenſis - -	4000 d.

Certè Damianus â Goës: Omnis Hiſpaniæ Cleri proventus (Abbates excipio) duplo majores quā Epiſcoporum. Abbatiarum vero proventus non ſolum Cleri reditus æquant, ſed & ſuperant. Sine controverſia aliqua, qui ſe cultui Divino dederunt, habent in Hiſpania ſingulis annis ultra quadragies centena millia ducatorum; præter id quod Commendatarij & illorum Magiſtri poſſident, quæ ſumma etiam eſt ingens. Namque in ſolis Regnis Caſtellano & Legionenſi Ordo S. Jacobi 88. Commendas numerat, nempe in Caſtellano 42. quarum cenſus annuus eſt 166800. ducatorum, in Legionenſi Commendæ 46. cenſusque 105400. ducatorum. Ordo Calatravæ in utroq; Regno Commendas habet 34. univerſalisque anni unius cenſus eſt 95600. ducatorum. Ordo Alcantaræ Commendas complectitur 32. eſtque annuus cenſus 82980. Ducatorum.

Cæterum Ordo S. Jacobi in Portugallia, ſexaginta Commendis conſtat, quibus quotannis 12.0000. cruſati impenduntur.

Ordo Equitum Aviſiorum quadraginta tres Commendas numerat ſuntque cenſus ejus annui cruſati 70000.

Ordo

Ordo Chriſti, quadringentes quinquaginta quatuor Commendas habet, quibus quotannis ſolvuntur cruſati ſeu ducati Portugallici 23.6326.

S. Joannis Ordo novemdecim ſolum Commendas habet & duas Ballivias, quarum reditus non ita diſtinctè recenſentur.

Magnatum aliquot Portugalliæ cenſus.

Horum primus & præcipuus eſt Regij ſanguinis Princeps Dux de Braganca, de quo Boterus ſcribit: tantam illius eſſe potentiam & opulentiam ut monſtro ſimile ſit, in tam exiguo Regno Principem inveniri præter Regem, qui tantas opes poſſideat. In libro, de les Eſtats Empires &c. & apud Honorium in Relatione de Regno Portugalliæ refertur Ducem de Braganca annuos habere reditus Cruſatorum ſeu ducatorum Portugallicorum 100.000. Cæteri Principes & Magnates habent annis ſingulis

Dux Averi - - -	50000. duc.
Dux de Barclos - - -	
Dux Cohimbræ - - -	
Marchio Villæ Regalis - -	15000. d.
Comes Marialuæ è genere Continorum -	12000. d.
Comes Penilenſis è fam. Vaſconcellorum	4000. d.
Comes de Portalegre è familia Silveria -	5000. d.
Comes Venioſanus è fam. Soſa - -	5000. d.
Comes Monſantinus - - -	5000. d.

Comes

Comes Pratenſis è Soſa familia	- -	3000. d.
Comes Teutugalenſis	- - -	8000. d.
Comes Bratenſis è familia de Almeida	- -	3000.d.
Comes Feirenſis domus Pereiræ	- -	3000.d.
Comes de Linares	- - -	3000.d.
Comes Rondonenſis è famil. Coutin.	-	5000.d.

Iſta nunc pro commendatione Hiſpaniarum ſufficiant.

Nunc Chronologiam Ordiamur.

HISPANIARUM

Descriptio Chronologica.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

HISPANIARUM
SUCCINCTISSIMA CHRONOLOGIA.

Opera

R. P. Gabrielis Bucelini Monachi Theologi Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Prioris S. Joan. Baptiſtæ in Veldtkirch.

A. C.

1. Chriſto nato, ut & mortuo Hiſpania Romanis paruit, uti longè ante & diutiſſime Iberis Aſiæ populis ſervivit.

34. Haud multo poſt mortem Chriſti, Apoſtolis mundi provincias, prædicationis cauſa inter ſe dividentibus, S. Jacobo Majori Hiſpania obtingit.

37. Idem lectiſſimus Apoſtolus peragratis urbibus Hiſpaniæ, verbo exemplo & miraculis plurimos, cùm ex Gentilibus tùm Judæis convertit, & ad hos in Hiſpanijs commorantes Canonicam Epiſtolam ſcribit, quæ fuit prima ſcriptura Novi Teſtamenti. De quo conſulenda Hiſpan. Hiſtoria, maximè autem Fl. Julij Dextri, & doctiſſimi viri Franciſci Bivarij.

A. C.

Ipſo anno primam B. M. V. honori & nomini Eccleſiam idem Apoſtolus Cæſar auguſtæ dedicat, qua in urbe primum Epiſcopum Athanaſium creat, alijſque ſimiliter Urbibus Epiſcopos præficit.

41. Hoc primùm, non præcedente,ut Baronius voluit, anno S. Jacobus Hieroſolymam revertitur, cum prius Gallias quoque inviſens, Chriſtum annunciaſſet. Eodem anno fratrem & Beatiſſimam DEI Matrem Epheſum comitatur.

42. Epheſo cum ijſdem reverſus ferventius prædicans Judæis ab Herode tenetur, & capite mulctatus 25 die menſis Martij Martyrium glorioſè pertulit.

43. Diſcipuli S. Jacobi, DEI monitu, Virginisque DEIparæ conſilio, Apoſtol: corpus Joppe navi imponentes,tranſvehunt Cõpoſtellãq;,ſepulchro altare ſuperſtruunt.

44. Plures à ſe conſecratos Epiſcopos ad Boeticam littoralem Hiſpaniæ provinciam S. Petrus deſtinat.

46. Feliciſſimè ſuccedit in Hiſpania propagatio fidei, promota per diſcipulos S. Jacobi, à Petro atque deinceps ſucceſſore Athanaſio, Barcaræ, à Pio Hiſpali,ab Eugenio Valentiæ, Toleti ab Elpidio.

47. Juliobrigæ S.Arcadius Epiſcop⁹,Barcinone S.Etherius,apud Tarraconenſes Agathodorus, plurimos Chriſto lucrantur.

50. Princeps Apoſtolorum Petrus ipſe in Hiſpanias proficiſcitur, Apoſtolico munere fungitur Eccleſias viſitat, ſacras imagines Antiochia allatas ijsdem infert, &

relicto

A. C.

relicto S. Quarto uno ex 72. diſcipulis, ipſe in Africam & Ægyptum transfretat. S. Athanaſius Epiſc. Cæſar. Auguſtanus totam Celtiberiam & Carpetaniam Chriſti Regno adjicit.

52. SS. Indalecius, Torquatus, *Martialis*, Teſiphon alijque varias Hiſpaniæ urbes prædicando oberrant.

55. M. Marcellus Eugenius à Divo Petro in Hiſpanias miſſus Toletanis Epiſcopus præficitur.

57. Alotus Judex, à Nerone Cæſ. conſtitutus, aliquot Divi Jacobi diſcipulos, dum ad Concilium Iliberri conveniunt, bonis omnibus ſpoliatos flammis exuri jubet.

60. Cherronenſi in Urbe Valentiam indicto Concilio, multi capti Sanctiſſimi Pontifices, prima Neronis perſecutione, ſed & Hiſpali, Iliturgi, alijſque urbibus per Luſitaniam, Bæticum & Carpetaniam plurimi Martyrio afficiuntur.

64. S. Paulus Apoſtolus Hiſpanias inviſit, adductis ſecum Philemone, Timotheo alijsque diſcipulis, dum illic commorantem L. Annæus Seneca Cordulenſis ſuaviſſimis litteris compellat. Converſi illic à Paulo Philotheus, Probus, ejusque uxor Xantippa.

66. SS. Criſpinus Aſtigitanus Epiſcopus, Marcus, Adria, alijque plures pro Chriſto Martyrio affecti ſunt. Ipſo anno L. Annæus Seneca Hiſpanus occultè in Chriſtum credens, juſſu Neronis venarum inciſione perit. S. Paulus Apoſt. Epiſtolâ

A. C.

ad Hebræos Hiſpanos noviter converſos ſcribit.

68. Vitellius & Galba Judices plurimos in Hiſpania Chriſtianos morte afficiunt.

70. Idem jam primum dictus Servius Galba, à veteranis in Hiſpania commorantibus Imperator declaratur. S. Aquila Pauli Apoſt. diſcipulus Heracleæ prædicat.

71. Celeberrima jam fuit peregrinatio ad corpus S. Jacobi impediente ſcelerato Diotrephe. S. Oneſimus S. Pauli diſcipulus per Hiſpanias prædicat, quem paulo poſt S. Hierotheus conſequitur.

74. Idem Hierotheus nuper Athenienſis nunc Segoviæ Epiſcopus præclariſſime, de Hiſpanis meretur.

76. Sancti Saturninus Divi Petri diſcipulus & Paulus Sergius diſcipulus S. Pauli Cordubæ, Hiſpali, Barcinonæ & paſſim prædicant.

80. Idem Sergius Paulus totam Hispaniæ provinciam prædicando peragrat, optimeq; meretur.

86. Caſtris Cæcilijs in Luſitania prædicat S. Jonas S. Dionyſij Areopagitæ diſcipulus, inde poſtea ad Gallias reverſus. Caparæ S. Carilippus & ſocij paſſi ſunt.

91. S. Memmius Mancius è 72. diſcipulis, primus Eborenſium in Portugallia Pontifex præclare meretur. S. Julianus civis Toletanus Martyrio coronatur.

94. Bilbilitani Chriſto dant nomen opera S. Paterni qui fuit diſcipulus S. Saturnini.

95. SS. Alexander, Julianus, Dativus, Vincentius,

A. C.

tius, Aquila Priſcilla, pluresque alij in Hiſpania patiuntur.

100. S. Romulus Trajani Cæſ. Præfectus in Hiſpaniam ab eodem relegatus in Celtiberia patitur. Sed & multi alij Martyres tota provincia occumbunt.

105. Clarent SS. Eugenius, M. Marcellus. Epitectus Philotheus, Vitalis, Avitus alijque Sancti Epiſcopi qui Synodo indicta Hiſpanijs præclarè conſulunt.

110. S. Dionyſius Areopagita è Gallijs in Hiſpanias excurrit, Legatus à S Clemente toti Occidentis deſignatus. Claret S. Marcus Bolanus Florentius Hiſpali S. Arcadius Martyr in Bætica patitur.

112. Toleti Concilium celebratur de rebus fidei & morum præſidente S. M. Marcello Eugenio. Patitur S. Eutychius S. Pauli diſcipulus, Telæ in Vaccæis occiſus. Similiter Carthagine Spartaria S. Alexander Simonis Cyrenæi filius.

115. Hiſpali SS. Macarius, Juſtus & Rufinus, Urſaonæ in Boetica S. Leo, patiuntur.

116. S. Marcus Bolanus apud Hiſpalim Martyrio coronatur.

120. C. Apuleius Dioclês Luſitanus, Agitator primus factionis Ruſſatæ, innumeris victorijs, ad miraculum claret.

125. Magna Hiſpanorum gloria, Hadrianus Imperator celebratur, qui Italicæ in Hiſpania, non, ut nonnulli volunt Hadriæ in Piceno, natus fuit.

128. S. Quadratus, Hiſpaniarum haud ita pridem Apoſtolus Athenis nunc denuo

A. C.

commoratus Hadriano Imp. librum porrigit pro Religione compoſitum, cum ibidem Cæſar ſubſiſteret

130. S. Calocerus S. Jacobi diſcipulus Epiſcopus Ravennas major centenario moritur.

132. S. Honoratus, S. M. Marcello Eugenio Toleti ſuccedit in prædicatione.

134. S. Hermolaus Archiepiſcopus Toletanus inſignis Societatis Magiſter & Socius cum decem millibus Martyribus in Ararath patitur. Eodem anno Metellini in Luſitania ſimiliter coronatur S. Euſebius Palatinus cum novem ſocijs.

138. Martyrij palmam merentur S. Philetus Senator cum filijs, & conjuge, alijſque quinquaginta Similiter S. Wilgefortis Catelij Luſitanorum Reguli filia, S. Margarita, & S. Euphemia.

139. Hadrianus Imp. Opt. natione Hiſpanus moritur. Ipſo anno SS. Martyres Facundus & Primitivus pro Chriſto cæſi ſunt.

142. Barcinonenſi Eccleſiæ multa cum laude præeſt Aulus Victor Epiſcopus.

145. Beſulci in Portugallia (olim Concordia dicebatur) Martyrio coronatur S. Donatus & Socij.

150. Toletanæ Cathedræ præeſt Pelagius. Neſciente Antonino Pio Cæſare, præfecti in Chriſtianos ſæviunt.

153. Idem Imperator ſola auctoritate triumphato Parthorum Rege, ſimiliter Iberiæ Regem devincit.

155. S. Marciana Catelli Luſitaniæ Reguli filia, ſoror gemella octo aliarum Virginum

Toleti

A. C.	
	Toleti Martyrio afficitur.
156.	SS. Martyres Bonoſus & Maximianus Blandæ pariuntur.
160.	Pelagio Toletano Pontifici ſuccedit Paternus, alijs Patruinus ſive Patrinus. S. Dominica cum ſororibus Martyr occumbit.
162.	Moritur Antoninus Pij Imp. quo regnante perſequutio nonnihil per Hiſpanias remiſit quod ipſe omnem crudelitatem nimium averſaretur.
164.	Satis turbatæ in Hiſpania res, quod Pio Imperatore mortuo, ſimilem habituros deinceps deſperarent provinciæ.
165.	Recrudeſcit in Chriſtianos odium & perſecutio.
168.	S. Paſycrates Hiſpanias admirabili ſplendore ſanctitatis plurimum illuſtrat.
169.	Marcus Hæreticus Luſitaniam depravare conatus, irriſui habetur, & malè tractatur.
170.	Plurimi per Hiſpanias Martyrio afficiuntur. Valerio Juliano *Præſide*, & Gallo Maximiano Proconſule.
175.	S. Proculus Martyr Interamni Flavij in Hiſpania glorioſè occumbit alius ab illis quorum duos Baronius celebrat.
180.	Lucius Orator celeberrimus *Romæ* floret, Utriculi Hiſpanorum, natus Lucas Tudenſis celebrat. Hiſpanniarum Eccleſiæ pacem â paganis auro mereantur.
185.	Patruino Toletano Præſuli Turibius, vir meritiſſimus ſuccedit. Flaviobrigæ S. Victor & ſocij Martyrio conſummantur.

A. C.

189. Plurimum proficit fides Chriſtiana Commodo Cæſare in Principes ſibi ſuſpectos, quam exteros ſæviente, & apud ſocias gentes Pij nomen ambiente.

196. Peregrinatio ad S. Jacobum & ad Eccleſiam B. M. V. de Pilari frequentiſſima.

199. Sed & ſacrarum imaginum uſus & cultus ab Apoſtolicis temporibus in Hiſpania frequens, quieſcente nonnihil perſecutione plurimum publicè invaluit.

204. Sex tam Generalem perſecutionem indicit Severus, quæ deinceps multos etiam per Hiſpaniam, in ſacri certaminis aream deduxit.

208. Carthagine S. Gudenes Virgo, prope Segobiam S. Auditus, prope Tanagrum flumen S. Secundus Aſtenſis Martirio coronantur. S. Andeolus per Hiſpanias prædicat.

212. PoſtLucium Barcinonenſiũ Pontificem ſuccedit Fulta, qui præeſt annos duodecim.

217. Quinctius, Quintus, ſive Quintianus Toletanis Archiepiſcopus præſidet.

220. S. Titus cognomento Juſtus in Carpetania prædicat, qui *Plinium* Juniorem ad fidem convertit.

222. Quinctio Toletano Pontifici ſuccedit Vincentius. SS. Cyriacus & Julitta Hipponæ in Carpetania patiuntur.

230. SS. Gracilianus & Feliciſſima Martyres urbe Salaria in Luſitania celebrantur.

239. Nunquam ſatis ſedatam in Chriſtianos perſecutionẽ reaccendit Maximin⁹ Imperat.

245. Vincentio Toletano Archipræſuli ſuccedit

A. C.

dit Pomponius Paulatus, quem alij Palmarium, Paviatum, & Pragmatium appellant.

246. SS. Orentius & Patientia, parentes S. Laurentij Archilevitæ qui poſtea Romæ paſſus eſt, Oſcæ Martyrij laureola donantur. Floret S. Orentius Epiſcopus Auxitanus.

248. S. Melchiades, qui poſtea Romanus Pontifex fuit, in Hiſpania Mantuæ Carpetanorum naſcitur.

252. In odium Philipporum Cæſarum, Decius Imp. ſeptimam ſæviſſimam perſecutionem toto orbe in Chriſtianos accendit.

255. Martialis Emeritenſis, & Baſilides Aſturicenſis metu edicti Cæſarei, cum Gentilibus communicant, quibus exauctoratis Sabinus & Felix ſuccedũt. Fit Martyr S. Victoria. Similiter SS. Felix, Fortunatus & Achillæus.

256. Electio Sabini & Felicis ſupradictorum in Synodo Carthaginenſi approbatur.

260. Julio Minervio Præſide prope Tudem Galaciæ SS. Theophilus Saturninus & Revocata patiuntur.

261. S. Laurenti⁹ Hiſpanus Oſcenſis, Romæ Martyrio poſt Xiſtum Papam coronatur, quo ipſo anno juſſi Xiſti Concilium Toleti celebratur.

263. In Luſitania S. Celerina, L. Pompeij Celerina abneptis Martyrij palmā promeruit.

268. Calidonio Bracarenſi Epiſcopo, ad quem ſcripſit S. Cyprianus, ſuccedit Narciſſus Tarraconæ paſſi ſunt SS. Eulogius Fructuoſus & Augurius. Uxamæbarcæ S. Fortanus

A. C.

nus, Ambratiæ in Luſitania S. Epitectus, Carthagine SS. Heraclius & Zoſimus.

269. Fulgoribus ſanctitatis Hiſpanias & ſedem Ilerdenſem implet S. Licerius Epiſcopus vir ſanctiſſimus.

270. Flaviobrigæ patitur S. Julianus adoleſcens, & Carthagine Hiſpanorum S. Hippolytus Epiſcopus, & ſocij.

274. Paulatus Toletanus Archiepiſcopus præclarè meretur.

277. S. Narciſſus Bracarenſis Epiſcopus, Gerundę Martyrio coronatur.

280. Manichæorum Hæreſis paſſim, etiam in Hiſpanijs invaleſcit.

285. SS. Alexander & Antonina Olcadibus Hiſpaniæ, Carmoniæ S. Juſtina Virgo, Barcinone S. Severus Epiſcopus, Deiobrigæ SS. Lupus & Saturninus Martyrum laurea donantur.

286. Pomponio Paulato Toletana in ſede ſuccedit S. Melantius.

290. Romæ S. Zeno & mille ducenti Martyres Hiſpani paſſi ſunt. Cluniæ in Celtiberia S. Saturninus cum 355. ſocijs.

296. Heracleæ SS. Felix & Januarius, Carthagine S. Carithina Virgo. Compluti SS. Juſtus & Paſtor glorioſe pro fide occumbunt.

298. Avitus Barcinonenſis Epiſcopus vir eruditiſſimus claret.

300. Hiſpali SS. Carpophorus & Abundius paſſi ſunt. Urenæ item S. Valerius Cæſar Auguſtanus Epiſcopus, alibi plures Martyres. L. Valerius Hiſpanus, Beroſi fragmenta in 5. partes digeſſit. celebratur

Con-

A. C.

Concilium Iliberritanum, Dacianus Præſes Hiſpaniæ immaniſſimè ſævit.

305. Ingens Sanctorum Martyrum in Hiſpaniis numerus triumphantis Eccleſiæ plauſum auget.

308. S. Briccius Epiſcopus mirè â tormentis liberatur, & Hiſpanis longè lateq; conſulit. Plurimi iterum Martyres.

310. S. Melanthio in ſede Toletana ſuccedit Natalis, qui multa â Gentilibus & Hæreticis patitur.

311. Concilium Toleti celebratur, in defenſionem Concilij Iliberritani. S. Liberius Epiſcopus Carenſis celebratur.

312. Conſtantinus Magnus annitente matre Helena & Hoſio Cordubenſi Epiſcopo præclarè de Hiſpanis meretur.

317. Claret L. Cæcilius Lactantius Hiſpanus Criſpi, filij Cæſaris Præceptor.

324. Nicæno Concilio pro Sylueſtro Papa præſidet B. Hoſius Cordubenſis Epiſcopus. Natalis Toletanus Pontifex Conſtantino Imp. Natales Martyrum & tabulas mittit.

330. Hoſius Cordubenſis Epiſcopus fama ſanctitatis & meritorum non Hiſpanias ſolum, ſed orbem implet.

337. Salmanticæ S. Juvencus Presbyter moritur inter ſcriptores Eccleſiaſticos â S. Hieronymo celebratus.

342. Invaleſcit nimis quantum Arianiſmus, contra quem aliasq; Hæreſes ſtrenuè obnititur Natalis Epiſc. Tolet.

345. Conciliũ Cordubenſe celebratur in cauſa S. Athanaſij, in quo centũ Epiſc. cõfluxerant.

A. C.

350. Clarent, Prætextatus Barcinonenſis, Marcellus Caſtulonenſis, Florentius Emeritenſis, & Coſtus Cæſar auguſtanus Epiſc.

352. Natali ToletanoPontifici ſuccedit S Olympi⁹, vir ſanctiſſimus& erudititſſimus, magnis perEccleſiæDoctoribus ad quem pluries ſcribit S. Gregorius Nazianzenus. Barcinone S. Severus ab Arianis interemptus.

353. Floret Gratianus Catthaginenſis Hiſpaniæ Epiſcopus, & Mantuæ Carpetanorum SS. Anaſtaſius Presbyter, Placidus, Geneſius & Socij Ortodoxæ fidei aſſertores egregij.

356. Vita defungitur poſt longa certamina, exilium & ærumnas plurimas S. Olympius Doctor præſtantiſſimus Hiſpaniarū, cui ſuccedit in Sede Toletana S. Gregorius.

360. Idem Gregorius multa ob fidem patitur, & in exilium ejicitur. quocum communicat S. Hilarius Pictavorum Epiſcopus. Moritur magnus ille Hoſius.

362. Sub impij Juliani Imperio multi inHiſpanijs Martyres: SS. Donatus, Criſpilus alijq;.

366. S. Gregorio in ſed Toletana ſufficitur Andentius, vir eximiæ ſanctitatis, Zeli, & eruditionis.

368. Frequentes in Hiſpania coguntur Synodi, quibus Toleti & prope Tritium res Catholica confirmata eſt. Corcheiæ in Hiſpania floret Marcius Poëta Lyricus.

370. Fortiter contra Arrianos agit B. Andentius Toletanus ſcriptis libris celeberrimus. ad quem ſcribit B. Baſilius.

Cla-

A. C.

375. Clarent Aquilius Severus & Aſturius apud Toletanos naſcitur Paulus Oroſius Junior Tarraconenſis.

380. Celebrantur hoc anno in Hiſpanijs Fl. Prudentius Cæſarauguſtanus, Adelphus Rhetor, & Aſturius Serranus Toletanus Gnoſticorũ errores in Hiſp. invaleſcunt.

382. Lampadius olim Urbis præfectus fit Epiſcopus Oretanus Priſcillianus Gallæcus multum inſanit contra ſanam Fidem. Moritur S. Auguſtalis Epiſc. Iliberritanus. Floret Marcellus Telenſis Epiſcopus.

384. Varia Conſilia contra Priſcillianum celebrantur, Emeritenſe, Cæſarauguſtanũ, & aliud in Luſitania, Higinius Cordubenſis Epiſcopus ob Hæreſim exauctoratur.

385. Libris editis mirè triumphat Priſcillianum S. Andentius Tolet. claret S. Forcatus Epiſcopus & Helpidius Hiſpanus.

386. Concilium Toleti contra Priſcillianiſtas. Claudianus Hiſpanus Poëta feliciſſimus Romæ floret. Vigilantius inficit Hiſpanias contra quem ſcribit S. Hieronymus.

390. Clarent in Hiſpania Gregorius ex Præfecto Prætorij Iliberritanus Epiſcopus, & Gregorius Pontifex Cordubenſis.

396. Poſt Pacianum ſuccedit S. Lampadius in Cathedra Barcinonenſi. Fulget in ſede Toletana S. Aſtutius cognomento Serranus. Romæ celebratur Prudentius Poëta Lyricus patria Cæſarauguſtanus.

400 Paulus Oroſius rem præclare gerit in Hiſpanijs, inde ad Concilium Africanum transretans.

Iterum

A. C.

405. Iterum Toleti celebratur Concilium, cujus Patres ſcriptis litteris compellat Innocentius Pont. Max.

406. Wandali per Hiſpaniam graſſantur, à quibus cæditur S. Victoria Tarraconæ intercepta.

407. Mira rerum confuſio in Hiſpanijs, Wandalis, Alanis, Suevis ipſam peſſumdantibus & inter ſe partientibus. Moritur S. Paternus Epiſcopus Bracarenſis.

410. Wandali Bœticam, Alani Luſitaniam occupant, Alaricus Rex Italiam aggreſſus Romam expugnat & incendio fœdat, Claret Ruffinus Tarraconenſis Epiſcopus.

411. Siciliam petiturus Alaricus Rex repentina morte defungitur ſuccedente Ataulpho.

412. Gotthi Alanis mixti Gottalaniæ, quæ dein Catalonia corruptius dicta eſt, nomen imponunt.

415. Gundericus Wandalorum in Hiſpania Rex Baleares inſulas occupat & ſpoliat.

417. Inter tot turbas quieto animo Paulus Oroſius Tarraconenſis Hormeſtam, nimirum mundi Chronicon monitu S. Auguſtini ſcribit. Conſtantius Imp. Hiſpanias vaſtat & latè prædatur.

418. Wandali Galliæ infuſi à Genebaldo Duce in Hiſpanias repulſi ægrè ab internecione liberantur, Gotthis, mox etiam è Luſitania Alanis ſubſidio occurrentibus.

420. Gundericus Wandalorum Rex Hiſpalim occupat & diruit.

Wan-

A. C.

421. Wandali Suevi & Alani, ex Hiſpanijs Gallias invadunt, paulo poſt ab Aëtio Duce repulſi.

422. Hermanricus Suevorum, & Gundericus Wandalorum in Hiſpania Reges ex amicis hoſtes, Regna & urbes alternatim vaſtant.

423. Epiſcopi etiam in Hiſpanijs inter ſe colliſi, quod lapſos in Hæreſim, Catholici ad communionem non reciperent. Marabandes Poëta Lyricus, cæcus Barcinone claret.

424. S. Aſtario Toletano Martinus ſuccedit. Synodus Telenſis celebratur. Prudentius Epiſc. Cæſarauguſtanus Hæreſum triumphator feliciſſimè defungitur.

426. Honorius Imp. Caſtino & Bonifacio Ducibus in Hiſpanias immiſſis Suevos Alanos & Wandalos non modicum atterit.

427. Hunericus ſive Gunderibus Wandalorum in Hiſp. Rex dum in Eccleſiam manus injicit diſcerptus â cacodæmone perit.

428. Succedit Genſericus filius vir *Mavartius*. Fætadio Toletano Pontifici ſufficitur Iſicius. Claret ſcriptis egregijs libris Sedulius Oretanus Epiſcopus ab Iſicio amico Toleti detentus.

429. Viſigotthorum Rex Wallia extinguitur, cui ſuccedit Theodoricus. Gothi Caſtino Duce Carpetaniam vaſtant & Complutum invadunt Hiſpaniam, inter tot tenebras & turbas illuſtrat Idatius.

430. Sunt qui Gunderico nunc primum extincto Genſericum ſucceſſiſſe velint; ſunt qui

cum

A. C

cum patre aliquot annis regnaſſe contendant: in & aliqui 37. alii 48. Sigebertus 51 annis præfuiſſe ſcribunt.

431. Bonifacius Dux rebus ſuis in Africa diffidens, Genſericum invitat, qui cum claſſe trajiciens, optata occaſione utitur.

432. Wandalis Gotthisque etiamnum de poſſesſione Hiſpaniarum certantibus, Gotthis impar Genſericus, promittente totam Africã Bonifacio, omnes vires eo convertit, & longè lateq; ferro omnia ſubigit.

433. Alanos etiam ſecum in Africam pertrahit Genſericus, & trecentis millibus exercitum inſtruit ſexu etiam infirmo in Africam tranſlato, Inde Gotthi res ſuas in Hiſpanijs egregiè firmant.

434. Ipſum nunc etiam Bonifacium Africa eijcit Genſericus & Africam pleniſſimè ſibi ſubijcit.

437. Viſigothi latiſſime ſeſe per Hiſpanias dilatant, vicinis etiam provincijs multum reformidandi.

440. Theodoricus Viſigothorum in Hiſpania Rex, minimè contentus Romanos Hiſpanijs expuliſſe, Gellijs quoq; expellere nititur.

441. Fædè per Gallias graſſatur Theodoricus, in Romanos crudeliſſimus, contra quem miſſus cum exercitu Littorius, cæſis omnibus quos adduxerat, ipſe capitur.

442. Ætius contra Viſigothos in Gallijs rem benè gerit, multasq; urbes recipit, ſed ab Hunnis quos adduxerat metuens res cum Theodorico Rege componit.

Theo-

A. C.

443. Theodoricus Rex cum Genſerico Alanis & Suevis contra Valentinianum Imp. ejuſq; Duces conjurat & confæderatur.

444. Theodoricus multas Urbes armis recipit. cogiturque Aëtius Rom. exercitus Dux tam ipſi quam Richerio Suevorum Regi multas provincias urbeſq; cedere.

445. Richerius Suevorum in Hiſpania Rex novam Carthaginem expugnat, multasq; alias urbes occupat, Romanos mactat.

446. Genſericus Rex dum Catholicos in Africa everſos cup t, ab Imperatore bello petitur, ſed Cæſaris exercitu profligatur.

448. Suevi in Hiſpanijs fortuna uſi, varijs occupatis urbibus nimium invaleſcunt.

449. Nunc primum Richerius ſive Richarius coronari ſe patitur & per Hiſpaniam an Luſitaniam feliciter rem ſuam promovet.

450. Dum Romani omni modo Genſerici progreſſibus obnituntur in Hiſpanijs omnia peſſumdantur.

451. Theodoricus Rex Viſigotthorum rurſum Gallias invadit, multas urbes occupat, ſed ſuperveniente cum Hunnis Attila Romanis junctus in campis Catalaunicis contra Hunnos occumbit, ſuccedente in Regnum Thoriſmundo. Majorinus frater Majoriani Imp. Toletanam ſedem exornat.

453. Scribit Jornandes Attilam hoc anno ab Alanis ad Ligerim bello ſuperatum.

454. Theodoricus II. ſive Junior poſt Thoris mundum rerum in Hiſpania potitur. Hoc anno nonnulli Attillam deceſſiſſe dicunt, alij Anno. 458.

Caſti-

A. C.

456. Caſtinus Vir Conſularis Toletanæ Eccleſiæ præſidet, pater, ut non nulli volunt, Simplicij Papæ.

458. Poſt mortem Attilæ multum eſſe per Hiſpanias Galliasq; dilatant Alani Suevi & Gotthi. Flavius Paternus Julianus Campejus Caſtino Toleti ſuccedit.

459. Theodoricus Rex Hiſpanijs egreſſus magnam Galliæ partem, totam inprimis Narbonenſem provinciam occupat, multaq; per Gallias Romanorũ millia mactat.

460. Coactus tot cladibus per diverſas provincias, acceptis Cæſar paciſcicum hoſtibus, Wandalis Afiicam, Gotthis Suercis & Alanis Hiſpanias, Francis Galliam, Viſigotthis Aquitanniam, alijs alias concedit regiones.

462. Ipſa etiam Narbone, quam hucuſq; occupare nequiverat per proditionem potitur Rex Theodoricus. Toletanæ Eccleſiæ præſidet Sintricius Faltonius Probus, vir præſtantiſſimus.

464. Theodorico Regi mortuo ſuccedit Evaricus ſive Ervigius, qui ſtatim Gallias bello repetit, ſed ut in Hiſpanijs contra Socios rem ſuam promovet.

466. Inſigni victoria potitur in Gallijs Edici⁹ contra Evaricum Regẽ omnia latè vaſtantem.

468. Nunc ipſimet Galli Romanorum pertæſi reſpuunt Imperium & cum hoſtibus eorundem paciſcuntur, & ex Hiſpania opem atque auxilia evocant.

471. Iterum Gallias infeſtant ex Hiſpanijs Viſigothi, multasque prædas agunt, & Urbes occu-

A. G.

occupant per Provinciam.

472. Apud Toletum Eccleſiæ præſidet Palmatius, Paulini Palmatij SS. Auguſtino atq; Hieronymo familiariſſimi cognatus.

475. Occidentis Imperio in preceps ruente Wandali, Suevi, Viſigothi &c. inſigniter res ſuas, in Africa & Hiſpanijs ſtabiliunt

478. Odoacer quo firmius ſibi, occupatum nuper, ſtabiliret Imperium Wandalis, Viſigothis ac Suevis fœdere jungitur.

480. Turbatiſſimis toto orbe Chriſtianorum rebus & afflictiſſimis deſtinatus à Numine medicus naſcitur S. P. Benedictus, qui maximis deinceps meritis Hiſpanias demeruit.

483. Hunericus impius Vandalorum in Africa Rex dum eodemque tempore 4966. Epiſcopus & Clericos in exilium agit, plurimos eorundem etſi afflictiſſima ſervitute Hiſpania recipit.

484. Ervig us ſive Evaricus Viſigotthorum in Hiſpania Rex extinguitur, ſuccedēte Alarico.

488. Theodoricus Oſtrogotthorum Rex dum Italiæ bellum indicit Viſigotthorum in Hiſpania Amicitiam exambit, magno cum partis utriuſque emolumento.

491 Ægrè res ſuas per Gallias tuentur Viſigothi Hiſpani, Clodoveo Rege tā contra ipſos quam contra Romanos ſtrenue pugnant.

494. Toletam ſedi præeſt Petrus Edeſſenus, poſt Palmatij viri præſtantiſſimi obitum.

498. Theodoricus Italiæ Rex Regno firmando intēntus Alarico Viſigothorum in Hiſpania Rege filiam deſpondet.

A. C.

500. Sacræ ſedi Toletanæ præeſt Hector cognomento Ferrandus.

503. Celebratur Stephanus Cordubenſis Epiſcopus, qui hoc ipſo anno intereſt Concilio Romano.

504. Dum Alaricum Regem Clodoveus Rex Gallijs ejicere nititur, Theodoricum Italiæ Regem graviter offendit.

507. Clodoveus & Alaricus graviter colliduntur, illi pro genere Theodor. extrema minatur.

508. Funeſtiſſimis armis inter ſe concurrũt. Theodoricus & Clodovæus dum hic Hiſpanum & Burgundum perſequitur.

509. Clodovæus Anaſtaſium Imp contra Theodoricum concitat ſed & Hunnos atque Boios, qui ejus provincias vaſtant. Idem Clodove⁹ Alarico totam Aquitaniã eripit.

510. Alaricus Rex moritur, ſuccedit Amalaricus filius, cui Clodoveus Avernos, Toloſam aliaſque urbes adimit, hic ad avunculum in Italiam profugit.

511. Theodoricus pro Alarico nepote rerum ſatagit, & Hiſpaniæ conſuluit, inde hic primus annus Regni Ejuſdem in Hiſpania numeratur.

512. Theodoricus rebus cum Imp. compoſitis Gallum aggreditur, & cæſis triginta millibus, Provinciam Arelatum Toloſam &c. recipit, Amalaricum Regno reſtituit

513. Dum Clodoveus recipere adempta conatur, iterum à Theodorici exercitu victus, viginti ſuorum millia cæſa lamentatur.

514. Theod. ut Amaldorico Regnum firmaret, contra Clodoveum Danos & Wandalos concitat. Con-

A. C.

516. Concilium Tarraconenſe decem Epiſcoporum celebratur, & Hiſpaniarum Eccleſijs conſulitur.

517. Concilium Gerundenſe ſeptem Epiſcoporum celebratur.

518. Toletanæ Eccleſiæ ſumma cum laude præſidet Celſus, natione Germanus, vir doctus & ſanctus.

520. Hiſpanijs pergit conſulere Theodoricus non aliter atque Italiæ, inde non minus quam Amalaricus Rex ab Hiſpanis & Patribus in diverſis concilijs appellatur.

522. Invaleſcit in Hiſpanijs Arianiſmus, cui in ipſo etiam Oriente Theodoricus Rex patrocinatur.

524. Ilerdenſe octo Epiſcoporum Concilium celebratur anno regni Theodorici decimo quinto. Succedit hoc ipſo anno Concilium Valentinum ſex Epiſcoporum.

525. Clarent, Sergius Metropolitanus Tarraconenſis, Juſtus Urgelitanus & Joannes Cæſar auguſtanus Epiſcopi.

526. Mortuo nunc Theodorico Rege de Hiſpanijs meritiſſimo, ſolus imperat Amalaricus.

529. Celebrantur inter illuſtriores Hiſpaniarum viros S. Montanus Toletanus poſtea Epiſcopus, Nebridius & Paternus Barcinonenſis, & Februarius Ilerdenſis Epiſcopi.

531. Moritur Amalaricus Rex ſuccedente Theuda, ſub quo hoc ipſo anno celebratur Concilium Toletanum II. cui præeſt S. Montanus Archiepiſcop⁹ Toletanus. Primus ex Hiſpanis, habitum *Monachicum*

Romæ

A. C.

Romæ è manu S. P. Benedicti ſuſcipit S. Turibius Parentinus poſtea Epiſcopus.

532. S. Turibius in Hiſpanias reverſus, impetratam è S. Benedicto inſignem SS. Monachorum Coloniam adducit, quos inter SS. Euphemius, Exuperius, Venantius Adelphius, Exuperantius alijque magni dein Præſules evaſere.

533. Allaborant quamprimum memorati nunc viri ſanctiſſimi Eccleſiam demereri, & in converſione gentilium & Hæreticorum ſtrenuam navant operam.

534. S Turibius Cænobio extractus creatur Epiſcop. Telenſ. ſive Palentin, cui gratulatur S. Montanus Toletan. Archipræſul, qui paulo poſt Julianũ relinquit ſucceſſorem.

537. Clarent admirabili vitæ ſanctitate SS. Synobius, Euſoſtomus Euſebius & Oſanus Monachi ſanctiſſimi, Divi Turibij collegæ in monte Libanienſi.

539. Iterum inſignem SS. Monachorum 12. Colonia cum Abbate mittit Toletum, Urbem Gotthorum Regiam S.P. Benedictus, qui verbo & exemplo plurimos Chriſto lucrantur.

540. Sanctina Severiani mater, ijſdẽ egregiũ condit Cænobiũ, ad S. Petrũ Caradignenſem.

542. In Luſitaniam exporrigit ſe S. P. Benedicti charitas, cujus diſcipulis erigitur eo ſuperſtite Monaſterium Lorbanenſe.

542. In Africam quoque ex Hiſpanijs ſe conferunt Divi Benedicti alumni; concuſſamque ibidem rem Catholicam ſtabiliunt.

543. Extinguitur innumerabilis ſacri exercitus

Archi-

A. C.

Archidux Benedictus, à cujus diſcipulis innumera deinceps bona Hiſpaniјs obtigêre, 544. Teuda Rex in tumultu occiditur.

546. Cultus Deiparæ, & Mariani Pſalterij uſus per Hiſpanias ab alumnis Divi Benedicti miro fructu propagatur.

548. Rendigiſilarus, qui Teudæ Regi ſucceſſerat, & ipſe ab ipſis Viſigotthis trucidatur, ſuccedente Theodiſco ſive Theodegiſilo.

550. Apud Toletum Archiepiſcopali è cathedra fulget Pracaudus Athanagildi Principis frater.

551. Ad regium thronum elevatur Agila Rex glorioſiſſimus.

553. S. Turibius Palentinus Epiſcopus Idololatriam profligat, hæreſes evertit, Concilia promovet.

554. Agilæ ſive Ageſilao Regi in convivio interempto ſufficitur Athanagildus, qui præeſt Hiſpaniæ 22. annis. Idem initio Regni Benedicti Patriarchæ alumnis celeberrimum illud Agallienſe condit Cænobium.

558. Theodomirus ſive Ariamirus Rex Catholicus Suevis in Hiſpania imperat, præfuitq; annis 12.

560. Maximis per Bæticam ſe meritis commendat S. Exuperantius, vir Apoſtolicus S. Benedicti diſcipulus.

562. Petrus II. Toletanorum Archipræſul digniſſimus Legatione ſæpè fungitur, miſſus ab Athanagildo ad Reges Galliarum.

563. Dumienſe illuſtriſſimum in Gallætia Monaſterium conditur, in Portugallia Cænobium

A. C.

bium de Tibaes. Concilium Bracarenſe celebratur.

566. Mirificus ille Abbas & Hiſpaniæ deinceps Tutelaris Æmilianus, ſplendoribus ſanctitatis Regnum implet.

568. Apoſtolico Zelo & merito Hiſpanijs mirifice conſulit S. Martinus ex Abbate Dunclenſis Epiſcopus.

569. Concilium apud Lucum celebratur opera Theodomiri Regis, quo rei Catholicæ conſulitur, & Epiſcopatuum fines certi determinantur.

570. Athanagildo Regi ſuccedit Luiba apud Viſigotthos Hiſpaniæ, Theodomiro Suevorum Regi Ariamirus filius, vulgo Miro dictus.

572. Luiba extincto imperat Leodevigildus Arrianus, SS. Leandri, Iſidori & Fulgentij affinis. Celebrantur hoc anno Concilia Bracarenſe & Lurenſe ſecundum.

574. Extinguitur magnum illud Hiſpaniarum ſydus S. Æmilianus Abbas, è cælo nihilominus Hiſpanis mirè conſulens.

575. S. Euphemius S. Benedicti diſcipulus cognomento Ælladius ex Abbate primo Agallienſi fit Archipræſul Toletanus.

576. S. Scholaſticæ exemplo etiam in Hiſpanijs inter Virgines Monachiſmus invaleſcit, condito primùm Valvaneræ Cænobio.

577. S. Vincentius Abbas S. Claudij Legionenſis in profligando Arianiſmo, S. Leandro cooperatur.

580. Præclarâ in Gallias Legatione fungitur S. Euphemius Toletanus Archipræſul, adducit-

A. C.

ducitq; inHiſpaniamIngundemSigeberti Regis ex Brunechildi filiam, S.Hermenegildo Leovigildi Regis filio nupturam.

582. Mironi Suevorum in Hiſpania Regi extincto ſufficitur Eboricus.

583. S.Gregorius Magnus,Legatus ad Imp.miſſus, ex itinere ad S. Leandrum divertens, huic familiaritate jungitur. Moritur magnus ille Hiſpaniarum Doctor, S.Martinus Dumienſis Epiſcopus.

584. S.Hermenegildus Regis filius,ob fidemCatholicam juſſu patris occiditur,quo ipſo tempore S. Vincentius Abbas,qui in ejus converſione laboraverat Martyrio afficitur,& S.Leander in exilium ejicitur.

585. Revocatur S. Leander cui morit. Rex alterum filium, Reccaredũ ipſe commendat, ut in hoc,quod in priore faciat.

586. Converſioni, Reccaredi Regis Regniq; totum ſe impendit.S.Leander ex monacho S. Claudij Legionenſis, Archiep. Hiſpalenſis,vir ſanctiſſimus,alij aſſignant anno 589.

588. S Fulgent.ex monacho Aſtygitano Carthaginenſis inHiſpaniaEpiſc.Apoſtolico Zelo converſioni gentilium & Hæreticor, dans operam,mirè meretur.

589. Concilio Toletano præeſt nomine Pelagij Papæ S.Leander. Celebratur eodem anno Concilium Narbonenſe.

590. Præclarè merentur de Hiſpanijs S. Agapius Cordubenſis,S.Tonantius PalentinusEpiſcopi,& S. Eutropius Abbas.

592. Celebratur Conciliũ Cæſarauguſtanum,cui

A. C.

præſidet Artemius Epiſcopus Tarraconenſis.

594. Reccaredus Rex verè Catholicus, plurima paſſim Cænobia molitur.

595. Admirabili vitæ ſanctitate Hiſpanias illuſtrat, & mirè demeretur S. Joannes Viclarenſis monachus Epiſcopus Gerundenſis.

596. Familiariſſimè per litteras correſpondent S. Gregorius Magnus,& S. Leander Archiepiſcopus Hiſpalenſis.

597. Concilium Toletanum decem & ſex Epiſcoporum celebratur, cum illi ſedi tunc præeſſet S Adelphius S. Benedicti diſcip, vir ſanctiſſimus.

598. Sequitur Oſcenſe Concilium ijſdem ferè præſentibus qui Toletano interfuere. Moritur S. Adelphius Epiſcopus Tolet. ſuccedit S. Exuperius,& ipſe à S. Benedicto in Hiſpanias olim deſtinatus.

599. Concilio Barcinonenſi 12.Epiſcopor. interſunt alios inter SS. Joan. Gerundenſis, & M. Maximus CæſarAuguſtanus Epiſcopi. Symoniaca Hæreſis damnatur.

600. Fulgentiſſimum Hiſpaniæ ſydus S. Fulgentius Carthaginis Epiſcopus,fulmen Hæreticorum extinguitur.

601. S.Exuperio apud Toletum mortuo ſuccedit S.Venantius,& ipſe S. P Benedicti diſcipulus, qui grandævus paulo poſt moritur. Luiba II. Rex coronatur.

602. Sanctitate atque eruditione clariſſimus effulget S. M. Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus S. P. Benedicto â puero addictus,

A. C.

dictus, &, ut ipſe fatetur, dilectus.

603. Victericum Regem diademate coronat S. Auralius ex Abbate Agulienſi, Toletanus Archiepiſcopus. Moritur Magnus Hiſpaniarum Apoſtolus S. Leander.

604. Immenſus generis humani theſaurus, teſte Alfredo Angliæ Rege, S. Gregorius Magnus cælo infertur, de Hiſpanijs meritiſſimus, cujus donum eſt Imago illa B. M. V: Guadalopenſis.

606. Victericus Rex â Religione plurimum commendatur, fundat nunc Monaſterium S. Crucis, cui Egilam præficit. Mahometum primus agnoſcit & prodit S. Iſidorus ex monacho Agallienſi Hiſpalenſis Epiſc. ille monitus â cacodæmone illico profugit.

608. Dracontius Poëta Hiſpanus celebratur, qui verſibus Heroicis Creationis mundi Hexameron ſcripſit.

610. Concilium Toletanum juſſu Bonifacij Papæ cogitur, in eoque Metropolitana dignitas Toleto, ejusque Præſuli S. Helladio, Abbati nuper Agallienſi confirmatur. Victerico Regi Gundemarus ſive Gundemirus ſuccedit.

612. Cultum Deiparæ plurimum per Hiſpanias propagat & Pſalterij Mariani uſum promovet S. Maximus Cæſarauguſtanus.

613. Gundemaro optimo Regi ſuccedit Rex Siſebutus.

614. Concilium Tarraconenſe celebratur, cui interſunt cum alijs BB. Joannes Gerundenſis, & M. Maximus Epiſcopi. Mirifica ſanctitas Sanct. Tolobæi Bracanenſis

A. C.

ex Monacho Epiſcopi celebratur.

616. Admiratione Hiſpanias replent, eruditio, ſanctitas & ingentia merita S. Iſidori Hiſpalenſis Archiepiſcopi.

619. Concilium Hiſpalenſe celebratur, præſidente S. Iſidoro contra Acephalor. Hæreſim indictum.

623. Optimo Regi Siſebuto ſuccedit Reccaredus II. & huic non multo poſt è vivis abrepto Rex Suintila.

624. Admirabili ſanctitatis ſplendore percellit Hiſpan. S. Helladius Metropol. Toletan⁹, ex Aulæ Regiæ Principe olim Monachus.

627. S. Agapetus ex Monacho Cordubenſis Epiſcopus, præclarè de Hiſpaniis meretur.

629. Magnus Legumlator Hiſpaniarum Divus Iſidorus innumeris meritis Regnum demeretur. Hæreſes profligat, Eccleſias reformat, totum unus ipſe Bibliothecam ſcribendo condit.

632. PoſtSuintilam ſeu SuintilanemRegem, ſuccedit Richimerus ſive Rachimirus.

633. Extincto paulo poſt Richimero, ſufficitur Rex Siſenaudus. Concilium Toleti celebratur 70. Epiſcoporum.

634. Toletanæ ſedi præeſt S. Juſtus, ab infantia monachus S. Helladij diſcip. Abbas Agallienſis, vir doctus & ſanctus.

635. Moritur ſanctiſſimus ille Gerundenſis Eccleſiæ Pont. Joannes, meritis maximus.

636. Cælum triumpho implet felici tranſitu S. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcop. Alter Ambroſius, vir incomparabilis. Iterum Concilium Toleti cogitur Epiſcoporum

21. Suin-

A. C.

21. Suintila ſecundus ſive Chintilanes ſuccedit mortuo Regi Siſinando.

638. Iterum Concilium Toleti celebratur 52. Epiſcop. ſub Chintillano Rege.

639. S. Nonnitus ex monacho Gerundenſis Epiſcopus magnis virtutibus & meritis claret.

640. Eruditione non minus quam ſanctitate ornat Hiſpanias S. Eugenius II. Epiſc. Tolet. cujus poemata tanto poſt typo vulgavit Jacobus Sirmundus.

641. Poſt Suintilam Tulga ſeu Fulga Rex inauguratur.

642. S. Braulio Cæſarauguſtanus Epiſc. â ſcriptoribus Hiſpaniæ celebratur.

643. Fulgæ Regi poſt breve imperium Cindaſuindus ſufficitur.

645. Cindaſuindo Rege, plura per Hiſpanias Cænobia, aliaq; inter S. Romani de Orſniſga ab eodem conditur.

646. S. Eugenius III. Ex monacho Agallienſi fit Epiſcopus Toletanus atq; egregiè meretur.

648. Cindaſuindo Regi ſuccedit Regiſuindus.

650. Clarent inter illuſtriores Hiſpaniæ viros Orontius Emeritenſis, Potamius Bracarenſis, Antonius Hiſpalenſis Archiepiſcopi, Anatolius & Secundinus Abbates.

652. Concilium Toleti celebratur Epiſcoporum 28. & plurimorum Legatorum ſeu Vicariorum.

653. Ibidem denuo Concilium congregatur, cui duo & quinquaginta Epiſcopi interfuêre.

A C.	
655.	S. Yrenes Benedictina monialis Martyrio coronatur, quam DEUS admirando deinceps anniverſario Tagi refluxu, & ad ſepulchrum Virginis prodigioſo acceſſu honorare dignatus eſt.
656.	Iterum Toleti Concilium celebratur, quo, alia inter, â Patribus S. Fructuoſus monachus Bracarenſis Archiepiſcopus renunciatur.
658.	Magnis ſummi ingenij monimentis Hiſpanias & Eccleſiam Chriſti univerſam illuſtrat S. Ildephonſus Abbas Agalienſis.
661.	Decreſcit paulatim Suevorum in Hiſpanijs Regnum & nomen.
664.	Moritur poſt ingentes eruditionis & ſanctitatis fructus S. Fructuoſus Epiſcopus Bracarenſis.
666.	Conſilium Emeritenſe 12. Epiſcoporum in Luſitania congregatur, cujus auctoritatem confirmavit poſtea Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum ſcripta Innocentius III.
667.	Moritur Magnus ille Patriarchalis Toletanæ Eccleſiæ (uti Rodericus Archiepiſc. loquitur) Præſul S. Ildephonſus Anchora fidei appellatus, Cælorum Auguſtæ Sacellanus.
670.	Agalienſe, S. Claudij Legionenſe, S. Petri de Cardegna aliaque Cænobia ingentem eruditorum & Sanctorum virorum copiam ſummo Hiſpaniarum bono educant.
672.	Miraculum Regis ſancti ſimulq; Heroici, S. Bamba ad Regni ſolium ſubvehitur.

Wam-

A. C.

673. Wamba ſive Bamba Rex glorioſiſſimus, mira felicitate Ildericum tyrannum aliosque rebelles domat.

674. Iterum hoſtem nactus Paulum Comitem, qui diadema ſibi impoſuerat, admirando rerum ſucceſſu opprimit, ab Angelis prodigiosè defenſo Sancti Regis exercitu.

675. Wamba triumphans Toletum ingreditur, Pater Patriæ nec immerito ſalutatus, Inde ad pacis artes converſus Regno mirè conſuluit. Concilium Toleti celebrari curat.

676. Sed & alia ſummo bono publico Concilia coronari author eſt, Cænobia ſtruit, & quædam Epiſcopalibus Cathedris & dignitate ornat.

676. Ingentem Saracenorum claſſem ducentarum ſeptuaginta navium potentiſſime debellat, totam ſeu mergit ſeu incendit, prædam in Monaſteria partitur.

677. Idem fines Regni latè propagat, Gentiles & Hæreticos Regno exturbat.

678. Áſtures & Vaſcones domat, Regno plurimis modis conſulit.

679 Carduam urbem reſtaurat, & â ſe Bambliónam, quaſi Bambæ lunam cognominat.

680. Immani ſcelere Ervigij Comitis, tanto Regi venenum propinatur, ex quo â ſenſibus alienatus, tondetur & in Cænobium detruditur.

681. Ope Numinis ſibi redditus Bamba, dum ad Regnum denuo expetitur, cucullum præferens diademati, Ervigium ceu optimè de ſe meritum coronari jubet. Conci-

A. C.

lium eapropter Toleti cogitur.

683. Concilium aliud Toleti celebratur Epiſcoporum quadraginta, quo multa utilia ſtatuuntur.

684. Iterum Concilium Toleti inſtituitur, quo tantum ſeptendecim Epiſcopi convenêre.

685. Æternùm nunc decus Monachorum, uti antea Regum S. Bamba admirandis effulget virtutibus.

686. S. Julian. Archiepiſc. Toletanus, monachus Agallienſis eruditione non minus quam Sanctitate Hiſpanias illuſtrat.

687. Ervigius optimè meritus, Eccleſias & Monaſteria ornat, multisque præclarè geſtis immoritur.

688. Egica Rex deſignatur, & ipſe laudatiſſimus optimè de Regno & Eccleſijs meretur. Toleti Concilium 61. Epiſcoporum congregatur.

689. Suniulphus ex Abbate Menteſanus Epiſcopus celebrat.

690. Magnum Hiſpaniarum Sydus, S. Julianus Archiepiſcopus Toletanus, poſt varia præclarè geſta extinguitur.

691. Concilium Cæſarauguſtæ celebratur.

693. Opera Eg. cani ſive Egicæ Regis, Toleti Concilium Epiſcoporum quinquaginta novem congregatur, quo Sigebertus Toleti Archiepiſc. exauctoratur.

694. Aliud Toleti Concilium cogitur, in quo egregia Regis Egicæ pietas, & in Sacerdotes DEI reverentia eluxit.

696. Sub hunc ferè annum S. Bamba ſeu Wamba

ex

A. C.

ex feliciſſimo Rege humillimus Monachus vita defungitur.

698. Memorabili rurſum exemplo Rex optimus & glorioſiſſimus Flavius Egica ſceptrum, & coronam faſtidiens cucullum amplect.

701. In Hiſpanijs Witizza imperat, optimi parentis Egicæ peſſimus filius.

702. Apud Toletum Archiepiſcopali Cathedræ præſidet Guntericus, vir ſanctitate clarus & miraculis.

703. Nequiſſimus Rex Witizza, lege permittit, ut á ſacerdotibus, quotquot vellent, pellices alerentur.

704. Gunterico apud Toletum ſuccedit Sinderedus.

707. Peccata atque inde mala ingentia per Hiſpanias, ſcelere Regis & conniventiâ invaleſcunt.

708. Mortuo Witizzæ ſuccedit in regnū Coſta.

712. Nulla re memorabili geſta Coſta extinguitur ſuccedente Rege Roderico.

713. Unius Regis impuritas, innumera deinceps mala Hiſpan. infert, vitiata enim â Roderico Rege Juliani, Comitis filia, hic Saracenis fœdere jungitur.

714. Inundant paulatim HiſpaniasSarraceni, quibuſcum infeliciter prælıatur Rodericus.

715. Hoc anno nonnulli, alij biennio ante cæſum â Barbaris Rodericum volunt, alij ſolum Luſitaniam profugiſſe, & Monaſticén profeſſum, pro peccat. pœnituiſſe.

716. Ingens vaſtitas Hiſpanijs illata, feruntur que intra triennium ad 700000. hominum cæſa, Bellazis Maurorum armis

A. C.

*R*ex conſtituitur, â Catholicis Pelagius è Regio Gotthorum ſanguine Legionis Rex ſalutatur.

717. Pergunt Mauri longè lateque Hiſpaniarum provincias & urbes occupare, quibus Pelagius ad 20000. profligat. Julianus & qui evocaverant Mauros ab his ipſis trucidantur.

718. Utitur victoria Rex Pelagius & multas Saracenis urbes eripit. Fundatur Cænobium S. Joannis Pennenſe ad quod Concilium provinciale Epiſcoporum & Abbatum convocatur.

720. Varijs conflictibus congreſſi cum Hiſpanis Mauri, ſæpiùs victi, muniendis quæ occupaverant intendunt.

721. Sinderedus Toletanus Archiepiſcopus intereſt Concilio Romæ celebrato.

723. Sarraceni in Hiſpanijs, in ſeſe mutuo armis converſi, *R*egnum inter ſe denique partiuntur, & in duodecim ſive quatuordecim minora Regna dividunt.

724. Alphonſus cogn. Catholicus filius Petri Ducis Cantabriæ Pelagio *R*egi contra Mauros fædere jungitur.

725. Pelagius Rex Alphonſo prædicto Ormiſendam filiam dat nuptui, Hiſpanis nonnihil reſpirantibus.

728. Multas â Saracenis urbes recipit Rex Pelagius, dum ipſi animis & armis diſſociantur.

730. Optimè meretur de *R*egno Pelagius, vaſtata â Mauris Monaſteria & templa reſtituit, multa de novo condit.

Pela-

A. C.

733. Pelagius & Alphonſus rem ſtrenuè gerunt, Mauros ſæpius feliciter contundunt, multa inſignia loca recipiunt.

734. *P*ulſis Sarracenis Cordubenſe Regnum occupat Abdemalius.

735. *P*elagius Regum optimus, Maurorum terror extinguitur, qui primus Gotthica inſignia dimittens, leonem purpureum in campo ſeu ſcuto argenteo aſſumpſit.

736. Proſperè rem agit Pelagij filius juvenis ſtrenuus Fafila poſt patrem *R*ex ſalutatus.

737. Inconſultius Venationi dans operam Rex Fafila ab urſo laniatur, etſi alij hunc annum morti patris aſſignent.

738. Magna Catholicorum gratulatione *R*ex Aſturum, & Legionis Alphonſus Cantabriæ Dux gener Pelagij creatur.

739. Carolus Martellus Alphonſo Regnum gratulatur, & ad debellandos Sarracenos omnem opem promittit.

740. Sarraceni dum ex Hiſpanijs etiam Gallijs inhiant, Alphonſo viam aperiunt Regnum ampliandi.

742. Repullulaſcentem Arrianam per Hiſpanias Hæreſim Monachorum inſigni opera exſtinguit Rex Alphonſus.

745. S. *M*ichaelis de Cuxan in Catalaunia fundatur Cænobium, in quo mira ſanctitate eluceſcit S. Nazarius Monachus.

748. Magnam Navarræ partem Saracenis eripit *R*ex Alphonſus.

750. Plures per Hiſpaniam Urbes, ope Martelli expugnat idem *R*ex, & levibus certaminibus ſubinde Mauros fatigat.

A. C.

753. Multa per Luſitaniam oppida atque urbes, ejecto Maurorum præſidio Chriſtianis reſtituit Alphonſus.

754. Summo Eccleſiæ bono in multis civitatibus idem *Rex* Epiſcopatus inſtituit.

755. Fidem Chriſti ſummo ſtudio propagat Rex Alphonſus, Monaſteria plurima reſtituit, Eccleſias magnificè exornat, omnibus amabilem ſe præbet.

756. Ingenti omnium bonorum luctu idem glorioſiſſimus Rex extinguitur.

757. Immani fratricidio Vimaranum ſive Bilmaraum heroem forma & indole verè *Regium* & egregium, fratrem germanū tollit è medio Froila, & Regnum invadit.

758. Saguntin. Regale prorſus Cænobium exſtruitur, ex quo ingens fructus Hiſpanijs prodijt.

759. Omaro Cordubenſium Duci, ingenti cum exercitu fines Gallecíæ infeſtante occurrit Rex Froila, & hoſtium quinquaginta quatuor millia profligat.

760. Gratus Numini ut eſſet *Rex* Froila, magnificum prorſus S. Juliani de Samos in Gallecia fundat Cænobium.

761. Multa alia per Hiſpanias Monaſteria exſtruuntur S Michaelis de Petroſo, S. Vincentij de Oviedo, &c.

763. Froila fratricidij ſæva conſcientia, peccatum pijs operibus redimere parat, multa Eccleſijs largitur.

766. Cixila ex Monacho & Abbate Agallienſi Toletanus Archipræſul, verbo & exemplo mirabilis exiſtit.

Exi-

A. C.

767. Exigente vindictam temporalem de fratricida Numine, Froila Rex & ipſe â fratre germano Aurelio occiditur.

768. Aurelius fratricida, poſt fratricidam Regnum indeptus, magnis paulo poſt calamitatibus involutus eſt.

769. Egimonda ſive Odiſenda, Froilæ & Aurelij fratricidarum ſoror, Siloni Duci nubit, quo ipſe conjugio poſtea Regnum indeptus eſt.

770. In Hiſpanijs bellum ſervile exardeſcit, multos egregios heroës tollit, magnam Regno inferens vaſtitatem.

772. Prudentia potius, quam armis, inteſtinum ſervile bellum componit Rex Aurelius, & ſervos in priſtinam redigit ſervitutem.

773. Multa diruta per Hiſpanias Cænobia & templa reſtaurantur, & de novo exſtruuntur.

774. Moritur abſq; liberis fratricida Aurelius Rex Aſturum & Legionis, cui Silo ſororis maritus ſuccedit, qui mox S. Joannis de Pravia Monaſterium conſtruit.

776. Silo Rex Religioſiſſimus Regno mirè conſulit, totus vires Divinas propenſus.

778. Carolus Magnus plura per Cataloniam Monaſteria condit & liberaliter dotat.

779 Silo Rex Galleciam rebellantem armis compeſcit, & ad obſequium redigit.

780. Silonis quieto animo in licentiam effuſi Sarraceni latius graſſantur, quibuſcum ille minus digne paciſcitur.

781. S. Mariæ de Obona celeberrimum Cænobium

A. C.

bium in *R*egno Aſturicenſi fundatur.

783. Silo Rex optimus, multis præclarè geſtis moritur, & Oveti ſepelitur. Odoſinda *R*egina cucullum rejecto diademate amplectitur, quam *M*aria filia paulo poſt imitatur.

785. Azon & Zatus Saraceni Barcinonenſes in Hiſpania Reges in Aquitaniam ſeſe effundunt, terrore omnia miſcent.

786. Ludovicus Aquitaniæ Rex magno cum exercitu hoſtes adgreditur, & in Hiſpanias progreſſus Oſcam, Barcinonem aliasque urbes expugnat, & Zathura Regem captivum abducit.

787. Caſtiſſime imperat Alphonſus Rex magno omnium conſenſu poſt Silonem electus, cui tamen Mauregatus nothus inſidias ſtruere non deſinit.

788. Alphonſus *R*ex magno exercitu infeſtos ſibi Saracenos ope Francorum profligat cæſis ſexaginta millibus.

789. Mauregatus Alphonſi primi ex pellice filius *R*egium titulum aliquamdiu uſurpans abſque hærede moritur cui Veremundus Vimarani filius, â nonnullis ſubrogatur.

790. Elipandus Toletanus Archiepiſcopus nequiſſimus, pro virili Neſtorianiſmum in Hiſpanijs propagat, â diverſis Concilijs damnatus, & â S. Ætherio Oxomenſi Epiſcopo refutatus.

791. Veremundus Rex, quod ſacris aliquando imitatus fuiſſet cordi habens, liberè ſuo in *R*egnum juri renunciat, & cucullum ample-

A. C.

amplexus Alphonſo quietiſſimam relinquit provinciam.

793. Alphonſus quietem nactus varias Eccleſias extruit,& Cathedrales Ovetenſem & Aſturicenſem fundat.

794. Bernardus Carpij Comes, ab Alphonſo pro filio educatur,ejus ſororis Ximenæ ex illicito concubitu filius, qui poſtea cum Rege res magnas geſſit.

796. Sub hoc ferè tempus ſceleſtiſſimi Archiepiſcopi Toletani Elipandi, nulla fit amplius mentio ipſo vel mortuo,vel in exilium ejecto.

797. Alphonſus *R*ex per Legatum Comitijs Aquiſgrani celebratis, Carolum Magnum interpellat pro auxilio contra fratrem Zati Saracenorum *R*egis in fratrem & ſe injurij.

798. Ope Caroli Alphonſus Rex in Saracenos movet,cæſisq; centum ferè millibus Uliſippona & pleriſq; Luſitaniæ urbibus, ac præda immenſa potitur.

799. Ingentes theſauros partim Carolo dono mittit Rex Alphonſus, partim in Cænobia & Eccleſias diſtribuit.

800. S. Jacobo Apoſtolo ex memoratis ſpolijs Regio ſplendore, Compoſtellæ Baſilicam molitur.

802. *R*ecuperatas nuper Urbes inſigniter communit reique Catholicæ plurimum conſulit.

804. S. Pelagij de Oviedo Virginum Cænobium ſtruitur, in quo paulo poſt multæ regij generis Virgines Numini ſe devovent.

Abſo-

A. C.

805. Abſoluta incredibili acceleratione, & operarum frequentia Compoſtellana S. Jacobi Baſilica, præſente Rege & Principibus à Turpino Epiſcopo ſolemniter conſecratur.

806. Ludovicus Caroli Magni filius, in Saracenos profectus Navarra eoſdem ejicit ac dein Pampilonam expugnat.

807. Alphonſus Rex in Ordinem Divi Benedicti propenſiſſimus. Multa ſtruit Cœnobia, multa reſtaurat & auget.

809. Aureolo Oſcæ Com. in Hiſpan. mortuo, Saraceni Comitat. invadunt, ſimulq; plures nobiles urbes, multis millibus cæſis occupant, iterum ſubſidio adeſt Rex Ludov.

810. Recipit nonnullas Urbes Ludov. Dertuſam diu, ſed fruſtra obſidet. Moritur Abuletius Saracenorum in Hiſpania Rex, inde de ſucceſſione diu depugnatum.

811. Amurazius Cæſarauguſta expugnata, æmulum Regno ejicit, & in fautores ejuſdem ſævit.

812. Hoc anno idem veritus ne Regno denuo ejiceretur, Ludovici Regis amicitiam ambit, & fœdere jungitur.

813. Sarraceni dum Alphonſum Regem nimium infeſtant, hic implorata Cæſaris ope, Bernardo ejus filio, cum hærede careret, Regnum offert, ſed paciſci cum hoſte coactus, ægrè ferentes Gallos & omnia vaſtantes, ope Saracenorum Regno ejicit.

815. Celeberrimum illud in Hiſpania Monaſt. S. Mariæ Regalis de Yrache conditur, & Abbas Rector Univerſ. perpetuus declaratur.

Iterum

A. C.

816. Iterum omnia turbant in Hiſpanijs Saraceni multa millia Chriſtianorum mactant, quos tamen Alphonſus Rex miſſo Bernardo Duce egregiè ulciſcitur.

817. Multa loca recipit Rex Alphonſus; & varijs conflictibus Sarracenos reprimit.

819. Alphonſo Regi ultimum hunc fuiſſe annum multi contendunt, plures diutius vixiſſe demonſtrant.

820. Hiſpanias in tanta rerum confuſione mirificè illuſtrat, & demeretur S. Froilanus ex Abbate *M*orervolæ Epiſc. Legionenſ. vir maximus ſanctitate, alij volunt 870.

822. Nec minore ſanctitate Hiſpaniæ conſulit S. Veremundus Abbas, ad quem plurimus fit mortalium concurſus.

824. *M*oritur Alphonſus Rex Aſturum & Legionis, multis magniſque prælijs clariſſimus, ſuccedente Ranimino ſive Reymiro, Veremundi filio.

825. Nepotianus Palatij Comes dum collectitio milite *R*egnum invadit, à *R*animiro ſtatim oppreſſus, captus & exoculatus eſt. Ipſo anno moritur S. Froilanus Epiſcop.

826. Voraca Regina Ranimiri conjux Eccleſias SS. Jacobi & Salvatoris liberaliſſimè dotat & locupletat.

828. Normannis magna claſſe Gallæciæ littora infeſtantibus Ranimirus occurrit, & ſeptuaginta captis merſisq; navibus in fugam convertit.

829. Alderedi & Pincoli Comitum Palatij conjuratione penè oppreſſus Ranimir⁹, ſeditioſis domitis Regno inſigniter conſulit.

Vita

A. C.

831. Vita defungitur Ranimirus rex, ſepultus Oveti, ſuccedente in regnum Ordonio filio.

832. Ordonius gravi bello â Saracenis tentatus, equitum 12. millia, infinitam penè multitudinem peditum profligat.

833. Victoriam proſequutus plurimas urbes expugnat & regno ſuo adjicit.

834. Idem rex Vaſcones rebelles armis cogit & ad obſequium redigit.

835. Ordonius rex Cauriam & Salmanticam expugnat captis eorum regulis atque occiſis. Inventum eodem anno corpus S. Jacobi, cui inſervire Monachi Cænobij Martiniani juſſi ſunt.

836. Proſequitur victorias Ordonius, & infinitam quaſi Saracenorum multitudinem diverſis locis gladio conficit.

838. Lupus Muzæ Saraceni reguli filius, Toleto olim præfectus in clientelam Ordonij concedens fidelem & inſignem eidem contra gentiles ſuos navat operam.

839. religioni inſigniter conſulit Ordonius. Fundantur & reſtaurantur per regnum plurima Cænobia.

841. Oveti podagra moritur, relicto magno ſui deſiderio rex Ordonius, cui ſuccedit Alphonſus filius Magni nomen poſtea indeptus.

842. Domeſtica ſeditione vexatur Alphonſus rex, quam magno animo, nec minore prudentia componit.

843. Nordmannis ad fines uſque Hiſpaniarum omnia infeſtantibus, Alphonſus rex vigilan-

A. C.

gilantia & magnanimitate maximis, Regnum tuetur.

845. Inquietiores Mauri diverſas Hiſpaniarum provincias invadunt, plurimi Chriſtiani * Martyrio coronantur.

846. Strenuè obnititur Sarracenis Alphonſus Rex, illis tanto acrius in Chriſtianos ſævientibus.

849. Saracenos Toletum oppugnaturos fortiter avertit,& glorioſè retundit Rex Alphonſus.

850. Plures diverſis locis pro Chriſti fide crudeliter â Mauris excarnificantur.

851. Plurium hoc anno Martyrium deſcribit Cordubæ paſſorum S. Eulogius oculatus teſtis, quos inter S Iſaac Exceptoris aliquandiu functus officio dein Monaſticen profeſſus.

852. Ennicus Ariſta è Gotthorum ſanguine,fundat hoc anno Regna Aragoniæ & Navarræ.

853. SS.Gumeſindus,Servioleus,Chriſtophorus Leovigildus,pluresque alij apud Cordubam patiuntur.

854. Janfredus ſuperioribus annis â Ludovico Pio Imp. Barcinonenſis limitis Gubernator conſtitutus, rem fortiter agit contra Saracenos. Iterum plures Martyrium ſubiere.

855. Conimbricam, vulgo Coimbram ſub hoc tempus â Saracenis obſeſſam liberat Rex Alphonſus. S. Petrus Monachus Converſioni gentium intentus Apoſtolatum ſanguine ſacrat.

Inter

A. C.

856. Inter Martyres præ cæteris illuſtres hoc anno in oculis Regis Cordubæ certamen ſubeunt SS Elias, Paulus Iſidorus, Argimirus Monachi, S. Aurea Virgo monialis.

858. Alphonſus eo redigit Toletanos Barbaros, ut magno auro trium annorum inducias emerent.

859. Claret S. Eulogius ex Abbate Archiepiſcopus, illuſtriſſimus denique Martyr, multorum aliquamdiu ſolatio reſervatus, qui & certamina Martyrum deſcripſit.

861. Ennicus cognomento Ariſta Gotthorum è ſanguine multis triumphis celeber, qui Regna Aragonum & Navarræ Mauris eripuerat moritur.

863. Monaſteria S Felicis de Auca, B M. V. de Puerto & SS. Petri & Pauli de Trubia conduntur.

866. Fortiter agit contra Mauros Garzias Ennicus Rex Arragonum & Navarræ, poſt parentem Ennicum imperans.

867. Alphonſus Rex ſubinde nactus otium Monaſteria & Baſilicas molitur, & benè de re Catholica meretur.

869. Idem Sublanciam ac Ceiam contra excurſiones Barbarorum egregiè communit.

871. RegaleMonaſteriumSaguntinum â barbaris vaſtatum ſplendidè reſtauratur.

873. Alphonſus Rex â proprijs filijs indignè exagitatur.

874. Idem S. Jacobi Baſilicam quadrato ſtruens lapide & marmoreis columnis inſtruens plurimum locupletat.

Jan-

A. C.

875. Janfredus Senior Comes Barcinonenſis Maurorum terror, poſt multa præclarè geſta moritur.

878. Iterum à filio Garſia minus reverenter habitus Rex Alphonſus ipſum carceri includit.

880. Janfredus Junior cognomento Piloſus, patri in Gubernatione limitis Barcinonenſis ſuccedens, ſtrenue contra Saracenos agit.

882. Secundis aliquot in Saracenos expeditionibus eoſdem intra limites continet *Rex* Alphonſus.

885. Idem cum Garſia filio reconciliatur, eumdem graviſſimis negotijs adhibet.

886. Eidem Garſiæ regnum cedit, & ad S. Jacobi peregrinatum ſecedens, multa in Eccleſiam illam, & diverſa Monaſteria Regali munificentia elargitur.

887. Hoc deniq; anno Zamoræ Sexagenarius vita defungitur Alphonſus Aſturum & Legionis *Rex*, ob inſignes virtutes & victorias cognomentum *Magni* aſſequutus.

888. Feliciſſimus ille Mons Serratus, inæſtimabilem illum Imaginis *Marianæ* theſaurum Hiſpanijs totique mundo parturit ſive prodit.

889. Garſias Legionis Rex contra Arabes movens, inſignem ex ijſdem triumphum reportat, Ayala illorum Rege capto, qui tamen non multo poſt cuſtodum incuria effugit.

890. Supremus hic annus Garſiæ Legionis & Aſturum Regi fuit, Zamoræ mortuo, Oveti

A. C.

toris de Lorvela Cænobium conditur.

901. Fortunius verè fortunatus Vaſconum & Navarræ Rex ſponte regnum abdicans in Leirenſi CænobioMonachum profitetur.

902. Fundatur Monaſterium S. Vincentij deMonſorte.

904. Alphonſus IV. Legionis & Aſturum Rex abdicato à ſe Regno, in Monaſterio S. Facundi cucullum amplectitur.

905. Reſtauratur denuo Regale Cænobium Saguntinum, quod aliquoties hoſtium furor everterat.

906. Ranimirus II. Legionis & Aſturum Rex poſt Alphonſum fratrem, Madritum Mauris eripit, & muris nudans, cum magnis theſauris & captivorum numero revertitur.

908. Inſigne Cænobium S. Stephani de Rivas del. Sil. in Galetia conditur in quo multi Pontifices egregij abjecta thiamaNumini ſe devoverunt.

909. Dum in Gallia atque Italia quamplurima ſacra loca à barbaris evertuntur in Hiſpanijs conſurgunt S. Salvatoris de Cinis, S. Mariæ de Ferreyra & alia fidelium eximia pietate condita.

911. Fundatur S. Petri de Eslonca Regni Legionenſis facile princeps, item SS. Adriani & Nataliæ Cænobium in eodem Regno.

912. Janfredus Iunior cognomento Piloſus moritur, qui provinciam Barcinonenſem ſtrenuè contra barbaros tutatus fuerat.

914. Ranimirus RexLegionis opeFernandiGundiſalvi Caſtellæ Comitis Arabum copias

A. C.

prope Oxomam fudit ac fugavit.

916. Illuſtriſſimum turbatiſſimo tempore Hiſpaniarum lumen S. Gennadius Aſtorgenſis ex Abbate S. Petri de Montibus Epiſcopus extinguitur, cum diu contra Hæreſes ſtrenue deſudaſſet.

918. Ranimirus Rex multa diverſis locis Monaſteria ædificans de Cathedralibus alijſq; Eccleſijs præclare meretur.

919. Sancius cognomento Abarca Aragoniæ & Navarræ Rex bello clariſſimus, Mauros Cantabriæ & Pireneorum finibus potenter exturbat.

920. Albanenſe Cænobium conditur, vulgo Albeldenſe, cujus dein Abbates Epiſcopali munere & honore ſublimati ſunt.

921. Gunierus Comes Barcinonenſis & Urgellenſis, cum fratribus Mirone & Janfredo ſubinde rem fortiter gerit, & Mauros exagitat.

922. Inſigne Monaſterium B. M. V. de Sobrado in Galicia fundatur.

923. Ranimirus II. Rex Legionis Talebriçam Regni Toletani obſidet, congreſſusque cum exercitu ſubdiario, Maurorum ad 12 millia obtruncat, ſeptem inſuper millibus captis.

924. Idem Rex, multa Monaſterijs & Eccleſijs legans, vita excedit ſepultus Legione, ſuccedente in Regnum Ordonio filio.

925. Sancius Rex Aragonum ſub hoc ferè tempus Najaram expugnat & graviter Mauros vexat.

927. Idem Sancius poſt multa fortiſſima geſta mor-

A. C.

mortalibus eximitur, ſuccedente Garcia filio. Ordonius III. *R*ex LegionisRegnũ adverſus fratrem Sancium ſtrenuè tuetur.

928. Idem Gallicos, prope Vliſipponam congreſſus, acriter perdomuit, & in fugam compulit

929. Moritur OrdoniusZamoræ indeLegionem translatus, & ad S.Salvatoris ſepultus invadente Regnum Ordonio IV.

930. Vix deguſtavit Regni delicias Ordonius re & cognomine malus cum illo & vita exuitur à Sancio Ordonij III. fratre, qui cum fratri inſidias ſtruxerit, multo minus ferebat patruelem.

932. Sancius ſive Sanctius Rex cognomento craſſus, ſatis quiete & pacificè præfuit, pace cum Mauris eorumque Rege Abderamene inita.

933. Joanne Toletano Archiepiſcopo miſerè extincto, ob tyrannidem Maurorum centum quinquaginta annorum interſtitium conſequutum eſt, cum nullus porro Epiſcopus legeretur.

934. Memorat hoc anno triumphum de Saracenis memorabilem Ant. de Jepes, cum invocatus à Chriſtianorum exercitu S. Æmilianus Abbas, viſus cælo deſcendere cæſis 80. mill:bus Saracenorum.

935. S. Roſendus ſive Rudeſindus è *M*onacho Dumienſis Epiſcopus turbulentiſſima Hiſpaniarum tempora mirificè illuſtrat.

A. C.

um nemo animoſius excipit Garſia Aragonum Rege, qui omnes illorum conatus potenter exſufflat, multisque cladibus ipſos frangit.

951. Multa paſſim Monaſteria fundantur, ſive reſtaurantur, S. Prudentij S. Martini de Caſtanneda aliaque.

953. Mulieres regnatrices cum puero graviter offendunt Comites Gallæciæ, qui impatientes injuriæ bellis civilibus cauſam præbent, & in ſupremum diſcrimen Regna adducunt.

954. Iidem Comites Veremundum Ranimiri patruelem, Ordonij tertij filium ad coronam vocant, puero Regi coronam & ſceptrum eripere conati.

955. Animoſior quam ferebat ætas Ranimirus 15. annos jam natus invadenti Regnum Veremundo occurrit, acriterque etſi æquo Marte congreſſus, adeo tamen terruit ut fugeret.

956. Veremundus poſt unicum conflictum, iram pueri & mulierum metuens ad Almanzorem Arabum Regem ſe recipit, Ranimiro deinceps ſatis feliciter arma tractante.

959. Janfredus Urgellenſis Comes multa ſubinde Mauris faceſſit negotia, & nunc fortiter repellit, nunc ultro congreditur.

962. Garſias Tremulus Rex Aragonum & Navarræ multo Catholicorum luctu moritur.

964. Plurima paſſim in Hiſpanijs ſtruuntur Cænobia S. Stephani de Ribas, S. Vincentij de

A. C.

de Pombeyo, in urbe Legionenſi S. Joannis. & S. Petri.

969. Ranimirus III. Aſturum & Legionis Rex immaturè decedit anno ætatis 25. abſque liberis defunctus.

970. Veremundus ante decennium ad Arabes profugus ad Regnum expetitur, paulo poſt omnibus inviſus & odioſus.

973. Admiranda vitæ ſanctitate Hiſpanias percellit Sanctus Comes Oſorius Gutierrez fundator S. Salvatoris de Lorencana & ibidem Monaſticen profeſſus

975. Delatoribus nimis faciles præbens aures Rex Veremundus Regnum haud leviter turbat. Duabus præterea ſuis ſororibus inceſto concubitu ſe miſcuiſſe ſcribitur.

977. Nunc primum nonnulli S. Rudeſindum Epiſcopum obijſſe contendunt. Claret eximia ſanctitate S. Senorina Abbatiſſa.

978. Fundantur, Monaſteria S. Petri de Beſalu, B. M. V. de Serratex. & Monialium periluſtre de Covarruvias.

979. Infandum! Veremundus Rex nunc denique repudiata legitima conjuge Velasquita, Eluiram filiam adulterino connubio ſibi ſociaſſe memoratur.

981. Euchitur ad Compoſtellanæ Cathedræ ſublitatem S. Petrus Monſorius Abbas Monaſterij Ante-Altaria, qui magnis deinceps meritis Regnum demeretur.

982. Moritur miſer & Podegricus in oppido Beriza Veremundus II. Rex Aſturū & Legionis,

cui

A. C.

cui ſucceſſit filius Alphonſus V.

985. Sancius cognomento Major Rex Aragonum & NavarræPrinceps generoſiſſimus varias ex Mauris refert victorias.

988. Idem Toleti Regem armis aggreſſus, per Regnum latè graſſatur, multaque hoſtium millia contrucidat.

990. Sanctæ Mariæ de Carracedo illuſtriſſimum Monaſterium fundatur.

993. Moritur Borellus Barchinonenſis & Urgelenſis Comes, qui multas ſæpius deSaracenis victorias retulit.

996. Sancius Rex Aragonum Cordubæ Regem armis perſequitur, ipſamque Regiam Urbem Cordubam obſidens expugnat,

998. Raymundus Borellus Barchinonenſis Comes patris exempla imitatus contra Sarracenos multa molitur & feliciter exequitur.

1000. Alphonſus V. fœdiſſimo natus adulterio, Aſturum & Legionis Rex Taraſiam ſororem deprecantem ac renitentẽ Abdalæ Toletanorum Regi Sarraceno jungit, quæ ab ipſo relicta fit monialis.

1003. Iterum Toletanos aggreditur Sancius Major, & quaqua verſum ſtrages frequentes edit.

1007. In evincendis Maurorum animis & adChriſtiana ſacra traducendis, plurimum allaborant diverſiCænobiorum Antiſtites, & ex his aſſumpti ad cathedras Epiſcopales.

1010. Sancius Major Toleto potitus, magnos in

A C.

nandus Aragonum Rex ejus ſororibus, cum de Regnorum finibus acriter contenderent.

1023. Inter illuſtriores Hiſpaniarum viros haud minimum eminent Sanctius Pampilonenſis & Sampirus Aſturicenſis ex Monachis abſolutiſſimis perfectiſſimi Epiſcopi.

1024. Chriſtina Veremundi Regis filia inſigne S. Salvatoris de Corneliana fundat Monaſterium.

1025. Exardeſcit in grave bellum contentio de finibus affinum Regum, cæſoque in pugna Veremundo ad Carrionem fluvium, Ferdinandus non finibus ſolum ſedet Regnis illius plenè potitur.

1028. Ferdinandum deinceps afflixit ſæpius Garſias frater, Navarræ Rex, & de hæreditate contendit, quem tamen ille ſemper feliciter repreſſit.

1030. Berengarius Barcinone Comes haud minus patre & ſuis majoribus nomen herois tuetur, & Mauris acriter reſiſtit.

1032. Plura per Hiſpanias Cænobia conduntur S. Joannis de Corias S. Salvatoris de Chanta da, aliaq; de quibus Jepeſius.

1035. Supremus hic annus Berengario fuit Barcinonenſi Comiti cui filius *R*aymundus Berengarius ſucceſſit.

1038. Ferdinandus Rex opera inprimis *R*oderici Vivarij cognomento Cydi Herois inviĉtiſſimi Mauros egregiè excogitat, multasque urbes & oppida expugnat.

1039. Multi & egregij ex Monaſtico Ordine viri

A. C.

in Hiſpanijs celebrantur Garſias Arragonenſis, Froillanus & Arrianus de Oviedo, Cyprianus Legionenſis alijque lectiſſimi Pontifices.

1041. Plura iterum per Hiſpanias Cœnobia ædificantur.

1044. Raymundus Berengarius latè fines propagat, Gerundenſem Comitatum multaq; alia Mauris eripiens.

1047. Inſigne Cænobium S. Zoili exædificatur; radijs Sanctitatis Hiſpanias illuſtrat S. Felix de Carrion Monachus Alcalenſis.

1050. Concilium Coyacenſe, in Diœceſi Ovetenſi celebratur pro reformandis Eccleſiæ moribus, agente maxima Ferdinando Rege & Sancia Regina.

1052. Fundatur S. Mariæ la Real. in civitate Najara, cujus ſplendor à Jepeſio prolixe deſcribitur.

1054. Ferdinandus Rex fines Regnorum cæteroquin amplos, amplius producit, multasq; è Sarracenis refert victorias, inde cognomentum magni ſortitus.

1056. Celebratur Concilium Compoſtellanum ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtaurandam, præſidente Creſconio Archiep. Compoſt.

1057. Unifredus Tancredi Ducis Normanniæ filius Rex Siciliæ moritur.

1058. Mortuo Sancio Sobrarborum Rege cum Vaſcones Ranimiro Navarræ Regis tutelæ ſe committerent, hic à Ferdinando Rege fratre per inſidias obtruncatur. Cathedralem Barcinone Eccleſiam fundat, Raymundus Berengarius loci Princeps.

Con-

A. C.

1060. Concilium Jaccitanum novem Epiſcoporum celebratur præſidente eidem Auſtindo Archiepiſcopo Auxitano.

1062. Fundatur S Joannis de Penna, ex quo plerique Aragoniæ Epiſcopi poſtulati. Eodem Anno Concilium Arragonenſe apud S. Joannem Rupenſem celebratur quo id ipſum ſancitum eſt, ne aliunde niſi ex prædicto Cænobio Regni Arragonum Epiſcopi aſſumerentur.

1063. Sanctitatis ſplendoribus Hiſpanias illuſtrant SS. Alvitus Legionenſis, S Ordonius Aſturicenſis Epiſcopi, & Dominicus de Silos & Garſias de Arlanza Abbates, omnes Ordinis S. P. Benedicti.

1064. Concilium Barcinonenſe celebratur in quo Leges Gotthicæ abrogatæ ſunt, & Cadalous Pſeudopapa damnatus.

1065. Ferdinandus Magnus Rex Legionis Caſtellæ & Aragonum cum potiorem Luſitaniæ partem Regnis adjeciſſet moritur, Legione ad S Iſidori inhumatur.

1066. Sancius Ferdinandi major filius, cum ex Teſtamento patris Caſtellæ Regnum ipſi obtingeret, diviſionis impatiens cum fratribus graviter colliditur.

1067. Idem fratrem ſuum Garſiam Gallæciæ & Portugalliæ Regem opprimit & vita cum Regno exuit.

1608. Alphonſus Legionis & Aſturum Rex fratris Garſiæ cæde territus, Sancij crudelitatem expaveſcens, armis præterea & milite impar, ad Regem Mauroru Toletu profugit.

1070 Hiſpaniarum ornamentum æternum S. Enneco

A. C

contra Mauros ſuſcipit.

1072. Magna audentem mors indigna excipit, quam Berengarius Raymundus frater germanus intulit, cui Raymundus Berengarius tertius ſucceſſit.

1083. Expugnato longa obſidione Toleto, Alphonſo Legionis Capellæ & Acturum Rex, Archiepiſcopalem Cathedram 150. annis vacantem reſtituit, & S. Bernardum Abbatem SS Facundi & Primitivi Metropolitanum inſtituit, virum incomparabilium meritorum.

1085. Monaſterium S. Salvatoris de Pennafiel, S. Victoris de Marſella, S. Dominici de Silos aliaque plura exſtruuntur.

1088. Raymundus Berengarius III. Barcinonæ Princeps Mauros acriter perſequitur Majoricam inſulam iiſdem adimit.

1089. Sub hoc tempus Alphonſus Rex dum Saracenis è Carthagine omnia populantibus filium Sanctium cum 7. comitibus opponit, illum cum omni exercitu amittit.

1091. S. Joannis de Burgos conditur, cujus primus Abbas S. Adelelmus Regnum inſigniter demeretur.

1094. Sanctius Aragonum & Navarræ Rex in oppugnatione Oſcæ civitatis à Mauro quodam ſagitta ictus occubuit.

1095. Ulciſcitur egregiè mortem Sancij Patris Petrus fili⁹ & in Regnó ſucceſſor, qui Oſcam vi expugnat, & Almozabenum Regem prohibere conatum in fugam agit, capto Garcia Caſtellæ Regis fratre, qui Sarracenis

A. C.

cenis auxilio venerat,

1096. Compoſtellana Eccleſia ab Urbano II. Archiepiſcopali dignitate ornatur, eique primus Archiepiſcopus Dalmachius Monachus Cluniacenſis Cænobij imponitur, vir eo gradu digniſſimus.

1098. Raymundus Berengarius eo nomine III. Princeps Barninonenſis contra Saracenos feliciter Chriſtianum rem promovet, aliaque inter præclarè geſta, Majoricam inſulam expugnat & adimit.

1100. Admirandis & maximis meritis Hiſpanias demeretur Beatus Bernardus Toletanus Archiepiſcopus, vir verè Apoſtolicus, multorum converſione & miraculorum gloria illuſtriſſimus.

1103. Reimirum ſive Ranimirum Sancij Garciæ filium, ex Veteri Aragonum ſtirpe volunt nonnulli nomine tenus titulum Regis Navarræ uſurpaſſe, etſi filius dein reapſe obtinuerit.

1106. Moritur hoc anno, etſi nonnulli velint 1108. Alphonſus VI. Legionis & Caſtellæ Rex abſque maſculo hærede.

1107. Succedit in Alphonſi Legionenſe & Caſtellenſe Regnum, Alphonſus poſtea Rex Aragonum, ob Vracam conjugem demortui Regis filiam & hæredem, Henrico Lotharingo ob alteram filiam Tyraſiam ipſi nuptam, & res fortiter geſtas cedit Portugallia.

1108. Supremus hic annus eſt Petro Aragonum Regi, cui frater Alphonſus ſuccedit, Urracæ modo dictæ maritus trium Regnorum

rum

A. C.

rum nunc Dominus.

1110. In Portugalliæ Regno ampliando ſtrenue rem gerit Henricus Dux, & Regio titulo abſtinens, Regij animi memoranda edit facinora.

1112. Nec minus memoranda contra Saracenos agit Alphonſus Rex Legionis & Aragonũ, à multis & magnis victorijs celebrat⁹.

1115. Multa iterum præclarè gerit contra Mauros Raymundus Berengarius Barcinonæ Princeps ſæpius fugatis illis & profligatis.

1117. Cæſar auguſtam, Tuderam, Darocam, Bilbilim nunc Calataiud dictam Boriam, aliaſque urbes Sarracenis eripit, multis millibus trucidatis Rex Legionis & Aragonum Alphonſus.

1118. Inſignia rurſum edit facinora Raymundus Berengarius eo nomine tertius, eo denique Dertoſæ, Ilerdæ & Valentiæ Reges redigit, ut ipſi tributarij fierent, & magnam vim auri & argenti penderent.

1120. S. Joannis de Tarouca celeberrimum in Portugallia Cænobium fundatur. Splendoribus ſanctitatis idem Regnum mirificè illuſtrat S. Joannes Cyrita Monachus.

1121. Alphonſus ex ſubinde ab armis nactus otium, ad gravia prolapſus ſcelera, multas nihilominus Urbes condit, Soriam, Almazanum, Berlangam &c. æterna nominis ſui monimenta.

1124. Cluniacenſium Aſcetarum lectiſſimas colonias in Hiſpanias magno cum fructu

Regno-

A. C.

1140. Berinſigne illud Monaſterium D. M. Virg. de Fitero in Regno Navarræ conditur.

1143. Monaſterium S. Petri de la Eſpina à Sancia ſorore Alphonſi Regis fundatur & ſplendide ornatur.

1144. Henricus Dux Portugalliæ primus Alphonſi Regis parens moritur, etiam â morte ob præclarè geſta immortalis. Monaſterium B. M. V. de Valbuena, & B. M. V. Hortenſe conſtruuntur.

1146. Raymundus Berengarius IV. Petronella filia unica Ranimiri Regis ducta Regno potitus Arragoniæ mirifica in Saracenos audet. Ranimirus cum Regno præclare conſuluiſſet, ad Monaſterium regreditur, & vitam Religioſiſſime traducit.

1148. Raymundus nunc dictus inſigni felicitate Sarracenos triumphat pridie Cal. Januar. Dertoſam urbem munitiſſimam expugnat.

1149. Idem Generoſiſſimus heros Ilerdam & Fragam, victis atque deciſis earum Regibus occupat.

1150. Creatur Turiaſonenſis Epiſcopus Berengarius Raymundi ejuſdem filius, Monachus & Abbas Montaragonis.

1153. Moritur Mellifluus Doctor S. Bernardus Abbas Clarævallenſis de Regnis Hiſpaniarum longe meritiſſimus, de Alphonſo inprimis Portugalliæ Rege, cui multa beneficia contulit, & mira prædixit.

1154 Raymundus Berengarius Aragonum Rex Barcionenſi Principatu & Arragoniæ finibus Mauros omnino exterminat.

A. C.

niarum in diverſa Regna & provincias emittunt, innumeroſque Chriſto lucrantur, Sacræ Divi Benedicti Congregationes Cluniacenſis & Ciſtercienſis.

1167. Alphonſus eo nomine ſecundus Aragonum Rex, patri Berengario non tam in Regno quam virtutibus ſuccedens, multa præclara feliciter contra Sarracenos ſuſcipit.

1170. Berengarius Alphonſi Regis modo dicti frater ex Abbate Montarogonis, Turiaſonenſis Epiſcopus, nunc Ilerdenſi Cathedræ imponitur.

1173. Alphonſus I. Portugalliæ Rex Religioſiſſimus, Abrahami in DEUM confidentia, parva ſubinde militum manu, magnos hoſtium aggreditur exercitus, & facilè poterit.

1175. Alter Alphonſus Arragonorum Rex non minus ſedulus in profligandis Chriſtianæ fidei hoſtibus, regno & patriæ multis modis conſulit.

1178. Ferdinandus Legionis Rex, gravis ſuis non minus quam exteris Alphonſum etſi ſocerum Portugalliæ Regem gravibus tamen moleſtijs afficit, bello denique captum, non multo poſt certis conditionibus dimittit.

1180. Alphonſus II. Rex Aragonum Turolium civitatem & Ruſſilionem (Perpinianum hodie vocant) reſtaurat, & contra Sarracenorum incurſiones communit.

1183. Alphonſus eo nomine octavus Caſtellæ Rex patris vindicaturus necē adverſus Arabes movet,

A. C.

Cæſar auguſtæ ab Archiepiſcopo Tarroconenſi conſecrentur.

1200. Magnum illud Prædicatorij Ordinis Sydus S. Dominicus de Guſman Hiſpanias & orbem fama ſanctitatis implet & reſuſcitat.

1203. Sanctius Rex Portugalliæ Mauris multas clades infert, aliaque inter loca Sylvam nobilem civitatem expugnat.

1207. Moritur B. Didacus Oxomenſis è Monacho Epiſcopus, Hæreticorum malleus, incredibiles pro Eccleſia DEI labores perpeſſus, idem Ordinis Dominicani promotor præcipuus.

1210. Ad præmia æternitatis tranſit, S. Martinus è Monacho Seguntinus Epiſcopus, cujus precibus memorabiles è Sarracenis ab Alphonſo Rege alijſque Ducibus triumphi relati ſunt.

1211. Sanctius Portugalliæ Rex poſt multa fortiter &glorioſe geſta, multa loca recepta fundata & munita, vita defungitur.

1213. Petrus II. Arragonum Rex contra Simonem Montfortium in Gallia pugnans, jam victor fugientes inſequitur, longius à ſuis progreſſus ab hoſtibus circumvenitur & occiditur.

1214. Vitam mortalem deſerit Alphonſus IIX. cognomento Bonus multis victorijs adverſus Saracenos glorioſiſſimus, quorum uno quandoq; prælio ducenta millia mactavit, ſuccedit Henricus filius.

1215. Rodericus Ximenius Archiepiſc. Toletanus celebratur, qui cum Concilio Lateranenſi inter-

A. C.

interesset, pro concione omnibus penè linguis, dixit.

1216. Incredibili totius Regni luctu Henricus I. Caſtellæ Rex, Palentiæ inter lubendum, ictu tegula è tecto labentis repente extinguitur. Eodem anno Alphonſus IX. Legionis, ac dein Caſtellæ paucis menſibus poſt Henrici nunc primum memorati obitum Rex vitâ excedit.

1218. Jacobus Aragonum Rex ad magna natus magnis animo & viribus Mauros aggreſſus, multa millia trucidavit, ab egregijs dein facinoribus & ſucceſſu felici, Fortunatus dictus.

1221. Magnum revera Hiſpaniarum totiusque Eccleſiæ ſydus Sanctus Dominicus, novi Ordinis inſtitutor ſanctiſſimus extinguitur.

1223. Alphonſus II. Rex Luſitaniæ, rebus geſtis clariſſimus, Alchazare cum alijs caſtris occupato, mortalibus valedicit, ſuccedente Sancio filio & annos 26. imperante.

1227. Ferdinandus III. Legionis & Caſtellæ Rex, omnium quotquot ante ipſum fuêre Hiſpaniæ Regum feliciſſimus & potentiſſimus, totum ſe convertit ad excidium Sarracenorum.

1229. Jacobus Arragonum Rex *Majoricam* Metropolim Balearium inſigni fortuna expugnat, & mox tota inſula potitur.

1230. Ordo Monteſiæ Equitum ſub Regula Divi Benedicti, haud it. pr dem inſtitutus plurimum prodeſt Hiſpaniarum Regnis à tyrannide barbarorum liberandis.

Ferdi-

A. C.

1233. Ferdinandus Infans Portugalliæ Sancti Regis filius, rebus geſtis contra Galliæ Regem clariſſimus ante patrem moritur.

1235. Ferdinandus Caſtellæ & Legionis Rex Hiſpali ac Vandalia expugnatis, Maurorum terror eſt, & excidium.

1231. Jacobus Rex Aragonum, memorabili felicitate Valentiæ atque Murciæ Regnis, profligato hoſtium exercitu potitur.

1240. Berengaria filia Ferdinandi Caſtellæ Legionis Regis ſtupente Regno, abjecta purpura Ordinem Divi Benedicti in Monaſterio Olgis profitetur.

1243. Moritur S. Bernardus Vicenſis ex monacho SS. Crucium Epiſcopus feliciſſimus Maurorum triumphator, quos omnes è Regno Valentiæ profligavit, triumphum inſigni prodigio commendante cum ad ejus reditum omnes urbis campanæ ſponte conſonarent.

1245. Moritur Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, primus Caſtellæ Cancellarius, qui Hiſpaniæ Hiſtoriam latinè ſcripſit.

1247 Floret mirifice in Hiſpaniis Monaſterium B. M. V. Hortenſe, qui nuper mortuus Beatæ memoriæ Franciſcus Ximenius ſuam Bibliothecam legavit, & cum Monachis ibidem ſepeliri voluit.

1249. Regno & vitæ mortali valedicit Sanctius II. Rex Portugalliæ, ſub cujus imperio Chriſtianis Jurmenia, Helvis, Serpia & multa alia caſtra, acceſſere.

A. C.

Orbis Hiſtoriam, quam Hiſpani vocant Generalem.

1266. Inſignis Eccleſiæ Catholicæ columna Joannes de Toleto ex Monacho S. R E. Cardinalis claret, â maximis meritis celebratus.

1267. Ordinum Equeſtrium de Calatrava, Alcantara, Avis, Monteſia &c. incomparabilia merita, infidelium innumera penè multitudine ab iiſdem cæſa & profligata.

1268. Extrema tentantes Mauri, dum undiq; perurgerentur dum Alphonſi X. tanquam litteris occupatioris, regna impunè pervadere intendunt, ab eodem grandi cum cæde repelluntur.

1270. Idem Alphonſus Matheſeos præcipuus reſtitutor, numerorum & cæli motuum ſcientiam, è tenebris revocat.

1272. Idem diffidens Germanorum in ſe affectui, ſponte Kal. Octobr. Romano & Germaniæ Imperio & Regno renunciat.

1275. Sanctius Jacobi Aragon. Regis filius dum contra Sarracenos fortiter agit, & licet Archiepiſcop. Toletanus prælia Domini pugnat glorioſè occumbit.

1276. Memorabili prorſus ſolidè converſi animi, & â caducis averſi argumento Jacobus Aragonum Rex glorioſiſſimus, Regno renunciat, & cucullum amplexꝰ poſt tot gentium victorias de ſeipſo triumphat, non multo poſt religioſiſſimè defunctus.

1277. Alphonſus X. Eximperator, magnis beneficijs & Imperatoria liberalitate Regnum non ſolum ſuum, ſed & exteros demere-

A. C.

tur, aliaque inter Bizantinum Imp. captum ab Ægypto Sulthano redimit.

1279 Alphonſus III. rex Portugalliæ, multis victorijs celeber mortalitatem exuit, cui Dionyſius filius ſuccedit.

1280. Petrus III. Aragoniæ & Valentiæ rex, idem per mortem ſoceri Manfredi Siciliæ rex, idem adverſus Carolum Andegavenſem ſtrenuè tuetur.

1284 Hiſpali ob rebellantes proceres ex animi dolore moritur Alphonſus X. Legionis & Caſtellæ rex, olim rom. Imp. & Germaniæ rex, cui ſufficitur filius Sanctius IV.

1285. Inſignem de Petro Aragonio, Siciliæ rege triumphum refert Philippus Francus.

1286. Petrus III. Aragoniæ, Valentiæ & Siciliæ rex, apud Villam Francam oppidum Comitatus Barcinonenſis, vita excedit ſuccedentibus in regno Aragoniæ & Valentiæ Alphonſo III. in regno Siciliæ Jacobo.

1289. Cum Mauris ſæpius feliciſſimè congreditur Sanctius IV. rex Legion. & Caſtellæ, quibus Tariſam, olim Carteiam dictam, multaque alia oppida & munitiones eripit.

1290. Alphonſus III. rex Arragonum cognomento Largus Jacobum patruum Gallicas partes adverſus fratrem germanum ſequutum Majoricarum Regno privavit, Minoricas Mauris eripuit.

1291. In componendis regum Galliæ & Hiſpaniæ diſcordijs plurimum laborat

Nico-

A. C.

Nicolaus I V. Pontifex Maximus.

1292. Alphonſus I I I. Arragonum Rex immaturè admodum anno ætatis 27. rebus geſtis jam celeber moritur, ſuccedente Jacobo fratre.

1293. Demeretur inſigniter S Franciſci Inſtitutum Sancia Sancij Portugalliæ Regis filia, Alphonſi ſoror, monialis Cellenſis, cujus opera præſtantiſſimus Ordo primum Regno introducitur.

1295. Sanctius I V. Legionis & Caſtellæ *Rex*, poſt ſuperatum Fezæ ſeu Feſſæ Regem Mahometum, vita defungitur, anno regni undecimo, cui Ferdinandus IV. filius novennis ſufficitur.

1297. Alphonſus de la Cerda, Ferdinandi Infantis filius nepos Alphonſi decimi, Ferdinandi pueri Regnum invadens, & titulum Regis uſurpans, opera Mariæ Reginæ viduæ, & prudentia repellitur.

1299. Iterum puero Regi inſidias ſtruant, Regno inhiant diverſi Reges Navarræ inprimis atque Arragoniæ, quibus omnibus per Legatos gnaviter Regina mater occurrit, & armis & conſilio.

1300. Dionyſius Portugalliæ Rex, magnificus admodum extitit, & liberalis in exteros, in ſubditos benevolus, felicia quoque tempora meruit, agricolas nervum Reipublicæ ſolitus appellare.

1302. In Mauros movent aliquoties & multoties feliciter eos atterunt Calatravæ, & Alcantaræ Equites, hiſce præeſt hoc

¶ D 2 tem-

A. C.

tempore F. Conſalvus Pereſius, Petri Fernandi Equiti Gallitij filius.

1306. Templarij Ordinis potentiſſimi Equites, ſive odio, ſive invidia, ſive ſpe magni ex illorum opibus proventus, apud Reges & Rom. Pontificem peſſimè traducuntur.

1308. Zeliam atque alia plura munitiſſima loca Sarracenis eripit & Regno ſuo adjicit Ferdinandus IV. Rex Legion: & Caſtellæ.

1309. Alphonſus Infans Arragoniæ, Regis Jacobi filius, bello clariſſimus, victorijs feliciſſimus, Sardiniam expugnatam patris imperio ſubjicit.

1310. Ferdinandus IV. Leg. & Caſt. Rex dum nobiles duos è familia Carvaial ſola perduellionis ſuſpicione, ex altiſſima turri præcipitari jubet, ab his ad DEI tribunal citatus, dicto die 30. vadimonij repente moritur.

1311. Memorabili & miſeranda inprimis ſtrage, Templariorum Ordo repente extinguitur multique inſontes per crudelia tormenta, cum odio multorum, tum ſpe prodendorum theſaurorum interimuntur.

1314. Gonſalvo Alcantaræ Ordinis ſupremo Magiſtro extincto, cum opibus aucti Equites, otio inſuper, Mauris majorem partem domitis torperent, peſſimá vitæ exempla pro optimis ſucceſſere.

1317. Recentior Monteſiæ Equitum Ordo, ferventior DEI potius quam ſua lucra quæſit,

A. C.

rit, ſub Magiſterio Jacobi Infantis Arragoniæ, cui cum deſponſata eſſet Leonora Alphonſi Caſtellæ Regis filia, eâ intacta relicta, nomen ſacræ huic militiæ dedit, & utiliſſimè præſuit.

1319. Dionyſius Rex Portugalliæ, ne in uſus prophanos Templariorum bona converterentur, Ordinem novum, Militum JESU Chriſti inſtituit, & egregijs legibus juxta Regulam S. Benedicti inſtruit.

1320. Huic Ordini adſcribi, cum adſcribi generoſiſſimi quique vellent, dum in illo rigor pene Carthuſianus ferveret, adeo deinceps idem opibus crevit, ut 389. Præfecturas ſeu Commendas numeraret.

1322. Concilium Sabinenſe apud Valliſoletum Palentinæ Diœceſeos locum celebratur, quo Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſulitur.

1324. Iterum aliud Concilium, Toleti celebratur, præſidente eidem Joanne Archiepiſcopo Toletano, Patriarcha Alexandrino Infante Aragonio Jacobi Regis filio.

1325. Moritur Dionyſius Rex Portugalliæ lectiſſimus 44. oppidorum cum conditor tum reſtaurator, cui Alphonſus IV. filius ſuccedit.

1326. Exemplo admirandæ Virtutis Regnum univerſum percellit, accenditque B. Maria Dionyſij Regis filia, monialis de Odivelas.

1327. Jacobus II. Aragonum & Siciliæ Rex Barcinone Vita & Regno excedit, cui Al-

A. C.

phonſus IV. cognomento Benignus ejuſdem filius ſufficitur.

1328. Sequitur fratrem Jacobum Fridericus Siciliæ Rex, quo cum aliquandiu Jacobus pro Regno acriter concertavit, cui Petrus filius apud Siculos ſuccedit.

1330. Eximie exſplendeſcit è cucullo Iſabella Caroli Valeſij deſignati Aragonum & Valentinorum Regis filia, monaſticem in Cænobio Fonteveralliorum profeſſa.

1333. Strenuè in Arragonia agunt Raymundus Berengarius Prætenſium, & Petrus Empuriarum Comites Jacobi Aragonum Regis filij, Alphonſi fratres, hoſtibus formidandi.

1336. Alphonſus IV. Arragonum Rex Barcinonæ extinguitur Petro filio ſceptra ſuſcipiente, quem nonnulli cognominarunt Cæremonioſum.

1339. Concilium Toleti congregatur ſub Ægidio Archiepiſcopo Toletano, pro reformandis Eccleſiæ moribus. Benedictus XII. Papa exercitum contra Reges Marochiorum & Granatæ mittit & miraculoſiſſima victoria ad 400000. hoſtium cædit & capit.

1340. Ferdinandum fratrem, Regno inſidiantem Petrus Arragonum Rex occidit, eique faventes ſecuri adjudicat.

1341. Alphonſus XI. Rex Leg. & Caſt. Granatæ Regem alioſque Mauros Principes magna clade profligat, & Alcalam recipit.

1342 Idem Gundiſalvum Martini ſummum Magi-
ſtrum

A. C.

ſtrum de Calatrava,&Joannem Alphonſi de Haro optime de ſe meritos, levi de cauſa inhumaniter occidit.

1343. Alphonſus I V. Luſitaniæ Rex contra Saracenos multis velitationibus feliciter pugnans, multa oppida & caſtra expugnat.

1344. Alphonſus X I. Legionis Rex in Arabas converſus poſt acerrimos conflictus & diuturnam obſidionem Algezinam expugnat.

1347. Iterum Concilium Toleti cogitur præſidente Ægidio Archiepiſcopo, contra Symoniam, & pro Eccleſiaſtica immunitate.

1348. Moritur ſub hoc tempus Frater Jacobus, Jacobi Arragon. Regis filius ſupremus Magiſter Ord. Monteſiæ, poſt egregia facinora in hoſtes fidei deſignata, multis multorum lachrymis deploratus.

1350. Alphonſus X I. Leg. & Caſt. Rex, in obſidione Caſtri Zibatar peſtilenti lue correptus extinguitur. Guilelmus de Agrifolio Monachus Cluniacenſis, renunciatur Archiepiſcopus Cæſaraugustanus.

1352. Petrus Legionis & Caſtellæ Rex inauguratus, non ea qua Nero modeſtia initia ſtatim Principatus, infami crudelitate corrumpit, & fratres ſuos Fridericum, Petrum, ac Didacum innocentes prorſus immaniter obtruncavit.

1353. Henricus Tranſtameræ Comes Petri fratris, crudelitatem fugiens cum reliquis fratribus Tellio & Sanctio ad Aragonum

A. C

Regem profugiens, illic de fratricida ple-
ctendo diu multumq; deliberavit.

1354. Petrus Legionis Rex omni fera crudelior
Biancam propriam conjugem Petri Bor-
bonij Ducis filiam, quod ſalutaria fortè
monuiſſet immaniter obtruncat

Iterum Toleti Concilium celebratur Præſi-
1355. denteBlaſio Archiepiſcopo, & Primate
Toletano. Lutetiam Pariſiorum capti-
vus abripitur Carolus RexNavarræ, dum
ad menſam ſecurus conſideret.

1357. Alphonſus IV. Luſitaniæ Rex vitæ mortali
& Regno valedicit, Princeps ſempiterna
laude digniſſimus, cui Petrus ſuccedit fi-
lius, ita ut tres jam Petri in Hiſpanijs, etſi
vita diſſimillimi imperarent. Ipſo anno
PetrusCrudelis, Petrum Aragonium gra-
vi bello petit, quod fratrem ejus Henri-
cum, quem ipſe mactatum cuperet, fo-
veret.

1358. Pergunt duo Petri Caſtellanus & Arrago-
nius acriter confligere, hoc non ſemel
triumphante, & Crudelem illum fortiter
retundente.

1359. Laborat plurimum, ſed fruſtra in reconci-
liandis Hiſp. Regibus Innocentius VI.
pergit furere Crudelis Petrus, nec parcit
furentem inſigniter contundere Cære-
monioſus, & in fugam agere.

1360. Petrus Crudelis Ruberum GranatæRegem,
exulem & hoſpitem ſola ſpe theſauro-
rum, humano Divinoq; Jure poſthabito
crudeliter mactat.

Semper

A. C.

1361. Semper crudelior Petrus dum PrincipesRegni aut ſecuri ſubjicit,aut in exilium pellit,accenſus in ſpem Regni Henricus frater , ipſum ope Arragonis & Gallorum Regno pellit, & Rex ſalutatur.

1362. Ope Anglorum Regnum recuperat Petrus pulſo fratre Henrico , ſuique nunquam diſſimilis in ſuſpectos ſibi fœdè graſſatur.

1363. Dum Henricus atque Arragonius in Crudelem accenſi , & hic ceu furijs actus in utrumque vim parat B. Urbanus V. Papa mira induſtria , magna precum contentione ipſos reconciliat.

1365. Petrus Rex Portugalliæ litium oſor, quietis publicæ promotor,Procuratores omnes, & Cauſidicos Regno exigit, ipſe patrem patriæ univerſis ſe exhibens , etſi acerrimum ſcelerum vindicem.

1366. Petrus Arragonius in Sardiniam rebellantem movens,compoſitis rebus,Genuenſes ad quos Sardi defecerant, multis cladibus atterit.

1367. Ingenti Regni mœrore extinguitur Petrus Luſitaniæ Rex,ſolitus dicere : indignum Regio nomine , quo die nulli benefecerit, ſucceſſit filius Ferdinandus.

1369. Crudeliſſima beſtia Petrus Caſtellæ Rex, dum fratri malum ſeu mortem intentat, ab hoc ope Arragonis victus,& pugione confoſſus impiam animam evomuit,hoc qui occiderat ſubrogato.

1371. Petrus Aragonum Rex Jacobum Balearium Regem ſororium ſuum, quod ipſi obſe-

A. C.

quium denegaret Majoricarum Ruſſilionis,& Ceritaniæ Principatibus exuit.

1374. Ferdinandus Portugalliæ Rex mihi ingenio Princeps, cum nimiam licentiam Equeſtrium non coërcet, Regnum in haud minimum diſcrimen adducit.

1377. Defluit paulatim ex Hiſpanijs Maurorum multitudo, quorum multi armorum pertæſi, multo auro comparata amicitia noſtris familiariter utuntur, nonnulli Chriſti fidem ampleƈtuntur.

1379. Vita excedit Henricus II. Caſtellæ & Legionis Rex, Alphonſi XI. ex concubina filius Nothus, natura tamen generoſiſſimus, ex quo magni deinceps Reges prodiere, ſucceſſit in Regnis Joannes filius.

1383. Ferdinandus Rex Portugalliæ abſque legitima prole Regni hærede moritur, ſuccedit Joannes filius nothus. B. Joanna Monialis Caſtro Martyrio coronatur, ſpeculum triumphantis de militia Caſtit.

1384. Joannes Leg. & Caſt. Rex, dum uxoris jus in ſucceſſione Portugalliæ Regni armis quærit peſte repellitur, iterum conatus cum ſuis â Luſitanis peſſime excipitur,& in fugam conjicitur.

1385. Mellifluus Doƈtor Bernardus de Luſitanis, dum viveret benè meritus, tanto poſt â morte invocatus Regem & Regnum ſervat, memorabilemque de hoſtibus viƈtoriam imperat.

1387. Petrus Aragonum Rex, Sacrilegij dat pœnas â procuratoribus Tarracon. Eccleſię, ut nonnulli ſcribunt, quod ejus Patrimo

nium

A. C.

nium occupare tentaret, ad Divinum tribunal citatus, & die indicta mortuus.

1388. Concilium Palentinum celebratur ſub Petró de Luna, vulgo de Arragonia dicti Anti-Cardinalis.

1389. Gravi ſub hoc tempus bello Joannes Caſtellæ Leg. Rex, appetitur â Joanne Alencaſtriæ Duce, quod mox recenti connubio Henrici filij Regis, cum filia Alençaſtrij conſopitur.

1391. Idem Joannes Caſtellæ rex Compluti caſu equi oppreſſus extinguitur, cui Henricus filius ſubrogatur.

1394. Magnus Mauror. terror occumbit F. Martin. Barbuda Luſitanus, Magnus Alcantarenſ. militiæ *M*agiſter, ab hoſtibus occiſus.

1395. Fœdiſſimum Eccleſiæ ſchiſma fovet Joannes Arragonum Rex, Petro de Luna ſuperiore anno ab Anti-Cardinalibus, loco Clementis Antipapæ ſubrogato, Gallo fiuſtra Joannem dehortante.

1396. Joannes Arragonū *R*ex impietatis dat pœnas, & mulæ lapſu oppreſſus repente extinguitur, cujus frater *M*artinus coronatur.

1398. Illuſtrat Hiſpan. Venerabilis Vincent. Ferrerius, Abbas Populetan. S. Vincent. Ferrerij carne & ſpiritu propinquus, & eidem plurimum charus ac familiaris.

1400. Henricus III. Caſtellæ & Legionis Rex, cognomento Valetudinarius eo quod minus proſpera plerumq; valetudine eſſet, Regnis nihilominus benè proſpicit & conſulit, inter optimos Princ. celebratus.

A. C.

cis publicæ,&Schiſmatis author excommunicatur.

1416. Ad avertendos ab excommunicato *Pſeudopontifice* Benedicto Hiſpanos, Sigiſmundus Imp. nihil non moritur. Ipſo anno Ferdinandus Honeſtus, Aragonum & Siciliæ Rex moritur.

1417. Regni habenas capeſſit Alphonſus cognomento Magnanimus,idem alterSalomon ob eximiam ſapientiam habitus, Ferdinandi primogenitus,vix dum adoleſcentiæ annos egreſſus.

1419. Sardi denuo rebelles Genuenſium patrocinium quærunt, occurrit maturè generoſiſſimus *R*ex Alphonſus & ſtrenuè rem gerit.

1420. A Joanna Neapolis *R*egina, quam Ludovicus Andegavenſis, & Sfortia acriter armis vexaverant evocatus exoratuſq;, & prudentia valere ſe & armis probat, hoſteſque feliciter propulſat.

1421. Joanna capta dotibus juvenis *R*egis, & virtute,ipſum filium adoptat, & hæredem *R*egni renunciat.

1422. In Corſica Bonifacium obſidione claudenti denuo ſcribit Joanna, & contra Andegavenſem concitat. Occurrit quam primum & Neapolim liberat. Vorum Sfortiæ rogandi dans veniam *R*eginam offendit.

1423. Renunciat tam levi ex cauſa Alphonſo Joanna, & vice verſa Sfortiæ favet, hic de Alphonſo triumphat, iſto nihilominus Neapoli potiente.

A. C.

1424. Inſignia Hiſpaniarum luminaria Beat.mem. Martinus de Vargas, & alter Martinus de Longono Ordinem Monachicum reformant.

1425. Obnoxias ſibi multas Italiæ Urbes facit Alphonſus Rex, graviter offenſus Rom. Pontificis conatibus æmulo faventis.

1426. Martinus Papa ab Alphonſo irato, & vim parante metuens ipſum omni modo reconciliare conatur.

1427. Alvarus de Luna. Seianum in aula Joannis Caſtellæ Regis agens, omnia pro libitu molitur, & adverſum Aragones Regem concitat.

1429. Saracenis diſcordia Regum animus creſcit, ſed horum vigilantia deprehenſis conatibus, multa millia mactantur.

1430. Concitante Alvaro graviter colliſi cum Caſtellanis Arragones, non uno ſed multis certaminibus confligunt.

1431. Claret mirabile converſi peccatoris exemplar B.Petrus Marginet ex Apoſtata, adultero & prædone pœnitentiæ ſpeculum, monachus Populeti, miraculorum gloria illuſtriſſimus. Alvarus diu Regum capita collidens, capite luit, â Joanne Rege damnatus.

1432. Iterum congreſſi cum Caſtellanis Arragones varia fortuna dimicant, Alvaro Joannem Regem acrius exſtimulante.

1433. Joannes Nothus Rex Luſitaniæ, qui primus fretum Herculeum tranſgreſſus mira auſus eſt, & feliciter confecit moritur, ſuccedente Eduardo filio.

Extin-

A. C.

1434. Extinguitur damnatæ libidinis & inconſtantiæ fæmina Joanna Neapolis Regina, â cujus morte novæ de Regno contentiones Alphonſo Rege nervos omnes intendente, donec prævaleret.

1435. Moritur Leonora Aragonum & Siciliæ Regina, Ferdinandi Juſti ſeu Honeſti, quondam conjux, monialis Campenſis â ſe extructi Cænobij, â religioſiſſima vita inſigniter celebrata.

1436. Acerrimè pro regno Neapolitano præliatur Alphonſus rex, Summo Pont. Renato Lotharing. Duci favente, eumdemq; juvantibus Mediolan. & Genuenſibus.

1437. Infelix hic annus Alphonſo & Joanni fratri, ejus Navarræ regi cum uterque capti, â Philippo tamen Mediolani Duce paulo poſt dimiſſi ſunt. Alphonſo denuo Neapolim tentante & deniq; occupante.

1438. Eduardus Portugalliæ rex, Tingi & Arzilla captis glorioſus, vita defungitur, cui Alphonſus filius eo nomine quintus ſufficitur.

1439. Urget obſidionem Neapolis Alphonſus, cujus frater Petrus Infans ictu molaris lapidis occumbit, cujus mortem occupata poſtea urbe, multorum millium cæde rex Alphonſus ulciſcitur.

1440. Illuſtrat mirificè Hiſpanias Beatæ mem. Bartholomæus Populeti monachus & Abbas, Regius olim medicus, qui ſupra omnem medicorum ſcientiam multis prodigiosè medetur, quin & mortuum quendam vitæ reddit.

A. C.

1442. Regno Neapolitano plenè potiturAlphonſus Rex, & Renatum competitorem ejicit. B. Ferdinandus Infans Portugall. poſt res præclarè geſtas ab hoſtibus capitur, & indignè tractatur.

1443. Sancta morte in carcere defungitur B. Ferdinandus Princeps Joan. Port. Regis filius â Deipara & cælitibus confortatus, cum multis annis Ordini de Avis utiliſſimè & ſanctiſſimè præfuiſſet.

1446. Joannes II. Caſtellæ & Legionis *Rex* Judæos omnes, Chriſto nomen dare renuentes, bonis eorum fiſco aſſignatis, regno jubet excedere.

1448. Alphonſus Portugalliæ rex glorioſiſſimus diverſis expeditionibus Africam tentat, ſuumque illic Imperium mira felicitate dilatat.

1450. Cum Barcinonenſ. & Goth-Alanis armis aliquoties congreditur & triumphat Joannes Navarræ Rex, Alphonſi frater.

1451. Decus verè Regium Hiſpanias ornat B. Philippa Ferdinandi Cypri *Regis* ſoror, Monialis S. Dionyſij de Odivelis, præterSanctimoniam relictis ingenij monimentis immortalis.

1453. Joannes II. Caſtellæ & Legionis rex, regnum cum vita deſerit apud Vallem oleti febri quartána extinctus, ſucceſſit Henricus IV. filius.

1456. Maximas res agit in Africa Alphonſus rex Portugalliæ, quantas nemo *Regum* anteceſſorum, plurimaſq; urbes & provincias occupat.

Alphon-

A. C.	
1458.	Alphonſus Sapiens rex Arragonum, Sicilia & Neapolis miraculum Principis mortalitatem exuit, in Caſtello novo Neapoli â ſe magnificè exſtructo, 4. Cal. Quintil. æt. 65. obijt eodem anno B. Bartholomæus Abbas Populeti, miraculorum gloria â Numine illuſtratus.
1459.	Non minus Bartholomæo Reges ac regnum demeretur Michaël del Gado ejus ſucceſſor, Romanis Pontificibus gratiſſimus.
1460.	Novum Hiſpanis bellum & acre, renati filio Joanne Ferdinando, Alphonſi filio naturali Neapolim extorquere conato. Moritur Henricus Infans Luſitanæ, qui Maderam & multas in India inſulas detexit.
1463.	Colliduntur Caſtellæ & Arragonum reges, dum Barcinonenſes ad Caſtellanum deciſcunt, hoc plures inſuper urbes occupante, donec exoratus Arragoni Ludovicus rex Galliæ adeſt, & diſſidentes componit.
1467.	Celebri ſanctitatis opinione, illuſtrat Hiſpanias ſimulq; accendit exemplo, Joannes Zerdan Barchinonenſis ex monacho Populetano Epiſcopus, idem eruditionis laude commendatiſſimus.
1468.	Paulus II. Pont. max. ſingulari ſtudio pacem promovet, Ferdinandumque Alphonſi filium, & Joannem Andegavenſem, alioſq; reges conciliat.
1471.	Henricus IV. Legionis & Caſtellæ rex, nervos omnes intendit, ad Maurorum everſionem, quos magnis cladibus afficit.

B. Bea-

A. C.

1474. B. Beatrix â Sylva, Portalegræ Comitiſſa formæ miraculum, â Sæculo ſe abripit, obſcuriſſimo tempore facem Hiſpanijs prælatura. Henricus IV. Leg. & Caſtellæ rex abſque liberis moritur.

1476. Alphonſus V. Portugalliæ rex, cætera inviĉtiſſimus, dum Caſtellæ Regnum prætenſo conjugis jure affectaret, & bello peteret, magna ſuorum clade omnibus ferè ſignis amiſſis ſolus beneficio noctis effugit.

1477. Ferdinandus Catholicus rex Arragoniæ, & Siciliæ ducta Iſabella Henrici IV. Caſtellæ & Legionis ſorore, regna tandem omnia copulat.

1478. Toletanis Archiepiſcopus præſidet Petrus Gonzalez Mendoza, S R.E. Cardin. cujus conſilio Inquiſitio inſtituitur hoc anno. Sixtum Papam dum graviter exagitant Itali, Ferdinandus Catholicus ejus Patrocinium ſuſcipit.

1479. Joannes Arragonum & Siciliæ rex Ferdinandi Catholici parens, annos quatuor ſupra octuaginta natus vita defungitur.

1481. Suſtulit hic annus Alphonſum V. Portugalliæ Regem, qui maximis clarus victorijs, Afrorum dum vixit terror extitit, cui Joannes II. filius ſucceſſit.

1484 Memorabili victoria de Mauris Granatenſibus triumpha Ferdinand. Cathol totusq; in illorum everſionem accenditur.

1485. Immortali merito B. Beatrix â Sylva novam ſub regula Divi Benedicti familiam, titulo

A. C.

tulo longè gratioſiſſimo Conceptionis B. M. V. condit, ſuoque exemplo, novo Ordini mirè conſulit.

1488. Confirmationem Ord. Conceptionis Roma impetrat B Beatrix, & navi qua bulla afferebatur merſa, bulla nihilominus illæſa in B. Virg. ſcrinio reperitur.

1490. Moritur F. Georgius Infans Portugalliæ, Joannis II. regis filius, *M*agnus Magiſter Ordinis Aviſiorum, Coimbræ Dux, rebus fortiter contra Mauros geſtis glorioſus.

1492. Hoc denique anno miro rerum ſucceſſu, Mauros prorſus tota Hiſpania ejicit Ferdinandus Catholicus, cum octingentis ferè annis Hiſpanias occupaſſent, & rem Catholicam miſerè vexaſſent.

1493. Novus orbis Chriſtophoro Columbo Duce invenitur, cujus Patriarcha primus Buellius Aſceta Monſerratenſis deſignatur.

1494. Regnum ac vitam deſerit Ferdinandus *R*ex Neapolis, Carolo VIII. Gallorum *R*ege ipſi bellum movente, quod ipſi Renatus *R*egnum legaſſet. Coronatur â Joanne Borgia Cardin. Alphonſus Ferdinandi filius, qui tamen paulo poſt Monaſticen profitetur, Ferdinando filio ſubrogato.

1495. Joannes II. *R*ex Luſitaniæ, Princeps magnanimus lapſu currentis equi extinguitur, Emmanuele patruele Rege conſalutato. Carolus VIII. Neapoli potitur & Ferdinandum Regem Regno opulentiſſimo exuit.

1496. Vix pedem extulerat Regno Carolus, cum Neapolit. Ferdinandum revocant, & regē

vene-

A. C.

venerantur, quo paulo poſt extincto, ejus frater Fridericus ſuccedit.

1497. Fridericus Rex Neapolis à Carolo VIII. Galliarum Rege capitur, certis dein conditionibus dimiſſus. Expeditionem in Africam Hiſpani ſuſcipiunt.

1498. Carolo VIII. Galliarum Regi ſuccedit Ludovicus 12. qui ſtatim cum Hiſpano pacem init, hoc Regnum inſigniter reformante.

1499. Emmanuel Portugalliæ Rex plurimas inſulas antea incognitas reperit, noſtroque orbi ex Novo primus varias merces importat.

1500. Buellius Patriarcha fidem Chriſti in Indijs feliciter propagat, & cum ſuis Monachis ſupra 170000. idola confringit: ex illis aliqui martyrio coronantur. Obijt Michael Infans Portugalliæ, Emmanuelis Regis filius, cui bimulo etiamnum tota juravit Luſitania.

1501. Hiſpani Gallis juncti atque Italis, felici ſucceſſu in Turcas movent Montis-Serrati ſanctiſſimum in Catalaunia Cœnobium egregia vitæ ſanctitate alumnos fovet.

1502. Albigniacus Gallus & Conſalvus Hiſpanus fortiſſimi bello Duces acerrima contentione de Regno Neapolitano ſuis aſſerendo Regibus dimicant. Sanctitatis claret Franciſcus de Caſtro, vir illuſtriſſimus genere, Aſceta Montſerratenſis.

1503. Alphonſ. Albuquerquius Architalaſſus maris Indici, alter Alexander, mira audet, & ſtupendas aſſequitur victorias.

Victo-

A. C.

1504. Victoriam inprimis memorabilem, profligatis pulſiſq; Gallis & Neapolitano ſubacto Regno, prodigioſa Divi Benedicti ope aſſequitur Gonſalvus Magnus, Regis Catholici Archiſtrategus.

1505. Emmanuel Portugalliæ Rex ingentia terrarum ſpatia in Indijs occupat, quibus ſumma cum poteſtate Almeidam præficit.

1506. Calecuntanum Imperatorem inſigni prorſus victoria triumphant Luſitani, & multa paſſim loca Regi Emmanueli ſubjugat.

1508. Buellij Patriarchæ Indorum primi opera primi in AmericaEpiſcopi &Paſtores ordinantur,noſtri â Barbaris vincuntur.

1509. Inſigniter rependit cladem acceptam, barbaris Franciſcus Almeida, grandi ſtrage ijſdem illata.

1510. Hiſpaniæ Sydus illuſtriſſimum occumbit B. Garſias de Ciſneros Congregationis Hiſpaniæ meritiſſimus Rector & Reſtitutor. Magnus ille Alphonſus Albuquerquius Goam Indiarum metropolim expugnat.

1511. Hiſpani nuper Venetorum hoſtes nunc amici & confæderati ſunt. Albuquerquius potentiſſimum Malacæ Regnum ſubjugat.

1512. Hiſpanus exercitus Pontificio junctus, magnam accipit cladem haud procul Ravenna â Gallis profligatus, Hiſpanias illuſtrat Joannes Cianones Monach Montſerratenſis, vir ſanctus.

Albu-

A. C.

1514. Albuquerquius cum Luſitanis,pergit in Indijs Regnum Emmanuelis in immenſum adaugere. Magnis meritis in Hiſpanijs ſe commendat F. Ludovicus Mendez ex Monacho Sidoniæ Epiſcopus.

1515. Fundat Univerſitatem Completenſem,& illic Biblia edit multis linguis Franciſcus Ximenius Archiepiſc. Toletanus, & S. R.E.Cardinalis,cujus vitam Alvarus Gomeſius, octo libris deſcripſit.

1516. Ferdinandus Rex Catholicus, Hiſpaniarum Monarcha,rebus præclarè geſtis immortalis,moritur ætatis 64. abſque maſcula prole ſuccedente in Regnum Philippo Archiduce genero.

1518. Ingens ſanctiſſimorum doctiſſimorumque virorum in Hiſpania numerus, regnum ornat & juvat, Luſitani in America magnis conatibus felices ſucceſſus habent, Regi ſuo magnos theſauros ſubmittentes.

1519. Novum mare reperit Magellanus à ſe deinceps Magellan. cognominatum Philippi Regis filius Carol⁹ Imperator deſignatur.

1521. Feliciſſimus potentiſſimuſque Portugalliæ Regum, Emmanuel regno Chriſti ac ſuo mirificè aucto vita defungitur,ſuccedente Joanne filio, ejus nominis tertio.

1522. Miro ſucceſſu Fonterabiam, Navarram, Pampelonam aliaque loca Galli occupant,& Hiſpanos premunt. S.Ignatius Patrum Societ. lectiſſimus Inſtitutor apud Montem Serratum inſtruitur.

Illu-

A. C.

1525. Illuſtria Hiſpaniarum ſydera Chriſtophorus de Zamora, Maurus de Alfaro, Franciſcus de Beiar latè exſplendeſcunt.

1527. Etiam ſub Joanne Rege feliciſſimo rerum ſucceſſu, ampliſſima Regna ſubjiciunt Luſitani, & facinoribus miris ſe commendant. Sed & Caſtellani hoc anno Regnum Peru ſubigunt, Rege capto & occiſo.

1530. Culiacana provincia in America Auſpicijs Caroli V. Regis Hiſpan. reperitur, quæ nunc Regni Novæ Galliciæ pars eſt.

1531. Franciſcus Pizarrus Regiones Æquatori, & Tropico Capricorni in America ſubjectas ſequenti ſexennio feliciſſimo ſucceſſu Hiſpanicæ coronæ ſubjicit.

1535. Inſigni merito Hiſpanias ſibi obligat B. Ludovicus de Strada, Complutenſis Cœnobij Rector, Hortenſis Monachus, qui Sanctiſſimam PP. Societ. contra adverſarios tuetur, & Collegas Studiorum aſſumit.

1536. Iterum illuſtre Hiſpaniarum luminare B. Petrus de Burgos Monachus & Abbas, B. Garſiæ de Ciſneros ſucceſſor extinguitur.

1537. Nunnius Acugna Cambaiæ Metropolim Dium feliciter expugnat, & coronæ Hiſpanicæ jungit,

1539. Iſabella Imperatrix, & Regina Hiſpan. Caroli V. Imp. conjux moritur, cujus cadaveris contuitu Dux Borgia, mortalia aſpernatus lectiſſimæ Patrum Societati dat nomen, ac dein præeſſe meretur.

1540. Inter familiares Caroli olim Princeps Alphonſus

A. C.

phonſus de Burgos, ſanctitatis nunc titulo multo illuſtrior inter Aſcetas B. M. V. Montisſerrati, admirationi & Venerationi toti regno eſt.

1541. Æternum Hiſpaniarum decus S. Ignatius Loyola, Romæ in Cænobio S. Pauli, ſua Religionis Vota nuncupat, Summorom. Eccleſiæ bono ſubſequam meritorum Pauli ſobolem Orbi univerſo daturus.

1543. Carolus V. ex Hiſpanijs in Germaniam contendit, ſuis illic hoſtibus occurſurus. Clariſſimum Hiſpaniarum ſydus F. Benedictus de Toco ex Regum Epiri, ultimorum Orientis Impp. ſanguine Monachus Montis Serrati.

1544. Carolus V. Imp. & Hiſp. Rex Landerſio expugnato, Galliam pervadens, nemine reſiſtere auſo Lutetiam uſque progreditur.

1547. Idem Cæſar & Rex â Saxone & Haſſo conjuratis bello appetitus, eoſdem feliciter triumphat & captivos trahit.

1548. Luſitani rem ſuam ſtrenuè promovent in India. Caſtellani ſimiliter, ſed quod nimis crudeliter extorquerent divitias ſupremum aliquoties diſcrimen adeunt, plurimis eorum trucidatis.

1550. Miraculum viri eruditi celebratur in Hiſpanijs Petrus Poncius ex Monacho Placentinus Epiſcopus, qui nova quadum Phyſices cognitione, mutum quendam eloquentem reddidit.

1554. Moritur Emmanuel Joannes, Infans Luſitaniæ, Joannis Regis filius, ſummæ expe-

ctatio-

A. C.

ctationis Princeps, relicto ex Joanna Caroli V. Imp. filia, Sebaſtino qui poſtea avo ſucceſſit.

1557. Sequitur morte filium Joannes III. Portugalliæ, ſingulari benignitate & pietate Princeps, ſuccedente Sebaſtiano nepote trienne puero.

1558. Carolus V. nuper Imperator & Rex Hiſpaniarum, curis ſæculi & Regnorum abdicatis in Monaſterio S. Juſti felici ſomno ad æternitatem reſolvitur, & tranſit.

1559. Philippus II. Caroli V. Patris in Regnis Hiſpaniarum ſucceſſor cum nova & varia dogmata illis etiam Regnis ſe inſinuarent, Inquiſitione facta hoc anno plurimos, etiam illuſtriores, ignibus exuri juſſit. Invaleſcēte fame, multa millia prodigiosè paſcit B. Lud. de Strada Abbas.

1560. Claſſis Hiſpanorum à Piali Baſſa profligatur & diſſipatur, cæſis captisque Chriſtianorum 18000. triremibus 27. onerarijs 14. amiſſis.

1561. Rex Mauritaniæ in urbe Feſſenſi immiſſis prædicatoribus ad Chriſti fidem convertitur. Philippus Rex Hiſp. inſtituit Academiam Duacenam.

1563. Clarent in Hiſpanijs plures viri illuſtres, quos inter Franciſcus Levorotus, Didacus de Lerma, Michael Fornerius, Bartholomæus Garriga, Monſerratenſes Aſcetæ opinione ſanctitatis juxta eximiam eruditionem celebrantur.

1564. Michael Lopezius Legaſpe auſpicijs Philippi S. novas inſulas verſus Septentrionem

A. C.

reperit, eaſque in gratiam Regis Philippinas vocat.

1565. Galli Floridam ſeptem navium claſſe advecti dum illic ſecure regionem luſtraturi conſiſtunt, à ſupervenienre Hiſpanorum claſſe internecione ferè delentur.

1567. Ulciſcendæ acceptæ ab Hiſpanis cladis cauſa Gourgueſius Gallus claſſe inſtructa Floridam petitur. Mittitur in Belgium Ferdinandus Alvarus de Toleto, Dux Albæ, ferventior quam expediret.

1569. Mauritani in Regno Granatæ jugum Hiſpanicum conati excutere à Caſtiliæ Commendatore & Joanne Auſtriaco victi ſunt, Victorias mirandas precibus impetrante B. Ludovico de Strada Abbate.

1571. Bellum Naupacteum Joanne de Auſtria ſupremo Duce geſtum eſt, quo 25000 hoſtium cæſa, 20000. Chriſtianorum redempta ſunt.

1572. Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis ultimam hoc anno manum imponit operi SS. Bibliorum quadrilinguium.

1573. Hiſpanias mire illuſtrant B. Ludovicus de Strada Abbas debellator potentiſſimus hoſtium Eccleſiæ, idem multo nomine de Hiſpania meritiſſimus, & Benedictus de Toco, è Cænobio ad Epiſcopatum extractus.

1574. Regnum Tunetanum & Guleta cæſis cum præfecto Petro Cavera omnibus præſidiarijs Hiſpanis à Sinane Baſſa occupatur.

1576. Moritur Bartholomæus Caranca egregium Hiſpaniarum & Ordinis PP. Prædicato-

rum

A. C.

rum ornamentum Archiepiſcopus Toletanus, cui ſuccedit Gaſpar Quiroga, poſtea S. R. E Cardinalis.

1577. Multum deinceps negotij faceſſunt Hiſpanis Angli, Gallos imitati, dum & ipſi Indias tentant, hoc anno prima navigatione orbem circumnavigat Franciſc⁹ Drac⁹.

1578. Sebaſtianus Portugalliæ Rex juvenis, dum majorum virtutem æmulatus, inſigni cũ exercitu Afros aggreditur, cum magna Nobilitatis Luſitanicæ parte, à FeſſæRege oppreſſus trucidatur.

1579. Succedit Sebaſtiano abſque liberis mortuo Henricus Cardinalis Emanuelis Regis filius, cujus, an Sebaſtiani Regis permiſſione, dum AlcobatiæMonaſteriumCommendatorio Abbati traditur S. Bernardi Prophetia impletur Alphonſo I. prædicentis, tamdiu apud ejus poſteros illud regnum manſurum, quamdiu ſit Alcobazia in ſua libertate conſervanda.

1580. Moritur Henricus Cardinalis Portugalliæ Rex, Brigantinis Ducibus Regij generis Principibus & Antonino Ludovici Infantis filio ſpurio jus ſucceſſionis prætendentibus, Hiſpano ſuperante.

1581. Antonio de Leva, ope Gallorum Anglorumque pertinacius de Regno contendente. pro Hiſpano fortiter pugnat Dux Albanus, ipſiusque copias profligat. B. Ludovicus de Strada cælis immigrat.

1582. Antonius de Leva pro Regno dimicans nihil non audet, denuo à Regis Philippi milite triumphatus, & Regno ejectus.

C.

1585. Altera navigatione novum orbem Franciſcus Dracus luſtrat, & Hiſpanis multa loca adimit.

1587. Alius Indiarum rivalis, cum Hiſpanis acriter contendit Thomas Candidus ſive Candiſius, & ipſe Anglus Eques, qui multa loca ignota reperit, & Hiſpanis theſauros eripit.

1589. Multos egregia ſanctitate atque eruditione in Hiſpanijs alit Congregatio *M*ontis Syon. Antonius de Leva ope Elyſabethæ Anglorum Reginæ denuo Luſitaniam armis tentat.

1590. Angli Gallique Hiſpanorum exemplo & fortuna invitati, Indiarum auro Regniſque imminent, & diverſas expediunt claſſes.

1592 Eliſabetha Regina non contenta, Indias vel le ſi poſſet Hiſpanis eripere, theſauris quoque inde afferendis dum magna claſſe ſtruit inſidias, magnam accipit cladem, 47. navibus merſis & captis.

1593. Ingens auri vis ex Indijs hoc anno Hiſpanijs infertur, Philippus II. Philippo III. filio Regnum reſignat, 15. annos nato.

1594. Inſigniter de Eccleſia meretur Laurentius de Zamora Aſceta Religioſiſſimus, Tullius, Homerus, Ariſtoteles, à facundia eruditione & prædicationis efficacia cognominatus.

1595. Tertia expeditione Franciſcus Dracus Indias tentat, & prope Calis Malis 8. Hiſpanorum naves expugnat, mergit & capit.

1596. Angli Hollandique cum Hiſpanis in freto Gadi-

A. C.

Gaditano congreſſi, magna illos clade afficiunt, claſſe inſuper in tempeſtatis disjecta, & ad ſcopulos alliſa, navibus 45. merſis & deſideratis.

1597. Anglica claſſis Hiſpanicam triginta navium ſuperat, 12. navibus captis multis demerſis S. Martini inſuper & S. Margaritæ inſulis occupatis, atq; auro ex Indijs intercepto.

1598. Philippus II. Hiſpaniarum Rex potentiſſimus moritur, cum non multo ante ingenti Catholicorum cum Gallo controverſias compoſuiſſet. Oliverius de Nord Indias navigatione tentat.

1599. Viris eruditionis & perfectionis laude clariſſimis abundat Hiſpania, & præcipuè Congregationes Valliſoletana & Montis Sion, moritur ſanctitatis fama celeber Joan de Caſtaniza Aſceta Montis Serrati.

1600. Hiſpani Oſtendam inter & Neoportum gravi clade è Mauritio Naſſovio profligantur. Inter illuſtriores Hiſp. viros claret F. Joan. de Caſtro Comes de Lemos mon. S. Vincentij Salmant. Archiep. Tarentin.

1601. Inſignem adverſum Turcas claſſem inſtruit Rex Hiſpaniæ Doria Duce, quæ tamen re infecta domum redijt. Res Hiſpanicas & Luſitanas turbat impoſtor quidam Sebaſtianum Regem ſimulans.

1602. Idem cum jam plurimos revera perſuaſiſſet & attraxiſſet interceptus & ad triremes damnatus eſt. Hiſpanis in Belgio minus proſperè res ſuccedunt. Oſtendam fruſtra tentat. Graviam perdunt.

1603. Hollandi & Selandi triumpho maritimo

A. C.

claſſem Hiſpanicam ſuperant, hujus etiã Duce Friderico Spinola multisque alijs interfectis.

1604. Multo utriusque Regni commodo Hiſpanus Anglusque pacis fœdera ineunt, tanto poſt reddita libertate commerciorum impune inſtituendorum. Ipſo anno ab Hiſpanis oſtenda capitur.

1605. Rem Hiſpanicam in Belgio plurimum promovent Ambroſius Spinola & Comes Buſquoius. Philippus IV. naſcitur.

1606. Magno cum Hiſpanorum damno Schluſa per inſidias tentatur Reinbergam, Grollam, Lochenum Spinola occupat.

1607. Inter viros Hiſpaniarum illuſtrioris, non minus ſanctitatis opinione quam fama celebres eluceſcunt, & DiviBenedicti ſera poſteritate Bernardus de Eſcobar, Juſtus Matiencus, Laur de Zamora &c.

1608. Memorabile exemplar Religioſiſſimi Principis Philippus III. Hiſpaniarum Rex, Apoſtolico incenſus Zelo, nec tam auro inhians quam animarum commodis, Gentilibus lucrandis inſignes virorum illuſtrium colonias Novo orbi ſubmittit.

1609. Naſcitur Ferdinandus Philippi IV. Regis frater Germanus. poſtea S. R.E Cardinalis & Belgij Gubernator.

1610. Memoranda nunc multa & varia eſſent virorum illuſtrium eruditionis inprimis laude in Hiſpanijs conſpicuorum ſed quia gens eadem adeo cultrix linguæ ſuæ & adoratrix eſt, ut communem cum alijs quibuſcunque aſpernetur, ſit neceſ-

ſario,

A. C.

ſario, ut commercia quoque litterarum, gentis cum gente conquieſcant, unde Europæ cæteræ, plura ex Indijs utriſque, quam Hiſpaniæ innoteſcunt, quod ipſum me cogit modo calamum ponere, & ſua illis relinquere, cum inde vix aliquid emanet, quam quod in Scholis tractetur.

DEVS Benedictus.



Francofurti ad Mœnum,
Typis JOANNIS GÖRLINI,
Anno M DC LXIV.

CHRONOLOGICA
Rerum Italiæ memorabilium Compendioſiſſima
DESCRIPTIO.

AUTHORE

R.P.F. Gabriele Bucelino, Aſceta Theologo Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Priore Sanct. Joannis in Veldtkirch.



Cum facultate & Privilegio Superiorum.

FRANCOFURTI,

Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.

ANNO MDCLXIV.

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO DOMINO, DOMINO

HERCVLI SALICÆO,

vulgo de Salis, Domino Caſtri Marſilinij, &c. Chriſtianiſſimi Regis Guardiæ Capitaneo, Gubernatori Vallis Telinæ, &c.

ITalia ſua ſponte ſe Tibi ſiſtit, dum aliæ & aliæ provinciæ, alios & alios ſibi patronos quærunt, Ill.me Hercules, & merito, ut qui partis ejus Nobiliſſimæ Gubernatorem & Præſidem agas, quæ in delicijs olim Volaterranis fuit, Italiæ, longè ante conditam Romam, facile Principibus, qui Vallis Telinæ tantopere beatitatem ſuſpexêre, ut gemellam Veteri Volaterram illic

conderent eoque præcipua ipſius, uti Novæ poſtea à Conſtantino conditæ Romæ, Nobilitas immigraret. Hujus inter Principes Salinici, longè ante principia Veteris Romæ, ſuprema cum poteſtate præfuere. Tanto poſt Tu Vetuſtiſſimæ illius familiæ gloria, illorum cineres animas, & in Te tam vetuſta Majorum decora repræſentas, ut haud immerito libellus hic meus, qui compendio compendioſiſſimo res Italiæ priſcas & novas memorat, ad Te antiquiſſimæ Majeſtatis, recentiſſimum exemplar, convertatur, & quidquid in Majoribus Tuis ante ter mille, & amplius, annos, enituit, in Te & Tuo Eorumdem ſanguine veneretur. Hæc cauſa eſt, quod Italiam meam Tibi

Sacram velim, jure nimirum Ve-tuſtiſſimo, quo nullum eſt ſanctius, & ut antiquitas ſemper ſancta & veneranda fuit, ut Te & familiam Tuam, quam eo nomine colui ſemper impenſiſſime, inter præcipua non Rhætiæ ſolum noſtræ, ſed totius Germaniæ atq; Italiæ, in facie orbis univerſi celebrarem, & ad ſeram commendarem poſteritatem. Ita in Te Antiquitatem veneror, ſummumq; Patriæ Lucumonum *honorem in Te reſtitutum ſuſpicio, Imo Tatium Salinicum ſaluto tanto poſt per Te redivivum. Accipe benevolo, ut ſoles, animo, hunc Nuclei mei fructum, quem teſtem obſervantiæ meæ, non tam erga Te eſſe volui, quam erga vene-*

randam cunctis gentibus Antiquitatem, quæ in Te tot memorandis & illuſtribus Salinicorum & Salicæorum facinoribus, congeſta velut Trophæo quodam eluceſcit, ut in Illuſtriſſimo Parente Tuo Ulyſſe Chriſtianiſſimorum Regum Campi Mareſchallo pridem eluxit. Vale inſignis Gentis Tuæ gloria, & Priſcos Gloriæ Majorum Tuorum Titulos, in Te uno omnes reſtauratos, quam diutiſſimè incolumis & fortunatus conſerva. Veldtkirchij Rhætorum 11. Cal. Febr. 1664.

Ill.mæ D.nois Tuæ

Obſervantiſſimus

P. F. Gabriel Bucelinus.

ITALIÆ COMPENDIOSA DESCRIPTIO.

ITalia Priſcis Saturnia, Græcis Heſperia, Auſonia & Oenotria appellata, Plinio provinciarum Europæ omnium optima & feliciſſima cenſetur. Tota quanta eſt, peninſula apparet, qua mari non alluitur, alpibus altiſſimis Cottijs, Graijs, Rhæticis, Pœnis, Julijs ſejuncta & præmunita. Abundat rerum omnium copia, Umbria inprimis atque Campania, ubi Falernum præſtantiſſimum vinum, ſed & oleum gignitur. Plinio Italia, Paradyſus eſt, & ſanè plerisque locis, ita oculos afficit hominum, ita mentem ipſam intuentium, ut omnem propul-

ſare

ſare melancholiam videatur. E vinis Setinenſe omnibus præfertur. Inde Falernum, Albanum, Surrentinum, Maſſicanum, Fundanum, Veliterninum, Privernas, Signinum, &c. Herbis ſalutiferis tota abundat, frumento omnibuſque ad ſuſtentationem vitæ neceſſarijs feliciter inſtructa. Fuiſſe olim in Italia urbes mille, centum ſexaginta ſex Ælianus auctor eſt, Iginus, qui ante annos ſexcentos de Urbibus Italiæ ſcripſit, ſeptingentas duntaxat, ſuis temporibus fuiſſe commemorat. Urbium præcipuæ: Roma Orbis & Urbium caput; Venetiæ, Neapolis, Genua, Mediolanum, Bononia, Florentia, Ferraria, Padua, Verona, Luca, Cremona, Mantua, Brixia, Pavia, Piſæ, Parma, Placentia, Peruſium, Modena, Ancona, Bergamum, Aretium, Ariminum, &c. Fluviorum princeps Padus eſt, inde, Atheſis, Piſatellus, Tiberis, Arnus,

Min-

Mincius, Teſinus, Ollius, & Abdua. Lacus plurimi & lympidiſſimi: Traſumenus Aprilis, Marinus, Vadimonis, Ciminus, Vulſinius, Oſtienſis, Albanus, Velinus, Lucrinus, Avernus, Leſinenſis, Verbanus, Larius, Luganus, Benacus, Pœninus, &c. Sinus maris famoſos habet: Erycis, Rapallinum, Baianum, Pœſtanum, Scyllericum, Tergeſtinum, Tarentinum, &c. Portus commodiſſimos: Savonæ, Genuæ, Delphini, Lunæ, Herculis, Baianum, Velinum, Brunduſinum, Anconitanum, Ravennatem, Polanum, &c. Montium præcipuus Apenninus eſt. Sylvarum nominatiſſimæ: Lucus Feroniæ, Lucus Camœnarum, Nemus Algidum; Sylva Ciminenſis, &c. Nemus Facunæ, Algiriæ, Furniæ, Gallinariæ, Lucinæ, &c. Epiſcopatus tot ferè quot Urbes habet, ut illos recenſere tœdioſum, & contra libelli limites eſſet. Unus Romanus Orbis & Urbis,

Urbis, gloria Italiæ ſumma & præcipua eſt, eſtque una unica illa urbs urbium, in plures etiam diviſa Epiſcopatus: Univerſitatum & Academiarum, frequens eſt numerus, ab exteris etiam nationibus frequentatarum: Paduana, Bononienſis, Senenſis, Romana, Mediolanenſis, Papienſis, Neapolitana, Peruſina, Salernitana, Piſana, Ferrarienſis, Florentina, Bergomenſis, Mutinenſis, Taurinenſis, &c. etſi in tanta Scholarum multitudine, pauci ſint, qui Latiæ linguæ ſolidè ſtudeant, ita ut â Latio, patria ſua, lingua Latina, paulo poſt prorſum exulatura videatur; ijs tamen, qui rei ſatagunt, facilè alijs Europæ populis palmam præripientibus, cujusmodi noſtra etiam ætate vidimus, & Amicitiam meruimus, Tullianam eloquentiam vel ſuperantium, vel proximè aſſequentium.

Olim Italia, ſeſe præter nationes omnes Barbaras cenſuit, quarum pleræque hodie, ad miraculum excellunt bonis artibus, egregia in exteros æque ac domeſticos humanitate & liberalitate, ut planè nulla non natio plurimum etiam armis veterum Romanorum debeat, quorum imitatione diſciplinæ, cicures facti ſunt ex feris, & tales qui exemplo magiſtris eſſe poſſint, imo admirationi dum â Barbarorum natura tantopere abhorrent ſecuriſſima præbent itinera, procul à fraudibus erga exteros, (nedum rapinâ) libidinis jurati hoſtes, æquiſſimi humani ſanguinis ultores, dum inde barbariem procul habere merito cenſentur, quanto magis abhorrent, à fraudibus, rapinis, homicidijs, & fœdis libidinibus, & artes condiſcunt, quibus

quibus humana ingenia ſociantur, quæ majorem partem, etſi hoſtibus olim, Romanis debebant, exteri, aſuefacti primum bonis legibus, & ſtrictiore militum diſciplina; poſtea tamen multo magis debuerunt viris Apoſtolicis, â quibus fidei Chriſtianæ præceptis imbuti ſunt, juxta ſummi Magiſtri documenta: Diſcite â me, quia mitis ſum, & humilis corde.

SVPERFICIALIS GEOGRAPHICA
ITALIÆ ADVMBRATIO.



A RERUM

NAZIONALE VITTORIO

RERUM ITALICARUM
A nato Chriſto, ad noſtram uſq; ætatem
Chronologicum Compendium.

AUTHORE
R. P. Gabriele Bucelino, &c.

A. C.
1. Italia non ſolum, ſed orbis univerſus, univerſali (cujusmodi nunquam poſt prima orbis ante catachiſmum bella) pace gaudet, gratulatur & fruitur, dum Verbum æternum caro factum naſcitur, 8. Cal. Ian. quo ipſo die, Auguſtus Dominum ſe vocari vetat. Idem hoc anno templum Martis dedicat, & orbem univerſum deſcribi curat, anno Imperij 41. completo.
2. Varios Ludos edit Auguſtus, ſeque ac populum Rom. recreat, quæ gaudia ſcelera & turpitudines Iuliæ filiæ intercipiunt, quæ à patre relegatur.
3. Pantomimorum ſaltatio, prius incognita in uſu eſſe cœpit Pilade & Bathyllo authoribus.

A. C.

4. Athenodorus Stoicus claret Romæ, cujus potiſſimum conſilijs & placitis regitur Auguſtus.

5. Auguſtus privignum Tiberium, mox generum: hoc anno in filium adoptat, litteris non minus charum quam armis, quem & Germanicis Legionibus præficit.

6. Provectiore ætate Auguſtus, Romæ atque Italiæ conſulere ſatagit, quas optimis Legibus inſtituit.

7. Tiberius Cæſar dum in Germanos expeditionem ſuſcipit, ad Albim uſque progreſſus eſt, nulla re memorabili geſta.

8. Archelai, ob tyrannidem in exilium deportati, bona vendita fiſco Romano inferuntur.

9. Dalmatæ & Pannonij, ſive pacis amore ſive Auguſti reverentia, pacem cum Romanis ineunt.

10. Variana Romanorum clade triſtis Italiæ annus tribus internecione deletis Legionibus ab Arminio Rege in ſaltu Teutoburgenſi 4. Non. Iulii. Veſpaſianus naſcitur.

11. Politicorum ſi uſpiam initia ſtudia, atque artes invaluerunt primùm Romæ, præcipitante in vitæ finem Auguſti ſenio, aliis hâc aliis illac reſpicientibus.

12. Quatuordecim Urbis vicos, incertum unde conſurgens flamma conſumpſit, nec unquam majore incendio, ait Livius, urbs vaſtata eſt.

13. Magnum denuo malum urbi, nec minus incendio nunc memorato. Caligula Imperator, naſcitur. Tiberius Cæſar de Illyriis

A. C.

rijs, Pannonijs Dalmatis & Germanis triumphat, die 10. Maij.

14. Auguſtus Imp. teſtamentum condit. 3. Aprilis ætatis ſuæ 75. Idem totus in reſtaurationem Urbis incumbit.

15. Idem Nolam concedens ætatis 76. vel ut alij contendunt 78. Imperij 56. die 19. Aug. Liviæ, ut nonnulli volũt dolo extinguitur, Principis moderatiſſimi exemplar ſempiternum. Divinis honoribus cultus.

16. Tiberius ſimulator & diſſimulator egregius ceu invitus capeſcit Imperium, eodem ſumma primum uſus modeſtia, Senatum, civem militem ſibi obligans. Naſcitur Vitellius.

17. Germanicus feliciſſimè in Germania pugnat, Cattos, Angrivarios, Cheruſcos & Arminium Regem varijs cladibus afficit, cui Roma triumphus decernitur in ſequentem annum.

18. Magno plauſu populi, diſſimulante invidiam Tiberio Germanicus Romę 26. Maij triumphat ex populis intra Rhenum & Albim debellatis.

18. Titus Livius Hiſtoriographus, ornamentum Patavij & Italiæ ſempiternum ætatis 76. moritur. Epitaphium Patavij deſcripſimus:

Oſſa tuumq; caput cives tibi maxime Livi
Prompto animo hic omnes compoſuere tui.
Tu famam æternam Romæ patriæq; dediſti
Huic oriens, illi fortia facta canens.
At tibi dat patria hæc, & ſi maiora liceret
Hoc totus ſtares aureus ipſe loco.

A. C.

Ipſo anno Poetarum decus P. Ovidius Naſo exul deceſſit.

20. Magno metu Italiã & Romanos liberat mortuus hoc anno bellicoſiſſimus Germanorum Rex Arminius. Germanicus Caligulæ pater Piſonis ſcelere veneno tollitur.

21. Tiberius licentia & crudelitate exoſiſſimus redditur temulentia accedente, ridendus non minus Princeps quam metuendus. pro Cl. Tiberio Nerone, Caldius Biberius Mero dictus.

22. Tiberius IV. Druſus II. Coſſ. pater & filius. Quirinus qui nato Chriſto cenſum egit, hoc anno moritur.

23. Druſus Tiberii filius egregiis dotibus Princeps Ælii Sejani ſcelere veneno tollitur. Alii ſequenti anno tribuunt.

24. Hiſtriones Tiberius Italia pellit. Multis Illuſtribus inſidias ſtruit Sejanus.

25. Haud mitiore ingenio Tiberius omnes ſibi ſuſpectos exagitat, Româ ſervitutem ſuam agnoſcente, nec publice lugere audente.

26. Cremutius Cordus ob laudatum Brutum & Caſſium, & perſtrictum Sejanum huius opera damnatur. Hic Livillam Druſi viduam à Tiberio petit conjugem.

27. Tiberius perſuadente Sejano, Roma excedit, nunquam reverſus. Sejanus tanto liberius dominatur, & Agrippinæ ac filiis inſidias parat.

28. Tiberius ad Capreas otiatur & impuris vacat amoribus, apud Fidenam Amphitheatri caſû innumera vis mortalium obruitur.

A. C.

itur. Cælii montis incendio ingens urbis clades.

29. Liviæ Auguſtæ exceſſus incrementum dat potentiæ Sejanæ, paulo poſt in interitum præcipitis. Cædes Sabini amiciſſimi familiæ Germanici à Sejano ſubornata.

30. Incredibile, quanto faſtu, quantaque crudelitate Romæ graſſaretur Sejanus, Tiberio deliciis vacante.

31. Velleij Paterculi Hiſtoria deſinit. Tiberius Aſinium Gallum crudeliter diuque maceratum interficit, in alios item crudeliſſimus, quibus mortem pro beneficio dabat.

32. Sejanus fortunæ ludibrium, immanium ſcelerum dat pænas meritiſſimas, poſt ludibria populi raptatus in Tiberim occiſis liberis, uxore ſeipſam jugulante; populo in Amicos Sejani crudeliter ſæviente.

33. Recrudeſcit in Amicos Sejani Tiberii immanitas, cunctis qui carcere tenebantur interfectis. Ejuſdem quoque juſſu Agrippina & Druſus necantur, quam cædem alij ſequenti anno tribuunt.

34. Tiberiꝰ & Sejani interitu, & ijs quos ſummis honoribus extulerat interfectis ſuſpicionibus, ira, libidine miſerè exagitatus, inviſus omnibus redditur, liberalitate tamen ſibi devincire aggreditur, quos à ſe averterat crudelitate.

35. Claret Valerius Maximus qui librum Dictorum & factorum memorabilium Tiberio dedicat, Collegam Imperij nequiorem ſe aſciſcit Tiberius C. Caligulam.

A. C.

36. Sejani ſcelera affatim imitatur & refert Marco Tiberij Major Domus, qui optimis quibusq; ſtruit inſidias. Tiberiū in necem eorum impellens, quos ipſe metuebat.

37. Tiberius de morte & miraculis Chriſti à Pilato edoctus illum inter Deos referri mandat, abnuente Senatu; minante mortē accuſatoribꝰ Chriſtianorū Tiberio.

38. Gravi igne urbs adficitur deuſta parte Circi, quæ Aventino contigua, ipſoq; Aventino. Gloriā reſtauratoris ſibi Tiber. merito vindicavit, pulcherrimo Liberalitatis monimento.

39. Hic annus Tiberio ſupremus fuit, maturante mortem impio Macrone, dum jam deſperatꝰ reſumeret ſpiritū, injecta deſuper veſte ſuffocato. Succedit Caligula nepote.

40. Novus Cęſar ſceleribns omnia implet, hirco libidine tigridem crudelitate longè exuperans, exclamans non ſemel: Utinam unam cervicem populus Rom. haberet!

41. Afflictiſſime hoc Principe Roma & Italia adorare, pro Deo talem beſtiam cogitur; ipſo ſe Jovem pro inceſtu, de choro autem Bacchanali Liberum aſſerente.

42. Philo ad Caligulam pro Judæis legatione fungitur, ſed fruſtra, crudeliſſimo Principe dolente, Principatum ſuum non majoribus calamitatibus inſigniri.

43. Idem avaritia, libidine & crudelitate intolerandus à militibus in Palatio interficitur 24. Jan. æt. 29. regni 3. Claud. Imperium mercarus promiſſis unicuiq; militum 350 coronatis, ab his proclamatur Imperat.

Dum

A. C.

44. Dum contaminatiſſimus Romæ terrenus Principatus orbem fœdat &perdit,cœleſtis àChriſti Vicario Petro infertur,Roma cum nec dũ inter tot mala adverteret, ad ſummum dignitatis & felicitatis evecta.

45. Quaqua verſũ ordinatos,àſeEpiſcopos mittit Divus Petrus,cujus ſolo adventu mira ſtatimRomæ mutatio,ClaudioImp.pluraDeorum inanium feſta abrogante.

46. Stultiorne an crudelior Claudius Imp. crudeliſſimæ & libidinoſisſimæ cõjugisMeſſalinæ imperio regitur,gemente ſub ſtultisſimo dominatu Principe provinciarum.

47. Laborat plurimum in Chriſti propaganda fide Paſtor &PrincepsEccleſiarumPetrus Roma ſubinde excurrens in Italiam inprimis, & proximam Italiæ Rhætiam.

48. Claudius Imp.ſceleribus denique conjugis irritatus & coactus ipſam interfici curat eo dementiæ prolapſam, ut in ipſo PalatioCajoSilio nuberet.Veronica Jeroſolymis pulſa in Italiam & Romam veniens illic Sacrum ſudarium reliquit.

49. Agrippinam fratris Germanici filiam poſt Meſſalinæ ſupplicium ducit Claudius,inceſtuoſas nuptias probante Senatu. Octavia Claudij filia Neroni deſponſa.

50. Petrus in Hiſpanias uſque excurrit, & ſacras imagines infert,de Regnis illis immortaliter meritus, inde in Africam concedit, mox in Ægyptum, ubique ordinans Epiſcopos.

A. C.

51. Virilis toga Neroni maturata, quo capeſſendæ Reip. habilis videretur, Princeps iuventutis appellatur. Laborat gravi famæ Roma & Italia, cujus cauſa Claudius à plebe pene opprimitur.

52. Domitianus Imp. naſcitur 24. Oct. Claudius Imp. memorabili faſtus oſtentatione, navale prelium in lacu Fucino adornat perrupto monte, ubi & ſpectacula alia & convivia ſumptuoſiſſima exhibentur.

53. Nunc demum ſolemnibus nuptiis jungitur Octaviæ Cæſaris filiæ Nero. Agrippina St. Taurum illuſtrem virum ad necem adigit, ut eius hortis potiretur.

54. Id omne agit Agrippina, ut filio, etſi ſummum per iniuriam, viam ſternat ad Imperium, in competitores omnes, & Germanici fautores invectiſſima, etſi cavere à proprio filio monita, congeminans *Occidat matrem, dum imperet*.

55. Claudij mortem huic alij anno; alij ſequenti tribuunt, ad d. 13. oct. æt. 64. Nero promiſſo militibus donativo Imperator ſalutatur.

56. Paulus, quod ad Cæſarem provocaſſet Romam vinctus à Feſto Præſide mittitur, multa in itinere perpeſſus, alij aliter & nauſragus.

57. Nunc demum Romam pertigit Paulus, ubi biennium in libera manſit cuſtodia, familiarem inter alios Senecam nactus. Nero Britannicum claudii ex Meſſalina filium veneno tollit.

58. Nero optimum etiamnum agere Principem viſus,

A. C.

viſus, dum Senecę præceptoris monita ſequitur, miro militum æque ac populi ſtudio colitur.

59. Nunc primum Paulum Romam pertigiſſe nonnulli contendunt. Etiam ex aula cęſaris multi chriſto dant nomen.

60. Terræ motu metuendo Roma quatitur. In caput matris conjurans Nero coercetur à Burrho, diluit crimen mater & accuſatores ad dira rapit ſupplicia.

61. Peſſimus repente ex optimo PrincipeNero, in ſcelus omne præceps ruit. Paulum tamen poſt alteram defenſionem liberum dimittit. Agrippinam matrem interficit.

62. Terroribus miſere agitatus & parricidij immanis conſcientia ſibi ipſi inviſus, ſcelera deinceps ſceleribus cumulat, ab nullo abhorrens poſtquam depuduit, in cujus menſam fulmen cadit.

63. EtiamOctaviam conjugem hoc anno, cui Poppæam ſuperinducit, relegata primum in Pandateriam, interfici curat.

64. Hiſtrioniam exercet Nero,omniaque inUrbe luxu atque inauditis libidinibus polluit. Roma vaſtiſsimo ſex dierum incendio vaſtatur, Nerone vel jubente vel volente Chriſtianis in crimen vocatis,& per immania tormenta occiſis.

65. C. Piſo cum præcipua Urbis Nobilitate in necem Neronis conjurant, ſed conjuratione detecta innocentes æque ac nocentes immani ſtrage ad cædem rapiuntur.

66. Nunc primum incendium Romæ diverſi

A. C.

memorant; mira Hiſtoriæ confuſione quos parte I. Nuclei ſequuti ſumus. Pergit nobilisſimos tollere è medio tyrannus. Reſtaurat urbem ſplendide & Palatium auro & gemmis fundat.

67. Seneca, verè Chriſtianus, poſt egregia de Nerone, merita morbi addicitur, ſed & Poppæa conjux & Lucanus Poëta interimuntur.

68. Petrus Chriſti in terris Vicarius, Pontificatū & Apoſtolatus Principatum Martyrio coronatus eſt.

69. Gallis, Hiſpanis & Prætorianis deficientibus Nero conterritus, ſeipſum in fuga gladio conficit. Linus Herculani Mauri filius Volaterranus Petri ſucceſſor, de Eccleſia latè meretur.

70. Vix menſes 7. præeſt Imperio Galba & à militibus interficitur. Succedit Ottho, qui Imperium invadente Vitellio ſeipſum conficit. Hic à Veſpaſiano, qui faſces invitus aſſumpſit, paulo poſt interimitur.

71. Capitolium Romæ exuſtū ſplendide reſtaurat Veſpaſianus ſub quo Reſpubl. & Italia mirè refloreſcit.

72. Romæ triumphat ob captam Hieroſolymam cum patre Veſpaſiano Titus & Jani templum clauditur.

73. Linus Germanis mittit Epiſcopos, non verbo ſolum potens ſed opere, miraculorum gloria, & mortuorum reſuſcitatione.

74. Veſpaſianus in omne hominum genus liberaliſſi-

A. C.

raliſſimus, eruditos præcipue, primus è fiſco Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena conſtituit.

75. Urbe pelluntur Philoſophi, magno Chriſtianorum bono, quod ab illis plurimum affligerentur. Rempublicam præclare reſtituit Veſpaſianus. Italiam ſanguine ſuo ornat S. Apollinaris S. Petri diſcip.

76. TemplumPacisRomæ dedicatum, in quod vaſa & ornamenta plurima illata ſunt templi Hieroſolymitani.

77. Multis regnis in provinciam redactis Imperium auget verè Auguſtus Veſpaſianus. S. Linus Papa alia inter præclare ſancita, ſtatuit, ne mulier niſi velato capiteEccleſiam ingrederetur.

78. Naſcitur Adrianus poſtea Imperator. Aſconius Pædianus & Plinius Senior magno in honore à Veſpaſiano habentur.

79. Pro Nerone ſe non nemo venditat, quem ArtabanusParthorum Rex fovensVeſpaſianum graviter offendit. Hic multa præclara in Urbe & Imperio ſtatuit.

80. Inſcio Imperatore S. Linus, primus â Petro Romanus Pontifex Martyrio afficitur. Romæ quotidie ad 10000 peſte pereunt.

81. Titus patri Veſpaſiano ſuccedit Delicium humani generis appellatus. Veſuvius in campania exardeſcens, totas urbes & provincias exurit.

82. Templum Capitolini Jovis, ſed & Pantheon cum magna Urbis parte conflagrat, plurimis Chriſto nomen dantibus, quod mundi finem inſtare crederent.

A. C.

83. Incredibili omnium luctu Titus Imp. moritur, ſcelere ut nonnulli volunt Domitiani fratris, & ſucceſſoris.

84. Optimum initio principem agit Domitianus, ita ut Titi ex obitu commune omnium dolorem conſopiret: jus diligenter & induſtrie dixit, multa præclare inſtituit, & publico conſuluit.

85. Simulatam aliquandiu clementiam repente exuit Domitianus, & in cives immaniter ſævire cœpit. S. Cletus Pont. Maximus primus in litteris utitur: Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

86. Occaſione cuiuſcunque calamitatis Chriſtiani in crimen vocantur. Reſtaurat templa Domitianus ſub Tito exuſta.

87. Primus Agon Capitolinus, qui quolibet quadriennio exacto repetebatur inſtitutus eſt. Pergit ſævire in cives Domitianus.

88. Inſignem Romani in Germania cladem accipiunt. Quinquennalium Ludorum initia hoc anno ponit Baronius.

89. Contendit cum Chriſto ſcelerata ambitione Dominus, & ipſe DEUS dici vult, & Virginis Palladis filius.

90. Quintilianus Romæ docet. Floret Poeta Martialis. Movet in Germaniam adverſum Dacos Domitianus.

91. Obtritis Dacis victor Romam revertitur Domitianus, â quo tamen plures gentes avaritia Præſidum irritati deficiunt.

92. S. Ioannes Evangeliſta illuſtri Martyrio Romam ornat illæſus in fervꝫnti oleo, inde

mitti-

A. C.

mittitur in Pathmos â Domitiano.

93. Primus Conſulum Romanorum, conſulatum Martyrio conſecrat S. M. Anicius Glabrio, quo ipſo anno glorioſè occumbit S. Cletus Papa.

94. S. Clemens Succeſſor Cleti magnis meritis Vrbem demeretur, ex genere Impp. multos è Nobilitate convertit.

95. Immani crudelitate ſecundam Perſequutionem Chriſtianorum proſequitur Domitianus, ſimilior Neronis quam fratris ac parentis. S. Clemens Galliæ mittit S. Dionyſium.

96. Domitianus repente cavet edicto Chriſtianis mox de novo ſævit. Clemens 7. Urbis Regiones totidem tribuit Notarijs, qui Martyrum paſſiones & acta deſcriberent.

97. Domitianus Mathematicos Vrbe proſcribit, & immaniter Chriſtianos perſequitur, Vrbem ædificiis ornat.

98. Miſere à libertis ſuis multis vulneribus conficitur Domitianus, cujus nomen â Senatu eraditur, & ignominioſe cadaver ſepelitur. Succedit Cocceius Nerva opt. Imp.

99. Trajanum adoptat Nerva Vrbique ac orbi mirifice conſulens, Perſequutione, vix adito Imperio ſublata, dum multa præclara orditur, è vita excedit, ſuccedente Trajano.

100. Reſuſcitat Perſecutionem Trajanus prohibitis Sodalitijs, quo titulo in Chriſtianos ſævitum, abſente etiamnum Imp.

Nunc

A. C.

101. Nunc primum ex Germania Romam occurrit Trajanus, magno Senatus totius Italiæ plauſu exceptus.

102. S. Clemens Papa *Martyrio* coronatur. Dacos & Decebalum vincit Trajanus. Floret Plinius ſecundus & Florus.

103. Quieſcit nonnihil perſecutio Plinio honorarium conſulatum indepto, & Chriſtianis plurimum addicto.

104. Revertitur in Germaniam Imperator, victisque Dacis & Scythis triumphans regreditur. B. Petri ſepulchrum ornat & Pontificum ſepulturæ locum tribuit S. Anacletus Papa.

105. Rege Decebalo deſperatione rerũ ſibi manus inferente plurimæ provinciæ ſe ſubmittunt Trajano Legatos earũ audiente.

106. *L*itterarum non minus quam armorum amantem ſe probans Trajanus, rei litterariæ plurimum conſulit, litteratos fovet, & inſignes bono publico condit Bibliothecas.

107. Prolataturus Imperium in Orientem movet & Armeniam multaque alia loca armis ſubigit.

108. Luſtrans exercitus Trajanus, Chriſtianorum undecim millia reperit, quos in Armenia exulare jubet.

109. S. Ignatius Epiſcopus Romam vinctus mittitur. Pergit augere Imperium Trajanus ſolo nomine omnes terrens & ſubigens.

110. Senatus Trajano pro tot Victorijs, non unum, ſed quotquot vellet triumphos offert. Damnatur ad beſtias S. Ignatius.

A. C.

111. Rem Romanam mira felicitate auget & promovet Trajanus in motu tamen quodam, haud minimum periclitatur.

112. Martyrio coronatur Romæ S. Anacletus Papa, qui decrevit ut Epiſcopus à tribus Epiſcopis ordinaretur Succedit Evariſt⁹.

113. Sola magnitudine laborat & ſua mole Imperium tantopere ab Ædo Trajano auctum. Aſſyria, Meſopotamia & Armenia fiunt provinciæ.

114. Luit denique ſuam in Chriſtianos impietatem, & viribus repente & fortuna deficientibus. Evariſtus alia inter decrevit, ut ex traditione Apoſtolica Matrimonium publice celebretur, adhibita Sacerdotis Benedictione.

115. Iniquioris Trajano fortunæ occaſione plurimæ provinciæ à Romanis deficiunt.

116. Judæi quoque defectionem moliuntur, cæſis Romanorum & Græcorum 200 millibus prope Cyrenem, in quos miſſus à Cæſare Martius Turbo egregiè vindicat.

117. Pergunt Romani Judæos plectere quorum infinitus penè numerus per Meſopotamiam crudeliſſimè mactatur.

118. Territus nimia copia Chriſtianorum ſe ultro ad necem offerentium miteſcit nonnihil Trajanus, & à Perſecutione remittit.

119. Trajanus apud Seleuciam Armeniæ ventris profluvio moritur æt. 63. ſuccedente Adriano conſobrino.

120. Adrianus Trajani æmulus liberalitate inprimis in cives ipſum vincere ſatagit, Romam veniens 2,2. Myriades Auri

A. C.

auri in eoſdem dividit,& ſyngraphas debitorum comburit.

121. Martyrij palma glorioſus in cœlos evolat S. Evariſtus Papa, ſuccedit in Petri Cathedra S.Alexander I. vir verè *M*agnus.

122. Confecto belloSarmatico luſtrat provincias Adrianus Imp. interim Romæ & Italia invaleſcit perſequutio.

123. Nigrini contra Adrianum ſe prodit conſpiratio, multi proceres morte luunt. Innummeri Chriſtiani ad necē ſe offerunt.

124. In Gallias, Germaniam & Britanniam ipſas concedit Imperator, multa pericula diſcutit, gentes ſibi conciliat.

125. Alexandria magnum coquit malum, quod præſentia ſua diſcutit Imperator. Inde Hiſpanias luſtrās. Athenas inviſit.

126. Mira Romæ efficit & in Italia S. Alexander Papa, & magnam imprimis Romanæ Nobilitatis partem Chriſto lucratur.

127. Vix anno ſuperiore Romam adverſus Imp. iterum oriente luſtrat, & mira ſollicitudine bonum publicum curat.

128. S. Alexander ſub hoc tempus aquæ Luſtralis adhibito ſale uſū introducit,& modicum aquæ vino conſecrando adhiberi jubet, addens in Canone: *Qui pridie quam pateretur.*

129. Mira ſollicitudine Auguſtus in pauperum cauſas in omni gente, inque Iudices & Præſides inquirit. Cui plura templa dicantur.

130. Ex Aſia in Syriam venit, reſtauratam Hieroſolymam à ſe cognominari Aeliam jubet. Decer-

A. C.

131. Decernit denuo in Iudæos bellum Imp. qui ob illata prophana ſacra arma corripuerunt, infinitis millibus eorundem cæſis.

132. Martyr in cælos evolat S. Alexander Papa ſuccedente Sixto. Adrianus in honorem Antinoi pueri condit Antinopolim.

133. Adrianus Romam, Italiam & provincias mire demeretur. Faceſſit negotia Chriſtianis Celſus Epicureus, editis ſcriptis ſceleſtiſſimis.

134. Eruditorum Mecœnas ſalutatur Adrianus Imp. Edictum Salvianum adit, quod Pandectarum Iuris poſtea Archetypon fuit.

135. Iudæis denuo corripientibus arma Adrianus Iulium Severum è Britanniis evocat & Rufo in ſubſidium mittit.

136. Clarent Palæmon & Favorinus. Ornandæ Vrbi intentus Adrianus, nihilominus provincias perpetuo luſtrat.

137. Romam reverſus, dum vel maximè conſulere Vrbi & imperio cupit Commodum adoptans peſſime conſulit.

138. Feliciter per Severum Iudæos debellat Adrianus, & porcum in porta Hieruſalem ſculpi curat, in ſignum proſcriptorum Iudæorum.

139. Renunciatus ab Adriano ſucceſſor Aelius Verus, conſul electus prima die moritur. Adrianus graviter ægrotat.

140. Vitam abrumpere ſæpe conatus Imp. fame ſe denique conficit deſignato pro ſe Antonino Pio, quod Commodus nimis iuvenis eſſet.

Præeſt

A. C.

141. Præeſt magna tranquilitate & modeſtia Antoninus Pater Patriæ dictus. Sub quo Chriſti fides plurimum dilatatur.

142. Ignorante Cæſare ſæviunt in Chriſtianos Præfecti & Præſides. Martyr cœlos triumpho implet S. Sixtus, ſuccedit Teleſphorus.

143. Judæi ſemper Impij ſub Pio Cæſare pro meritis caſtiguntur, claret Medicorum Princeps Galenus.

144. Contra rebelles Britannos mittitur à Cæſare Lollius Urbicus, qui magna clade eos reducit ad obſequium.

145. Valentinus Hæreſiarcha variarum Hæreſum Auctor ſe prodit. Apollonius Magnus Apollonij diſcipulus celebratur.

146. S. Telesphorus Jejunium 40mæ ab Apoſtolis traditum, forte à multis ob perſequutiones neglectum, novo edicto reſtaurat. *Marcio* Hæreſiarcha multos Romæ ſeducit.

147. Multa de Iure ſancit præclare Antoninus Imp. Teleſphorus triplicis in Natali Domini *Liturgiæ* & Doxologiæ inſtitutor.

148. Sub quietisſimo Principe felicisſimus Romæ & Italiæ ſtatus, ſub quo miro ſplendore ædificia ſurgunt, litteræ florent.

149. Totus de hoc Cæſare ſibi orbis gratulatur, cum non ſolum exactiones prohiberet, ſed omnes è ſuo ipſe ſublevaret.

150. Iuſtinus Martyr Apologiam ſuam edit. Eruditos inſigni liberalitate fovet & colit Antoninus Pius Imp. Aug.

Expe-

A. C.

151. Expeditionem parat in rebelles Mauros, Dacos & Germanos quos per Legatos feliciter edomat & compeſcit.

152. Repræhenſus à Iuſtino dein Martyre Creſcens Cynicus ob gulæ vitium, totus ad perdendum illum convertitur.

153. Sola Auctoritate rebellem Parthorum Regem armis petiturus prius commonitum, triumphat, quo modo & Iberiæ Regem vincit.

154. Romæ & alibi portentis territus Imp. cauſam in Chriſtianorum perſecutores conijcit, à quibus & Teleſphorus ſublatus ſuccedente Higinio. Proin Chriſtianis edicto cavet.

155. Antoninus auxilia in Pontum mittit contra, Tauro-Scythas. Marcion, Valentinus, & Cerdo, dum Gentiles ceſſat, vexant Eccleſiam.

156. Qui hoſtes olim Cæſarum & Imperij erant, conſilio nunc Antonini utuntur, & pro ope recurrunt.

157. Iuratus otij hoſtis Antoninus, artes inutiles Reipubl. proſcribit, Liberalibus & utilibus omni modo conſulit.

158. HiginusPapa decedit, interMartyres cenſus, quod inſcioImp.&Chriſtianis æquiſſimo multa tamē à gentilib⁹ paſſus ſit. ſucc.Pi⁹.

159. Celebratum pridem juſſu Apoſtolico die Dominica Paſcha, forte nonnullis aliud volentib⁹,novo edicto firmat S.Pi⁹ Papa.

160. Multa faceſſunt negotia rei Catholicæ diverſæ Hæreſes, Pio Papa & Epiſcopis plurimum deſudantibus. Ille duas

magni

A. C.

Magni momenti ſcribit Epiſtolas.

161. Miro diſſitarum Gentium in Antoninum Imp. reſpectu & ut in communem Patrem affectu Indi, Bactri, Hircani alijque ſponte ſe dedunt.

162. Luctuoſiſſimus orbi univerſo Annus optumi Cæſarum obitu, referente ad ſequentem annum Baronio, ſuccedunt M. Antonius Philoſophus & Lucius verus.

163. Verus ab Antonino mittitur ad Parthos comprimendos qui quod Diis impensè addictus eſſet, Perſecutionem quintam excitat.

164. Morte Antonini Pij audita gentes plures à Romanis deficiunt, Juſtinus tertiam edit Apologiam.

165. Infauſtus Cæſaribus & Romanis annus, dum memorabili clade Atidius Cornelianus â Parthis profligatur.

166. Magni in Italia deductus. Occupatam à Vologeſe Parthorum Rege Armeniam Statius Priſcus recuperat, feliciter proſequitur L. Verus.

167. Glorioſo Martyrio fideles animat S. Pius Papa, ſuccedit Anicetus Rhætis contra Marcomannos ſubſidio mittitur Aufridius Victorinus.

168. Proſequuntur feliciter bellum Romani in Oriente, & triumphatis Cappadocia & Syria Seleuciam cum 30 millibus hominum capiunt.

169. Ut Deos ſibi redderet propitius L. Verus, ante bellum Marcomannicum immani acerbitate Perſecutionem reſtaurat.

Peſti-

A. C.

170. Peſtilens lues Orbem Urbemque peſſimè affligit.Inſimulati Chriſtiani, ob id ipſũ perſecutione nimium invaleſcente.

171. Ad bellum Marcomannicum uterq; Impp. proficiſcuntur. Victorinus vincitur,receptum ſuadet verus obnitenta Antonino.

172. Moritur Apoplexia L. Verus Imp. congreſſus cum hoſte Antoninus vincitur.

173. Montanus HæreſiarchaEnthuſiaſta ſub ſpecie pietatis multos ſeducit, multa de conſummatione ſæculi prædicere conatus.

174. Iterum alius Hæreſiarcha Tatianus exurgit, contra quem ſcripſêre utiliter Origines & Apollinaris.

175. Patitur S. Anicetus, qui ſtatuti, ne Clerici comam nutrirent.HuicSother ſufficitur. Triumphat de QuadisAntoninus precibus Legionis Chriſtianæ, quæ inde dicta eſt *Fulminatrix.*

176. Epiſtola pulcherrima ſcripta ad Senatũ Antoninus Imp. diſerte fatetur, Victoriam ſuperioris anni memorabilem deberi Chriſtianis.

177. Falſo rumore deceptus Caſſius de morte Imp. invadit imperium, contra quem dum movet Antoninus, jam occiſum intelligit.

178. Summo plauſu redux in Italiam & Romam recipitur,& cum filioCommodo ſolenniter triumphat.

179. Gnoſticorum ſcelere iterum accenditur perſequutio,qua & Sother patitur, Eleutherio ſuccedente.

Recu-

A. C.

180. Recrudeſcit bellum Marcomannicum; quod nuper abrupiſſe potius Cæſar viſus eſt, quam finiviſſe.

181. Accipit litteras S. Eleuthorius â Lucio, Britannorum Rege, in fide cupiente informari, cui Papa Fugatium & Damianum mittit.

182. Fame Voluntaria conficit ſe Imperator, vitæ tædio, quod filium prævideret exitio publico natum, peſſimè imperaturum.

183. Monſtrum orbi imperans, optimi patris peſſimus filius magnis primùm honoribus colitur, à quo Chriſtiani pacem auro redimunt. Is bello non confecto de Marcomannis triumphat.

184. Erumpit manifeſtus degener Commodus, & quantum pepercit civi parens, tantum ipſe vexat & opulentisſimos quoſque enecat.

185. Fides tamen Chriſti plurimum proficit perſequutione ſublata Nationes ultra Daciam ſubjugat Peſcennius.

186. Nil agens Commodus, multum egiſſe gloriatur, totus ipſe luxu diffluens victus à Marcello Britannis, Brittanicus & Hercules vult dici.

187. Naſcitur ſub hunc annum Origenes, ſive ſubſequentem. Vendit omnia munera commodus, ita ut uno anno 25. Conſules legerentur.

188. Conjuratione in Cęſarem detecta, plurimos principum occidit Commodus.

189. Pejor Senatus etiam pesſimis Principibus Apollonium Senatorem delatum à ſervo, da-

A. C.

vo, data ratione Fidei abſque ratione capitis damnat.

190. Ulciſcente Numine præcipuos Senatorum Commodus mactari jubet, inſigniter deinceps Catholicis reſpirantibus.

191. PergitCommodus commoda ſua curare, & potentiores quoſque obterit. Serapion inter ſcriptores celebratur.

192. Commodus Solis Coloſſo ſuum caput imponit. Pertinax miſſus à Cæſare in rebellem Britanniam, quietem reducit.

193. Templum pacis cum parte Urbis conflagrat. Commodus tamen ſpectaculis populum recreare ſatagit, & perſonam Herculis induit.

194. S. Eleutherius Papa vita excedit, incertum an gladio peremptus, multa tamen paſſus, & inter Martyres cenſus, ſuccedit Victor.

195. Commodus dat pœnas magnorum ſcelerum ſtrangulatus à Narciſſo Athleta. Succedit invitus Pertinax Opt. Imp. ſcelere Juliani poſt 6. menſes occiſus, hic poſt 66. dies à Severo regno & vita privatur.

196. Severus & Pertinacem & Ælium referre & nomine & opere conatur. Praxeas & Theodotus Hæreſiarchæ Eccleſiam turbant.

197. Severus Imp. contra Feſcennium Tyrannum pugnat feliciter & victum interficit. Albinus etiam nomen Imp. uſurpat.

198. Contendentibus denuo quibuſdam de celebrando Paſchate S. Victor denuo die

A. C.

Dominica celebrari decernit. Severus *M*edos, Arabes Parthos, triumphat, & Bizantio potitur.

199. Victricia ex Oriente infert ſigna in Galliam & Albinum occidit.

200. Severus *R*omam reverſus in Albini fautores animadvertit, & 41. Conſulares ac Prætorianos capitis damnat. Redit in Orientem.

201. Miles quidam Chriſtianus coronam recuſans, cauſa eſt iteratæ Perſecutionis. Severius Barſennium Regem fruſtra obſidet.

202. Bellum Parthicum urget Severus cui adeſt Abagarus Rex Oſrænorum Chriſtianus.

203. Victor Papa Martyrij triumpho donatur ſuccedit Zepherinus Severo ob victos Judæos Romæ triumphus decernitur.

204. Severus Romam ſcribens ſextam indicit Chriſtianorum Perſecutionem generaliſſimam, eoque redit fine anni Victor Orientis.

205. Triumphat ſolemniſſimè cum filio. Chriſtiani Romæ, tota Italia totoque orbe diriſſimè exagitantur.

206. Plautiano juratiſſimo Chriſti hoſte, primo poſt Auguſtos, juſſu Cæſaris interempto, quieſcit nonnihil perſequutio.

207. S. Natalius lapſus in Hæreſim Theodoſianam, percuſſus ab Angelis S. Zepherino Papæ fit ſupplex, pluribus ita ad ſedem Petri recurrentibus.

208. Graviter labitur Origenes, eviratus à ſeipſo, ne pueros & puellas docens ſuſpicionibus pateret. Tertul-

A. C.

209. Tertulliani celebre nomen, qui nunc plurimum laborat contra Marcionis errores. Moturus in Britannos Cæſar impeditur.

210. Confligit varia fortuna cum Britannis Cæſar, compoſitis denique rebus Britannicus cognominatur.

211. Intentus Imperio Severus 32. Legiones per provincias limitaneas diſtribuit, æger animo, quod certus eſſet filium ſibi necem parare.

212. In Britannos denuo rebelles mittit filium Imperator.

213. Ulciſcente Numine mœrore conſumitur magis quam morbo Severus, ſuccedit filius Anton. Caracalla, qui mox patris & fratris Getæ familiares interficit.

214. Parricidarum nequiſſimus Caracalla etiam fratrem ſummæ Virtutis juvenem Getam in ſinu matris interficit, eique & patri ſtudentium 20 millia occidit.

215. Zepherino rem ſtrenue contra Hæreticos agente diverſa paſſim Concilia celebrantur.

216. Tertullianus turpi caſu in Cataphrygum Hereſim prolapſus Catholicos impugnat, Zepherinus lapſos, contra Paracleti impij dogmata, recipiendos ad pœnitentiam decernit.

217. Caracalla Aſiam Syriam & Germaniam luſtrat, illuſus Alexandriæ mirè ſævit in Ægyptios.

218. Movens in Parthos Imperator & incantos opprimens Parthicus dici vult, ubi fœde-

A. C

& ſepulchra Regum violat.

219. Macrini opera interficitur in Meſopotamia Caracalla, & ille ſalutatus Imp. Parthos ſubijcit.

220. Occiſo ob crudelitatem Macrino ejuſque filio Diadumeno Antoninus Caracallæ filius dictus Heliogabalus imperat.

221. Martyrum lauream multa patientia meritus S. Zepherinus Papa moritur ſuccedit Calliſtus. Heliogabalus Romam intrat.

222. Gratiſſimus primum Romæ & Italiæ novus Imp. probris ſe omnibus contaminavit & obſcæniſſimè vixit.

223. Omnia peſſimè gerens Heliogabalus id unum nunc optime Alexandrum Cæſarem appellando & ſucceſſorem deſignans.

224. Pertæſi turpitudinem Imper. milites ipſum trucidant, & in cloacas, mox Tyberim abijciunt. Succedit Alexander opt. Imp.

225. Alexander doctiſſimos quoſque Reip. admovens, ignorans peſſimè Chriſtianis conſulit, dum illi plus cæteris in bonos ſæviunt, & Chriſti fidem exſufflant.

226. Coronatur Martyrio Calliſtus Papa, ſuccedit Urbanus. Favet Chriſtianis Imp. Mammeæ Sanctæ Matris filius, ſed judices vario nomine Chriſtianorum cædem cœlant.

227. Multis modis depravatam Remp. reformat Alexander Imp. Matris procul dubio inſtinctu, quam piè coluit, & Larario quoque ſuo Chriſti imaginem intulit.

228. Totus modo verſatur idem in libidine ex urbe

A. C.

urbe profliganda Patitur Romæ, ſub alio prætextu S. Martina.

229. Feliciſſima Roma atque Italia tali Principe, cui charius pace nihil erat. Imo felix orbis univerſus, dum in Præſides provinciarum ſedulo inquirit, ne ſubditi undecunque affligerentur.

230. Tetrapha nuper colligens Origenes, inventa nunc ſexta ſcripturæ editione ad Hexapla elaboranda convertitur.

231. Dio nunc ſecundum Conſul. Hiſtoriam finit. Eugannus Rhetor, Philemon & Tatianus florent.

232. Patitur Anicij generis immortale decus S. Cæcilia. Purgat ſe toti Eccleſiæ Origenes de erroribus aliunde in ſua inſertis.

233. Dum Urbanus Papa Eccleſiæ vaſa argentea jubet Alexander Imp. aurum omne in anibus Deorum ſacris prohibet. S. Urbanus Papa Martyr in cœlos evolat. Præficitur Pontianus.

234. Moritur Mammæa Sancta Cæſaris mater de Catholica Religione optimè merita. Pergit conſulere Reip. Alexander Imp.

235. Idem Artaxerxem Perſarum Regem Imperium tentantem ullo petit.

236. Triumphat Romam reverſus Alexander, moxque in Germanos movet.

237. Maximinus Tyrannus apud Moguntiam Opt. Imp. Alexandrum interimit, ipſe Imperium invadit & in Chriſtianos ſævit. Pontianum Papam Martyrio afficit.

238. Nunc quoque Antherum Papam interimit ſuccedente Fabiano. Gordianus contra

A. C.

Maximinum ſalutatur, Imp.

239. Rebellant ſollicitante ipſo Senatu provinciа, unde coactus Tyrannus Maximinus exercitum in Italiam ducit.

240. Aquileiam obſidens Maximinus à ſuis occiditur, & Gordianus Iunior Imperator conſalutatur.

241. Fruitur paceEccleſia ſub juvene ſed optimo Imp. cujus Vox digna Chriſtiano: Miſer eſt Imperator apud quem vera tacentur.

242. Pergit contra rebellem Africam Gordianus & rem feliciter agit Gotthis interea Imperium turbantibus.

243. Integræ paſſim urbes terræ motu corruunt. Sapores Perſarum Rex Antiochiam Imperij expugnat.

244. Perſas bello domat Gordianus, & hos Meſopotamia, Scythas Myſia pellit.

245. Miſitheus ſocer Gordiani vir optimè meritus inſidijs Philippi occiditur, & hic efficit ut Collega Imperij poſceretur.

246. Nimia Imperij ambitione non contentus Collega eſſe immeritum, nec tale quid metuentem Gordianum è medio tollit.

247. Compoſitis in Oriente rebus Philippus Romam contendit, & filium Philippum Iuniorem ſibi adjungens Auguſtum creat.

248. Philippus in Gotthos movet Pannoniam turbantes ac Moeſiam Origenes Fabiano Papæ ſe purgat.

249. Valeſiorum & aliæ inſurgunt Hæreſes. Philippus ad Sacra Chriſtiana propenſus, multa præclarè ſtatuit.

Mari-

A. C.

250. Marinus in Pannonia in Oriente Tapianus Impp. nomen aſſumunt, oppreſſi uterque atque occiſi.

251. Ex Inſcriptionibus: *Numinis Majeſtatiſq;* omiſſis titulis liquet hoc primum anno Philippos Chriſtianos factos.

252. Priuſquam publicè Chriſtianos ſe profiterentur Cæſares à Decio Tyranno occiduntur, qui mox filium ſibi adjungit.

253. Decij Tyrannidem Martyrio inſignit S. Fabianus Papa ſede dein ſupra annum vacante. Perſas Imperio eijcit Decius.

254. Cornelius Fabiano ſuccedit Pont. Decius in Gotthos ducens ab his cum filio & toto exercitu trucidatur. Gallo Imperium cum filio ſuo invadente.

255. Continuatur ſub Decij nomine Perſecutio, qua Cornelius Papa patitur ſuccedente Lucio.

256. Supremus origeni annus. Bellum Æmiliano dum parant Impp. & hi & ille à conjuratis mactantur, ſuccedit Valerianus.

257. Hic Gallienum filium Collegam aſſumit, & contra Marcomannos mittit. Vitam glorioſè profundit S. Lucius Papa.

258. Stephanus Lucio ſuffectus rem ſanctè gerit. Marcomannis repreſſis, paſſim tamen novi motus excitantur.

A. C.

259. Sitientiſſimus ſanguinis Valerianus octavam indicit Perſecutionem. Eugenius in Oriente invadit Imperium.

260. Multa præclarè inſtituit S. Stephanus Papa hoc anno interemptus Sixto ſuccedente. Valeriani occurrentis metu occiditur Eugenius.

261. Vix duos menſes præeſt Sixtus & *Martyrio* coronatur, ſuccedit Dionyſius. Patitur S. Laurentius. Valerius in Illirico ſalutatur Imp.

262. Dat pœnas crudelitatis in Chriſtianos impius Valerianus victus captusque à Sapore. pro Scabello equum ſcandenti ſerviens, qua re territus Gallienus à perſecutione ceſſat.

263. Diſſipatur rebellione Imperium. Plurimi ſalutantur pasſim Impp. qua occaſione plurimi Chriſto dant nomen.

264. Gallis, Germanis, Aegyptijs deficientibus ignavisſimus Cęſarum ridens: *Et nunquid ſine his eſſe non poſſumus?*

265. Orientem occupat Odenatus, cui Auguſti nomen ipſe confert Gallienus. Cenſorinus iterū ſalutatus Imp. à ſuis occiditur.

266. Mœonius Odenatum patruum occidit mox ipſe occiditur Zenobia dein imperante & viriliter Perſas propulſante.

267. Eadem miſſum contra ſe Valerianum valide profligat. Germani in Gallia & Italia rem feliciter promovent.

268. Evigilans denique Gallienus Illiricos tumultuantes reprimit, inde cum Aurelio movet in Gallias. Scele-

A. C.

269. Scelere Claudij Ducis Gallienus cum Valeriano fratre trucidatur, & Claudius Imp. ſalutatur.

270. Felix bello Claudius 320. millia Gotthorum internecione delet. Thraces inſuper, Scythas, Dacos & Germanos ſuperat.

271. Truculentior in Chriſtianos Claudius peſte moritur, cujus fratrem Quintillum mox Imperio exuit & vita Aurelianus.

272. Mortuo Dionyſio creatur ſummus Pont. Felix I. Paulus Samoſatenus exauctoratus in Concilio Antiocheno dum ad Imp. provocat, ab hoc jubetur Rom. Pontifici acquieſcere.

273. Tyrannos profligat Aurelianus, Conſtantium mittit in Britanniam. Perſecutionem movens divinitus prohibetur, pergit tamen.

274. Inſignem ex Oriente triumphum refert eoque circumducit Zenobiam, quam tamen ſplendide dein habuit.

275. Conſtantino Magno natalis annus. Victor cœlos aſcendit S. Felix Papa, creatur Eutychianus.

276. Aurelianus denuo monitus ſapere, pene fulmine tangitur movens contra Ægyptios, motus tamen paulo poſt compeſcit.

277. Supremus Aureliano annus, qui ſcelere Notarij ſui à militibus occiditur. Salutatur Imp. Tacitus Princeps Optimus.

278. Immaturè nimis, poſt victos Gotthos Scythaſque ducens in Perſas moritur Imp. Tacitus, Chriſtianorum fautor cujus frater

A. C.

terFlorianus mox occiditur Probo à nonnullis ſalutata.

279. Probus cum Francis & Germanis Galliam occupantibus congreſſus 40.millia profligat. Manichęi ſe produnt.

280. Sarmatas Illirico eijcit Probus, & motus Græciæ componit. Bonoſus & Proculus Tyranni Galliam, Hiſpan. & Britann. invadunt.

281. Regreſſus Romam Probus de Germanis & Bohemis triumphat, Perſequutione ſublata felicisſimè imperat.

282. Germanos per abſentiam rebelles denuo domat, Proculumque & Bonoſum captos interficit.

283. Dum in Perſas movet Imp. à militibus occiditur, ſuccedit Carus, quiMartyrio afficit S. Eutychianum Papam. Sufficitur Cajus.

284. Numerianus Caro patri mortuo ſuccedit, quo mox ſcelere Apri ſoceri occiſo, Diocletianus à militibus Imp, conſalutatur.

285. Æmulis è medio ſublatis & Apro, & Carino Caro filio Diocletianus Regnum ſibi firmat, & MaximianumCollegam adſciſcit.

286. Incredibile pene quanta ambitione plurimi Imperium ambiant, cautè omnium conatus intercipiente Diocletiano, qui Romæ inprimis horrendum Chriſtianos exagitat.

287. Diocletianus in GotthosScythaſq; ducens, in Germanos Galliam vaſtantes Maximia-

A. C.

mianus, uterque feliciter rem gerit.

288. Qualis & Marcomannis victis revertitur Romam Diocletianus, eoque Collegam vocans de bello Africano & Ægyptio deliberat.

289. Quinquennalia celebrant Auguſti & bellum differunt dum hoſtes ipſi inter ſe acriter confligunt.

290. Omne ingenium uterque Impp. convertunt adverſionem Chriſtianorum, cædes undique cædes, ſanguine fora complentur.

291. Exardeſcunt vicisſim omnia bello, inde quiſque Impp. ſibi Collegam adſciſcit, Conſtantius in Brittannos, Galerius in Germanos mittitur, ipſi contra Achillem in Africam & Ægyptum movent.

292. Alectus Curauſium vita exuit, cujus claſſem cautè declinans Conſtantius Britanniam tenet, & feliciter pugnat.

293. Galerium ad Societatem belli Ægytij vocat Diocletianus victus Archillas effugit, Inde Galerius contra Armenios.

294. Diocletianus Archillam Alexandriæ expugnat & Interficit, hocque & ſequenti anno Ægyptum expugnat.

295. SS. Serenam propriam conjugem & Suſannam Galerij conjugium recuſantem occidit Diocletianus. Victi Perſæ & Afri.

296. S. Cajus Papa S. Suſannæ patruus Martyrio vitam finit ſuccedente Marcellino.

A. C

Conſtantius contra Germanos Galliam repetentes pugnans, victus, mox victor 60 millia cædit.

297. Narſeo Parſarum. Rege alijsque victis hoſtibus Orbis paci redditur.

298. Pace abuſi Cæſares toti in pernitiem Chriſtianorum incumbunt.

299. Soli Chriſtianis hoſtes impij Cæſares, Aſſyria Meſopotamian, Armeniam &c. in provincias redigunt. Pax ubique terrarum.

300. Victo Oriente ſolemniſſimè triumphant Imperatores. Turpiſſimus Diocletianus pro Deo vult adorari.

301. Edictum perdendæ rei Chriſtianæ Impp. toto orbe proclamant.

302. Orbis univerſus madet Chriſtiano ſanguine. Marcellinum Papam territum Dijs thus adoleviſſe Officium Eccleſ. multis ſæculis tradit & cànit, obnititur Baronius Auguſtinum allegans.

303. Contremiſcit Italia, ipſi quoque gentiles, Romani maximè nimia Cæſarum in ultroneos ad Martyrium Chriſtianos immanitate.

304. Nunc animoſior ad pugnam S Marcellinus ultro ſe offert ad cædem & Martyrio coronatur, ſuccedit Marcellus. Diocletianus Imperio ſponte ſe abdicat, & ad idem faciendum ægre perſuadet Maximianum.

305. Continuatur ſub nomine Diocletiani Perſecutio. S. Ianuarius cum Socijs in Campania illuſtre pro fide certamen ſubit.

Con-

A. C

306. Conſtantius Cæſar Catholicus moritur, ſuccedit S. Conſtantinus.

307. Exambit denuo Imperium Maximianus, & Diocletianum ſimiliter, ſed fruſtra concitat. Galerius Conſtantino inſidias ſtruit, ſed ijs detectis aufugit.

308. Maxentius contra Conſtantinum ſalutatur à nonnullis Imperator & Romæ in Chriſtianos ſævit, ille Bructeros bello domat, inde in Maximianum movens captum Maſſiliæ ſtrangulat.

309. Marcellus Papa cælos Martyr conſcendit, ſcriptor inſignis Epiſtolæ de Primatu Rom. Sedis, ſuccedit Euſebius. Romæ occaſione incendij tumultuatur, ſed conſopit Maxentius.

310. Infandam meditatus Hæreſim impius Arrius venenum diffundit.

311. Euſebio Papæ ſupremus hic annus, evehitur in Patri ſedem Melchiades. Galerius æger fruſtra implorat Chriſtianorum preces.

312. Sub auſpicijs ab vexillo S. Cruc. grandi clade profligat Maxentium Conſtantinus, & erudiri de fide rogat.

313. Diocletianus Crucem exaltari conſpiciens ſumpto veneno ſe conficit. Conſtantinus Germanos ſubigit. Licinium affinem in Orientem mittit. Melchiadi Papæ mortuo ſuccedit Sylveſter.

314. Florentibus Fidei rebus ſub Sylveſtro nunc plura concilia celebrantur Victus à Licinio Maximinus paulo poſt moritur.

315. Deficit à Conſtantino Licinius, victus ad

A. C.

Cybalas Thracia Aria & Ægypto contentus eſſe jubetur.

316. Licinius denuo rebellis etiam Chriſtianos perſequitur. Conſtantinus damnatos à Concilijs Donatiſtas, & ipſe damnat.

317. Mirè ſævit in Chriſtianos Licinius, quem nunc primum victum ad Cybalas contendit Baronius.

318: Rem Catholicam mire promovet in Occidente Conſtantinus.

319. Nec quidquam dehortatur ab Impietate Arrium Conſtantinus.

320. Alemannos bello domat Criſpus Conſtantini filius, hic utilisſimas Reip. Chriſtianæ Leges condit.

321. Sauromatas Scytaſque bello domat Conſtantinus. Legem contra Maleficos condit. Milites orare docet.

322. Nova molientem *L*icinium terra mariq́ue petit Conſtantinus. Aliter Baronius, ſed Victoris calculo probatur.

323. Triumphat ſæpius de Licinio Conſtantinus, ipſumque cedere Imperio cogit. *R*omæ per abſentiam Conſtantini vexantur Chriſtiani, Sylveſter Papa ſe occultare cogitur.

324. Nova denuo moliens Licinius cum filio occiditur. Conſtantinus *R*omam redux baptizatur. Concilium Rom. 230. Epiſcoporum.

325. Conciliū Nycenū celebratur 318. Patrum, quo Symbolum editur Suppliciū Crucis pro-

A. C.

prohibet Imp. & Legationibus gentium colitur.

326. HelenaMaterConſtantiniS.Crucem invenit. Wandalis partẽPannoniæ concedit Imp.

327. Apoſtolico ſanè Zelo laborat in Fide propaganda Imperator Conſtantinus. Moritur Sancta ejus mater Helena.

328. Variæ ſectæ ex Arianiſmo ſubortæ, cunctis Biblia pro ſe allegantibus, Eccleſiam àverſantibus, ſpiritum S. ſibi arrogantibus.

329. Alteram Romam, Conſtantinopolim molitur Conſtantinus. Gallicanus voto facto mirè triumphat.

330. Stupenda celeritate ſtruitur & abſolvitur nova Roma & mira celebritate dedicatur. Multa piè ſancit S. Sylveſter Papa.

331. Romę Occidentali haud minimum decedit de potentia & majeſtate, invaleſcit tamen S. Petri & Succeſſorum Auctoritas.

332. Templa Gentilium paſſim Edicto ſolemni everti jubet Imperat. Viſigothi Imperium tentant, invaleſcunt Donatiſtæ.

333. Inſigni felicitate Conſtantinus Gotthos, Sarmatas & Alemannos Thraciam invadentes profligat.

334. Deo pro Conſtantino pugnante, ipſi ſemet armis mutuo conficiunt Gotthi atque Sarmatæ.

335. Ad ſuperos emigrat poſt immortalia merita S. Syl-

A. C.

S. Sylveſter Papa ſuccedit S. Marcus, conciliabula cogunt Arriani & Euſebiani.

336. Arrius Numinis horrenda Vindicta, effuſis ſubitum inteſtinis moritur. Partitur in filios Imperium Conſtantinus.

337. Subtrahitur orbi Divus Conſtantinus Auguſtus. Iulius Papa Concilium Romæ celebrat.

338. Intellecta Conſtantini morte Perſæ deficiunt, contra quos movens Conſtautius, æger à S. Spiridione mire curatur.

339. Fratres Impp. de hæreditate acriter contendunt. Athanaſius petitus calumnijs ab Arrianis, commendatur Iulio Papæ ab Epiſcopis Ægypti.

340. Conſtantinus Iunior equo delapſus in pugna contra fratrem, incognitus obtruncatur. Conſtantius infeliciter cum Perſis pugnat.

341. Exauctoratum ab Arrianis Athanaſium Concilio Rom. reſtituit Julius.

342. Pulſus à Philagrio Athanaſius Romam concedens, illic Synopſin Scripturæ edit. Conſtans Francos bello domat.

343. Conſtantius feliciter Perſas profligat, ulciſcente Numine quod tam crudeles in Chriſtianos eſſent.

344. Sapores Perſa Perſecutionem indicit. Sed Azadis Eunuchi mortem dolens, temperat, ſolis Doctoribus infenſus quorum 16. millia occidit.

345. Dum Arriani novum Symbolum fingunt Julius Papa obnixus, ſolum Nycenum ſufficere aſſerit. Infelix bello Conſtantius contra Perſas.

Ad

A. C.

346. Ad preces Conſtantis annuente & fratre Conſtantio Julius Papa Concilium Sardicenſe indicit.

347. Occidentis 300. Orientis 70. Patres ad Concilium occurrunt, damnantur Arriani, abſolvitur Athanaſius.

348. Rurſum Julij auctoritate celebratur Concilium Carthaginenſe quo Donatiſtæ damnantur.

349. Fortunatianus Aquileienſis Patriarcha turpiter à fide deficit ad Arrianos, magna Italia Epiſcoporum confuſione.

350. Conſtans Imp. occiditur â Magnentio exercitus Legato, illo & pluribus Imperium occupantibus.

351. Exercitum parat in Tyrannos Conſtantius & Gallium creat Cæſarem.

352. Julius Papa poſt egregia merita migrat ad ſuperos. Totum omnino annum parando exercitus inſumunt Conſtantius & Magnentius.

353. Cruentiſſimo prælio ijdem colliſi, utrinq; deſideratis 50000, ipſo Tyranno occumbente.

354. Liberius Papa Concilium Mediolani celebrari curat, Conſtantius in Catholicos impie graſſatur.

355. Idem Hæreticus Imp. trecentos patres Mediolani congregatos, jubet vel exulare, vel Athanaſium damnare. Exulat Papa & optimi quivis Julianus Apoſtata Cæſar dicitur.

356. ConſtantiusRomæ triumphat, & Liberium Papam ad preces Matronarum revocat, Julia-

A· C.

Julianus contra hoſtes Galliam infeſtantes mittitur.

357. Ex Quadis Sarmatisque Rhætiam & Pannoniam infeſtantibus, victis 7. Regibus Conſtantius & Julianus triumphum referunt.

358. Contra Liberium Romæ Felix creatur, quod ille damnationi Athanaſij ſubſcripſiſſet. Felix Conſtantiũ damnãs Martyrio afficitur.

359. Totus ſe penè orbis miratur tam ſubito factum Arianum. Reſipiſcit & pœnitet Liberius, mox recipitur à Catholicis & agnoſcitur.

360. Dat pœnas paulatim impius Conſtantius, nec ſalutaria moniturum admittere vult S. Hilarium, dum Julianus iterum Cæſar ſalutatur.

361. Vita excedit mœrore potius quam morbo Conſtantius, Juliano jam palam Imperium vendicante, & poſt mortem Conſtantij Fidem quam ſimulaverat ejurante,

362. Turpiſſimus Fidei deſertor, Prætorianos omnes jubet Deos colere. Ponunt cingulum Valentinianus. Valens, & Jovianus, omnes dein Impp. facti Athanaſius redit, ad Sedem ſuam, ſed mox pellitur.

363. Extrema Chriſtianis minatus Imp. in Perſas movet, interimitur cœleſti plaga, jactanſque in cœlum ſanguinem: *Viciſti Chriſte*, blaſphemando perit. Succedit Jovianus Catholicus Impp.

364. Gravi omnium bonorum luctu moritur Sanctus Imp. Jovianus æt. 33. ſuccedit Valentinianus, qui Valentem collegam aſciſcit. Hic

A. C.

365. Hic miſſus contra Tyrannum Procopium in Orientem, Arianis adjungitur, & infeliciter pugnat.

366. Jovinus contra Germanos miſſus inſigni victoria potitur. Procopius Tyrannus profligatur. Valens Hæreticis nequiter favet.

367. Liberio Papæ defuncto ſuccedit Damaſus. Gratianus à Valentiniano Patre Collega Imperij adſciſcitur.

368. Romæ magna rerum turbatio Urſicino Tyranno ſedem Petri tentante, qui tamen paulo poſt Urbe eijcitur.

369. Valens Imp. dum Eccleſiam peſſimè turbat, caſtigante Numine à Gotthis victus, ſerviles penè conditiones inire cogitur.

370. Audiens idem ſucceſſurum ſibi cujus nomen litteris Th. notaretur, omnes ejuſm. tollit è medio, ſervato tunc Theodoſio qui priore anno Alemannos devicerat.

371. Theodoſius mire ſervatus nunc contra Firmum Tyrannum in Africam mittitur. Junior Theodoſius Sarmatas bello vincit.

372. Hieronymus toti Eccleſiæ ut ſplendidum ſydus illuceſcit, fitque Damaſo Papa perquam familiaris, à quo Romam vocatur.

373. Victo Tyranno reducem ex Africa Theodoſium ſeniorem ingratus Imp. occidi imperat. Concilio Rom. Apollinariſtæ damnantur.

374. Imperium Sarmatæ Quadique bello vaſtant, & miſere affligunt. Divus Ambroſius non ſine Numine creatur Epiſc.

375. Valentinianus Imp. dum in Quados movet ſubita

A. C.

ſubita ſanguinis eruptione extinguitur.

376. Gratianus Imp. Valentinianum Iuniorem Collegam adſciſcit.

377. Optime conſulit *Romæ* & Eccleſiæ Papa Damaſus, ſtatuit ut in Eccleſiæ Pſalmi ab alternis canerentur & ſingulis *Gloria Patri &c.* ſubjungeretur.

378. Vocatus contra Gotthos à Valente Gratianus ex itinere Alemannorum ad 40 vel 70. millia cædit. Valens eo non expectato vincitur & fugiens latensque in vili tugurio exuritur.

379. Gratianus rerum plene potitus Theodoſium Iuniorem Collegam creat, uterque rei Catholicæ ſumma pietate conſulit.

380. Theodoſius periculoſe laborat, quo comperto turbant Imperium Gotthi, quos reprimit Gratianus.

381. Nihil non molitur contra Hæreticos Papa Damaſus, qui varijs enervatis Synodis paulatim contabeſcunt.

382. Concilio Romano Hieronymus de Helvidio inſigniter triumphat.

383. S. Urſula cum undecim Virginum millibus Romam peregrinationem ſuſcipit in reditu Martyrio coronata. In *Maximum* Tyrannum movens Gratianus dolo circumventus occiditur.

384. Symmachus Urbis præfectus audita Gratiani morte, idola reſtitui orat, recuſante Valentino, etſi non orthodoxo.

385. Concilia varia contra Hæreſes indicit Damaſus. Concilio Burdegalenſi Priſcillanus damnatur.

Iterum

A. C.

386. Iterum Concilium Romæ celebratur contra Clericos incontinentes.

387. Maximo Tyranno Italiam pervadente fugit ad Theodoſium Valentinianus, cum matre Arriana.

388. Bis victus à Theodoſio Maximus occiditur. Valentinianus Catholicæ Religioni ſe addicit.

389. Exceptus ſummo cum plauſu in Italia Theodoſius, Romæ cum filio, & Valentiniano triumphat. Italia reſipiſcit ab erroribus.

390. Prohibetur ab Ambroſio Eccleſia Theodoſius Imperator, qui humiliter Epiſcopi juſſa veneratur, ut ſolemniter pœnitet.

391. Theodoſiano Codice per Italiam prius divulgato in Orientem transgreditur Theodoſius Imp.

392. Turbatur imperium Valentiniano Arbogaſtis ſcelere nocte ſtrangulato, hic Eugenium Ethnicum Collegam accipit.

393. Honorio filio ad Imperium evecto, Theodoſius rebus Orientis prius conſulens, mox in Tyrannos movet.

394. Non ſine Numinis ope Arbogaſtem & Eugenium vincit Thodoſius, hoc capto & occiſo, illo ſeipſum perimente.

395. Rebus Imperij compoſitis præſentibus filijs & S. Ambroſio moritur Theodoſius. Ruffino mox Eugenio Imperium invadente. Siricius Papa rem ſtrenue agit.

396. Marcomannos feliciſſimo congreſſu convertit Ambroſius.

Supre-

A. C.

397. Supremus hic annus Egregio Eccleſiæ Doctori S. Ambroſio, ſtilico pro Cæſare fortiter agit.

398. Siricio Papæ mortuo ſuccedit Anaſtaſius. Gildet Gainas Imperium uſurpant.

399. Plura hoc & ſuperiore anno contra Hæreſes Concilia celebrantur. Gainas Arcadium indigna paciſci cogit.

400. Iterum plura Concilia, quibus Origenis errores damnantur. Victus denique ab Arcadio Gainas occiditur.

401. Alaricus *R*ex Italiam invadit, & terroribus omnia complet. Anaſtaſius ſcribit ad Epiſcopos Germaniæ.

402. Adducto è Rhætia exercitu Stilico, memorabili ſtrage Alaricum profligat & Italia eijcit. Anaſtaſio Papæ mortuo ſuccedit Innocentius.

403. Alaricus nunc pacem ultro ambit, & in Epirum regreditur.

404. Chryſoſtomus ſupero anno ſede ejectus, hoc reſtitutus, ſcelere Eudoxiæ denuo eijcitur, quamobrem & ipſa à S. Innocentio Papa excommunicatur: qui data Epiſtola ipſam de gradu & majeſtate Imperij deijcit. Vide Genebrardum.

405. Toleti Concilium celebratur. Honorius Legibus tantopere Donatiſtas premit, ut plerique Hæreſim ejurarent.

406. Rurſum aliæ Hæreſes Eccleſiam impugnant, orbemque pervertere conantur Pelagius & Vigilantius.

407. Radagaiſus cum ducentis millibus Italiam inva-

A. C.

invadit, ſed feliciter profligatur. Excommunicatur & abſolvitur Arcadius.

408. Idem paulo poſt moritur. Honorius plenè rerum potitur & ſtiliconem Olympij conſilio & ſcelere tollit è medio.

409. Mira rerum confuſio, Stiliconis morte propalata. Alaricus denuo invadens Italiam, Romam obſidione premit.

410. Urbem expugnat & incendio vaſtat Alaricus, ſacris tamen vaſis abſtinet, eaque reſtituit, teſtatus, ſe cum Romanis bellum gerere non cum Sanctis & Apoſtolis DEI.

411. Siciliam petens Alaricus repente moritur. Gratus DEO Honorius rem Catholicam promovet. Tyrannos opprimit.

412. Affectant Imperium Tyranni varij, Maximus, Jovius, Sebaſtianus alijque feliciter ab Honorio duce Conſtantio oppreſſi.

413. Alius denuo Tyrannus Heraclianus Imperium invadit, dumque in Italiam 3700 navium claſſem duceret opprimitur.

414. Rurſus alius Tyrannus Honorio faceſſit negotium, Attalus nimirum, quem tamen in Gallia ſubigit Imperator.

415. Attalus captus in triumphum ducitur, & amputata manu moritur. Theodoſius Pulcheriam ſororem Auguſtam creat.

416. Totus in evertendis hæreſibus eſt Innocentius Papa. Concilia Carthaginenſe & Millevitanum celebrantur.

Inno-

A. C.

417. Innocentio mortuo ſufficitur Zoſimus, quem fruſtra Pelagius & Cæleſtius ſimulatione tentant.

418 Aliud rurſus Conſilium Carthagine celebratur, Epiſcoporum 214. contra Pelagium. Moritur Zoſimus Papa.

419. Turbatur nonnihil Eccleſia Eulalio contra Bonifacium à nonnullis electo mox rejecto.

420. Conſtantius bello clariſſimus Dux & optimè meritus Collega Imperij aſciſcitur.

421. Magno optimi cujuſque luctu Conſtantius Auguſtus, præmaturè extinguitur, S. Auguſtinus S. Bonifacio Papa 4. libros contra Pelagianos â ſe ſcriptos cenſendos & emendandos mittit.

422. Venetiarum ampliſſimæ & Nobiliſſimæ Urbis ac Reipublicæ potentiſſimæ initia celebrantur.

423. Bonifacius I. moritur, qui alia inter Vigilias ad Sepulchra Martyrum ſuſtulit, jejunia retinuit, ſuccedit Cæleſtinus. Ipſo anno Honorius Imp. extinguitur. Invadit Imperium Ioannes.

424. Nihil non tentat vilis Tyrannus Joannes, repulſus ab Africa quam tentaverat. Laborat contra Pelagianos Cœleſtinus.

425. Theodoſium Imper. contra Scythas pugnantem cælum prodigiosè juvat. Aſpar Divina ope Joannem, Aëtius Gotthos opprimit.

426. Scotiam plurimum demeretur Cæleſtinus Papa illuc miſſo Palladio qui Chriſtum prædicaret. Neſtorius patria Germanus,

virus

virus ſuum latius ſpargit, ſimulata modeſtia & ſanctitate.

427. Cœleſtinus quiete Italiæ benè uſus, ad utilitatem totius Eccleſiæ convertit, aliaq; inter præclarè inſtituta, Pſalmos Officij Eccl. Antiphonis diſtinxit.

428. Novus Tyrannus Attila, orbis flagellum, ab Hunnis Rex deſignetur, Italiæ deinceps, imo orbi univerſo metuendus.

429. Bonifacium Ducem varijs inſidijs, in Africa tentatum, S. Auguſtinus fideliter præmonens, pijs ad DEUM præcibus ſervat.

430. Neſtorius jam ante biennium creatus Epiſcopus Hæreſin facilius ſpargit, ipſum Cæleſtinum Papam ſibi adjungere laborat. Sed ab hoc Concilio Rom. damnatur. S. Auguſtinus moritur.

431. Concilio Oecumenico Epheſino, Cyrillum Alexandriæ Epiſcopum pro tempore Vicarium denunciat Cæleſtinus Papa, quo Neſtorius damnatur. Fluctuat Theodoſius, mox Hæreſiarcham reijcit.

432. Turbatur plurimum Italia, Bonifacio & Aëtio colliſis, hic ab illo vincitur. Sed ille non multo poſt moritur.

433. Sixtus ſuperiore anno Cæleſtino ſuccedens, ſtupri nunc inſimulatur, & publice ſe purgat. Accuſatorem dein Baſſum paulo poſt mortuum, ſuis manibus ſepelit.

434. Viſigotthi & Burgundi Imperium invadunt, avertit Francos Aëtius Cæſari reconciliatus.

435. Pergit Aëtius rem fortiter gerere. Exuruntur libri Neſtorij.

A. C.

436. Neſtorius exul miſerrimè perit putrefacta lingua, & mox reliquo corpore.

437. Eccleſiam S. Mariæ Majoris conſtruit & adornat Sixtus III. Pont. Max. Valentinianus nuptias ſolemniter celebrat.

438. Haud leviter contremiſcit Italia, Barbaris undique Imperium infeſtantibus.

439. Eudocia Auguſta Jeroſolymis refert faſcias Chriſti & vincula Petri, quæ Romæ uſq; hodie magna religione coluntur.

440. Ad ſuperos emigrat S. Sixtus Papa, creatur Leo Magnus. Genſericus imminesSiciliæ, ſed Bonifacij Ducis adventu ſe recipit.

441. Genſerici metu trepidat denuo Italia, ſed arma corripiente ſummis viribus Theodoſio, ille pacem ambit, & facilius obtinet, quod Hunni Imperio minarentur.

442. Auro avertit Hunnos Imperator. Vaſionenſe Concilium celebratur, Baronio Vaſatenſe.

443. Manichæorum Hæreſis latius per Italiam vagata, opera Magni Leonis & annitente Cæſare inſigniter deprimitur.

444. Leo Pontifex Maximus Concilium Romæ cogit contra Manichæos.

445. Roma peſtilenti lue, juxta famem diriſſimam laborat.

446. Italia & totus fere terrarum orbis grandi terræ motu concutitur. Theodoſius rurſum pacem ab Attila mercatur.

447. Concilium Celenenſe contra Priſcillianiſtas celebratur.

448. Eutyches contra Neſtorium ſcribens ipſe labitur.

Pſeudo-

A. C.

449. Pſeudo-Synodo Epheſina Eutiches abſolvitur. Dioſcorus ipſum Romanum Pontificem excommunicare nititur.

450. Vita excedit Theodoſius Imperator ſuccedente Marciano.

451. Chalcedonenſe 600 Patrum Concilium celebratur. Ex Attila triumphum refert Aëtius, cadentibus utrinque 162. millibus.

452. Reparatis viribus Attila ingenti cum exercitu invadit Italiam, avertente ipſum à Roma S. Leone Papa. Venetiæ fugientium concurſu plurimum augentur.

453. Leo rem fortiter contra Hæreſes agit, cujus auctoritate varia Concilia, & hoc anno Arelatenſe & Andegavenſe celebrantur. Moritur Pulcheria Auguſta.

454. Indigna morte Ætius à Valentiniano Imp. interficitur, quem tamen ipſe totius ſervaverat. Attila terror orbis moritur.

455. Valentinianus à Maximo concitatis Ætij militibus perimitur. Auguſta à Maximo vi compreſſa Genſericum evocat. Fugiens Maximus à Romanis dilaniatur.

456. Avitus nuper ſalutatus Imperator inſidijs ſe peti intelligens, ultro ſe abdicat.

457. Ad opprimendos Tyrannos arma parans *Marcianus* Imp. moritur. Succedit Leo Thrax. Majoranus Occidentis fit Imperator.

458. Majoranus Italiæ rebus conſulit, ijſque benè conſtitutis expeditionem in Africam ſuſcipit.

459. Apoſtolicæ Sedis Legatis præſentibus Conci-

ciliū Conſtantinopolitanum celebratur.

460. Territus adventu Majorani Auguſti Genſericus pacem petit & impetrat.

461. Optimus Imp. Maioranus ſcelere SeveriMagiſtri militum hominis Ariani interimitur. Magnus Leo eodem anno ad ſuperos emigrat, Hilaro ſuccedente.

462. Imperio potitus per parricidium Severus Genſericum reprimit. Theodoricus Rex Narbonem per proditionem occupat.

463. Concilia Arauſicanum, Carpentoractenſe, & Vaſenſe (non Vaſatenſe ut vult Baronius) celebrantur.

464. Alani Italiam armis opprimunt, quos feliciter profligat Ricimer. Theodorico Regi mortuo ſuccedit Evaricus.

465. Perit Veneno Severus, dolo, ut volunt, Ricimeris, inde Roma Imperatore caruit anno uno & 8 ferè menſibus, Ricimere interim optimè Remp. adminiſtrante.

466. Vandali à Marcellino DuceSicilia eijciuntur.

467. Authemius Marciani Imp. gener Auguſtus ſalutatur, qui ut Imperium ſibi ſtabiliret, filiam Ricimeri collocavit. Mortuo Hilaro ſuccedit in ſede Petri Simplicius.

468. Deficiunt à Romanis Galli, implorata Barbarorum ope, Simpliciusſuis ſcriptis illuſtrat Eccleſiam.

469. Simplicius totus convertitur ad Romanæ Urbis Eccleſias reſtaurandas, ita ut plurium fundator credatur.

470. Collabaſcit paulatim Occidentale Imperium. Orientali perpetuis etiam inſidijs laborante, nam hoc anno Leo Imp. Aſparem

A. C.

rem cum filio proditionis reum ſupremo ſupplicio afficit

471. Magna Sanctitatis fama Urbi & orbi præſidet S Simplicius. Nutat magis magisq; Occidentis Imperium. Ricimer ſocero Anthemio necem machinatur, deprehenſus veniam ſimulato orat.

472. Inſigni perfidia Imperatorem interficit Ricimer, & Olybrium ſubrogat, ipſe mox miſerè extinctus.

473. Moritur Olybrius, ſuccedente Glycerio, quem vix adito Imperio Oſtrogotthi inceſſunt, quos muneribus placet.

474. Italiam & Occidentis Imperium invadit Julius Nepos Glycerio dejecto.

475. Decumani fluctus opprimunt Italiam, Oreſte militum præfecto in Nepotem inſurgente & hoc dejecto Momilum filium obtrudente.

476. Nepos exul Odoacrem Herulum in Italiam vocat; hic Momilum dictum Auguſtulum eijcit, atque ipſe Regem ſeſe Italiæ conſtituit.

477. Conſularem Romæ dignitatem ſupprimit Odoacer, & firmando Regno intentus, Evarico Regi fœdere jungitur.

478. Non ſuis tantum intentus lucris Odoacer, optimum agens Principem, ruinas Italiæ reſtaurat, Italos demeretur.

479. Tanti jam fit à vicinis Regibus, ut nemo non gratiam ejus exambiret. Ipſe quoque Galliarum Rex Chilpericus fœdere ſe jungeret.

480. Italiam totumque orbem Sectis varijs ſcindenti-

A. C.

dentibus, peſſimè laborantem, bonum Numen miſericorditer reſpicit, Medico malorum optimo ſubmiſſo Monachorum Archiduce Benedicto, qui hoc ipſo anno patre Eutropio Anicio natus eſt.

481. Odoacer Italiæ Rex imperium propagaturus, in Dalmatiam movet, Rege Odicia victo atque interfecto.

482. Theodoricus Oſtrogothus, ut Odoacri faceſſeret negotium, ad Zenonem Orientis Imp. ſe recipit, cui cum ſuis militat.

483. Immortalibus jungitur, poſt rem bene adminiſtratum Sanctus Papa Simplicius, cui Felix S. P. Benedicti cognat⁹ ſufficitur.

484. Legatos ad Zenonem Imp. mittit S. Felix Papa, qui contra jus gentium peſſimè tractati, ab Acatio perſuaſi cum ipſo comicant.

485. S. Felix omnia tentat ad lucrandum Acatium, ſed fruſtra.

486. Odoacer Rugios debellat in Norico (nunc Auſtria & confinibus) & Fœbam alias Feletheum Regem eorum vincit & capit.

487. Fridericus Felethei filius in Mœſiam evadens, illic Theodoricum adverſum Odoacrem concitat, & auxilia meretur.

488. Odoacer Onoulphum fratrem cum exercitu contra Fridericum mittit. Theodoricus contra Odoacrem bellum parat.

489. Theodoricus Oſtrogotthorum Rex magno cum exercitu Italiam invadit, & Odoacrem primo prope Aquileiam, dein prope Veronam triumphat. Ticinum vaſtat & Rugijs tradit.

Odoa-

A. C.

490. Odoacer ad fluviũ Adduã tertio victus Ravennæ ſe includit, ubi trienniũ obſidetur.

491. Odoacer noctu cum exercitu egreſſus ad pontem candidum, quartum jam vincitur â Theodorico.

492. Moritur S. Felix II. S. Gregorij Magni atavus, S. P. Benedicti cognatus, cui S. Gelaſius ſubrogatus eſt.

493. Odoacer tertium jam annum obſeſſus cum Theodorico paciſcitur, ut pariter regnarent, quam tamen iſte ſub ſpecie conjurationis invitatum ſub epulo cum filijs contrucidat.

494. Gelaſius Papa liberior ſub Hæretico Rege, quam ſub Catholicis, in evertendis Hæreſibus ſtrenue deſudat.

495. Theodoricus ſtabiliundo regno intentus & propagando, Dalmatia, Sicilia, & Rhætia potitus, Clodovæi Gal. Regis filiam ducit, ipſe duas, alteram Alarico Gotthorum, alteram Burgondionum Reg. collocat.

496. Supremus hic annus Gelaſio Papæ fuit, de Republ. Chriſtiana optimè merito, ſucceſſit Anaſtaſi⁹, Theod. Catholicis favet.

497. Anaſtaſius Papa Legatos in Orientem mittit ad Imp. cum litteris de delendo Achatij nomine, & Eccleſiæ unione procuranda.

498. Grave in Eccleſia ſchiſma mortuo Anaſtaſio, & electo Symmacho, contra quem nonnulli Laurentium Rom. obtrudunt.

499. Symmachus Romæ Conciliũ celebrat, quo ipſe legitimus paſtor declaratur. Mox Anaſtaſium Imp. â communione Hæreticorum dehortatur.

A. C.

500. Theodoricus Romam ſumma omnium gratulatione ingreditur, Senatum exaltat, magnis operibus antiqua miracula ſuperat.

501. Quod Symmacho à Schiſmaticis gravia obijcerentur crimina, Theodoricus in ſequentem annum, Symmacho per litteras conſenſum præbente, Concilium indicit.

502. Concilium Rom. quo Symmachi innocentia declarata, & Anaſtaſius Imp. excommunicatus eſt. Digna tunc Vox Theodorici etſi Hæretici: Nihil ad ſe pertinere de rebus Eccleſ. nimirum reverentiam.

503. Iterum Romæ coacta Synodus contra Schiſmaticos, & Symmachi abſolutionem calumniantes, quibus ipſe ignoſci impetravit.

504. Sed & hoc anno Conſilium Romæ convocatur, quo libertati Eccleſ. conſulitur, & Principum ambitioni atque avaritiæ occurritur.

505. Theodoricus nihil non agit pro Italia exornanda, ſed & pro Schiſmaticis ad concordiam perſuadendis.

506. Symmachus rebus Eccleſiæ ſumma induſtria intendit, cujus auſpicijs hoc anno Concilium Agathenſe in Gallijs cogitur.

507. Alterum in Gallijs Concilium in cauſa eadem, nimirum reſtituendæ Diſciplinæ Eccleſ. Aureliani celebratur.

508. Anaſtaſius Imp. immiſſa claſſe, Italiæ littora prædatur, Theodoricus Amalarici pupilli Regis cauſam armis tuetur.

A. C.

509. Iterum Symmachi opera Concilium Epaunenſe celebratur.

510. Boetius hujus anni Conſul, primus Ariſtotelem Latinitati donat. Symmachus Manichæos in Urbe damnat.

511. Theodoricus Italiæ Rex miſſo in Hiſpaniam exercitu Geſalaricum Tyrannum profligat, ipſe retinens Regnum, dum Almaricus puer adoleſceret.

512. S. P. Benedictus magnifica ordinis fundamenta jacet, & plura paſſim ſtruit Cænobia.

513. Magnus ille M. Aur. Caſſiodorus hoc anno Urbis Conſulem agit. Romæ Clerum inter & populum optat concordia rediit.

514. Symmachus Papa vita excedit, quem paulo ante Clodovæus Rex Legatione honorans corona aurea donavit. Succedit Hormiſda.

515. Anaſtaſius Imper. ſimulator peſſimus ut averſam à ſe plebem contineret Hormiſdam Papam ad Concilium Oecumenicum convocandum concitat, ejuſqueLegatos plurimum honorat.

516. Hortatur Pontifex fidem præſtare rerum promiſſarum ſed fruſtra, poſtquam populum ſibi conciliaverat, & ab æmulo Vitalliano Catholico avocaverat.

517. Fruſtra Anaſtaſium altera Legatione tentat Hormisda Legatis, & litteris contumaciæ plenis remiſſis.

518. Demeretur ingentibus meritis Romam & Italiam S.Benedictus, & viris Sanctis implet.

A. C.

519. Laborat plurimum Hormiſda cum Juſtino Imp. in hæreſibus extirpandis. Ob hoc Romæ magna feſtivitas.

520. Effloreſcit denuo Italia, dum latè ſerpentes ſectarij, Juſtino non ſolum Imp. ſed & Theodorico Rege agentibus, protracti atque exacti ſunt.

521. Orientales iniqua petentes ab Hormisda Papa, magna hujus conſtantia repulſi ſunt.

522. Inſignis & memorabilis Romæ & Italiæ annus conſulatu doctiſſimorum atque ac ſanctiſſimorum virorum Conſulatu, Symmachi & Boëtij.

523. Moritur meritiſſimus de Italia & Eccleſia univerſa S. Hormiſda Pont. ſuccedente Joanne. Theodoricus Rex ſuſpectum Senatum habens, Boetium exulare jubet.

524. Ticini exulans Boetius, doctiſſimos illos de Conſolatione libros ſcribit.

525. Theodoricus Rex audiens Juſtinum Imp. omnes Eccleſias Hæreticis adimere, Joannem Papam cogit Legationem ſuſcipere ut impediret; hic vero è contra omnes Eccleſias expiat.

526. Joannes reverſus, tanquam re mala geſta in carcerem conijcitur, paulo poſt ibidem extinctus. Tollit è medio idem Rex Symmachum & Boetium, mox ipſe ad tribunal æterni judicis abreptus, & damnatus, cum paulo ante Felicem obtruſiſſet.

527. Moritur Juſtinus Imp. Opt. Pacis inter Orientalem & Occidentalem Eccleſiã præcipuus promotor. Felix ſatis inviſus primũ quod

A. C.

quod à Rege obtruſus, approbatus tamen, optimè præeſt.

528. Longobardorum nomen invaleſcit & potentia, qui ſub Odvvino Rege hoc tempore Pannoniam invadunt.

529. Divinitus ad Converſionem Gentium vocatus S. Benedictus ad Caſinum caſtrum cum ſuis commigrat.

530. Italiam idololatriæ reliquijs purgat Benedictus, idola evertit, lucos ſuccendit, in quo fruſtra alij laboraverãt ultimus Italiæ Apoſtolus. Felici Papæ mortuo ſuccedit Bonifacius.

531. Concilium Romæ convocat Bonifacius Papa, cui inter præcipuos Chriſti Sacerdotes adeſt S. Benedictus.

532. Ingens concurſus etiam Illuſtriſſimorum in Italia ſub ſigna S. Benedicti, inter quos S. Silverius. qui poſteà Papa fuit.

533. Publicatæ ſunt hoc primum anno Inſtitutiones Juris Juſtiniano eodem tempore prophanas Leges, quo patruelis ejus S. Benedictus Sacras, condente.

534. Moritur Italiæ Rex Athalaricus, cujus mater Amalaſuntha Theodatum maritum accipit & Regem conſtituit.

535. Theodatus uxorem relegat, & occidi imperat, qua cognata injuria offenſus Juſtinianus bello Italiam petitBeliſarioDuce, qui Siciliam occupat. Joanni Papæ extincto ſuccedit Agapetus.

536. Cogitur S. Agapetus pro pace impetranda convenire Juſtinianũ, ſed fruſtra, ibi moritur, cumAnthimũ Conſtantinop. Epiſc.

A. C.

ob Hæreſim exauctoraſſet. Intruditur Silverius.

537. Approbat Sylverium etſi à Theodato obtruſum Clerus, illi autem ob ignaviam occiſo Rex Vitiges ſufficitur. Beliſarius Neapoli mox etiam Roma potitur.

538. Vitiges Romam cum 150 millibus, fortiter repulſus à Beliſario. Hic juſſu Theodoræ Hæreticæ Imp. Silverium in Orientem mittit, & Vigilium in Cathedram Petri ſubſtituit.

539. Vitiges relicta Rom. obſidione Mediolanum capit & vaſtat. Silverius ex ipſo exilio Vigilium excommunicat.

540. Moritur exul S. Silverius, Clero nunc Vigilium ſubrogante, Beliſarius Vitigem Ravennæ incluſum, captũ in Orientem ducit.

541. Ildobaldus, mox Araricus Rex creatus, & hoc occiſo Totiles imperat. Abaras Siciliam vaſtant, S. Placidum necant, ipſi naufragio pereunt.

542. Totilas Tuſcia potitur, in Campaniam veniens dum S. Benedicto illudere vult, tremens in terram dejectus divinitus, ab illo erectus, correptus, de eventuris ſibi edocetur.

543. Moritur Magnus Monachorum Archidux Benedictus. Totilas Beneventum, Neapolimque occupat, Apulia & Calabria potitur.

544. Vigilio Papa petente Beliſarius contra Totilam in Italiam mittitur.

545. Totilas Tibure per proditionem potitur,

civibus

A. C.

civibus omnibus cum Præſule trucidatis. Beliſarius Romam munit.

546. Spoleto & Peruſio in poteſtatē redactis, ad obſidendam Romam properat Totilas, quam arctè habet.

547. Iſauri milites Urbem Totilæ produnt, tum primum pacem per Legatos petit, illa negata parum aberat, quin urbem everteret. Vigilius Conſtantinopoli ab ipſo Imp. exceptus, populo pſallente: Ecce advenit Dominator Dominus. Beliſarius urbem ingreditur.

548. Totilas varijs locis Romanum vincit exercitum. In Oriente grave exortum ſchiſma Vigilio quaſi faveret ſchiſmaticis ſuſpecto.

549. Abſente Beliſario tota ferè Italia potitur Totilas, quacunque occurreret, victor. Laborat ſchiſmate Eccleſia.

550. Totiles denuo Roma potitur, & quam nuper vaſtaverat, reſtaurat & exornat. Inde Siciliam occupat.

551. Germanus contra Totilam miſſus ſubitanea moritur, claſſis Imp. naufragio perit. Vigilius penè vim paſſus in templum confugit.

552. Theodorus & Menna Schiſmatis authores mirè ſe ſubmittunt, redditur Eccleſiæ pax. Narſes miſſus Gotthis prævalet, occupatur Sicilia.

553. Narſes ſuperatis alpibus prope Taginnam memorabili prælio vincit Totilam & interficit. Succedit Tejas, qui & ipſe hoc anno victus perijt.

A. C.

554. Franci, ut ſua per Italiam tuerentur Gothis ſe jungunt, quos tamen aggreſſus Narſes, penè totos ſimul extinxit.

555. Vigilius Papa in reditu ex Oriente moritur ex calculo, cui ſuffectus Pelagius de morte illius inſimulat' purgat ſe ritu ſolemni.

556. Florentiſſima Italia, Narſete pulſis Tyrannis, eam gubernante & ſplendidè exornante.

557. Totis Sanctorum agminibus implet Italiam Ordo Benedictinus omnes Eccleſiæ Romanæ fiunt Monachales,

558. In Italia quieta omnia, & proſperrimus rerum ſtatus Eccleſiæ inprimis res, quibus Pelagius ſtrenue intendit.

559. Moritur is poſt egregia merita; ſuccedente Joanne quem Catellinum appellant.

560. Juſtinianus Magnus Imp. deſperata valetudine â Sanctis Martyribus attactu Reliquiarum prodigioſiſſime reſtituitur.

561. Beliſarius tam præclare de Italia, Cæſare & toto Imperio meritus in ſuſpicionem proditionis vocatus, in ordinē redigitur.

562. Scribit hoc anno Computum M. Aurelius Caſſiodorus, nuper Urbis Conſul nunc humilis Monachus, plurimum hâc inſigni opera meritus.

563. Idem magnus omnino in minimis, ex Conſule Pedotriba, author præcipuus fuit Gymnaſiorū in Cœnobijs inſtituendorū.

564. Juſtinianus in errorem prolapſus ſuper incorruptibilitate corporis Chriſti, in eamdem ſententiā Epiſcopos trahere conatur.

565. Idem optimus Imp. pœnitens erroris moritur, cujus inſigne extat â S. Agathone Papa Sy-

A. C.

pa Synodo Rom. pronunciatū elogium.

566. Juſtinus Junior ſuccedens, rei Catholicæ mira induſtria conſuluit.

567. Romani Narſetem, incertum qua ex cauſa, apud Juſtinum deferunt, qui ejus loco Longinum ſubſtituit, Narſete Neapolim ſecedente, & juxta nonnullos, vocante in Italiam Longobardos.

568. Alboinus Longobardorum Rex magnis viribus invadit Italiam, per benignè tamen omnes habens ut animos lucraretur.

569. Joannis Papæ auſpicijs varia paſſim concilia ſummo rei Catholicę bono celebrātur.

570. Alboinus Rex vaſtata Veneta provincia, univerſas Liguriæ civitates, præter maritimas expugnat, & occupat.

571. Alboinus Rex propinans Roſimundæ conjugi ex patris ejus cranio, hujus opera interficitur, percuſſori venenum miſcens cum ipſo bibere & mori cogitur, ſuccedit in Regno Clephis.

572. Promovent rem ſuam in Italia Longobardi. Joannes Papa moritur, cū ſediſſet annos 13.

573. Cum Romana ſedes ob tumultus bellicos vacaſſet menſes decem & dies tres, creatus eſt Pontifex Benedictus I.

574. Mira rerum facies in Italia Clephi Rege mortuo, & triginta ſex militum Ducibus urbes inter ſe partientibus.

575. Quiſque Ducum, nimia ducti avaritia, ut theſauris potirentur nobiliſſimos quoſque urbium tollunt è medio.

576. Auſpicijs Benedicti Papæ, procurante Gunthrammo Rege Concilium Pariſijs celebratur.

Bene-

A. C.

577. Benedictus Papa ſanctiſſimè moritur. Subtegitur Pelagius Iunior. Longobardi Romam obſident.

578. Juſtinus ſummo utriuſque Imperij bono Tiberium ſucceſſorem inſtituit, mirâ pœnitentiâ anteactorum, præſentes Conſiliarios incuſans- *Non oportet horum conſilijs morem gerere, ſed Legibus & æquitati.*

579. Pelagij Papæ auctoritate Concilium Pariſienſe celebratur.

580. Afflictiſſima Italia Longobardorum annis, ipſa Roma ab ijsdem obſidetur, quæ Tiberij vigilantia commeatu ſubmiſſo liberatur, hoſtibus obſidionem ſolventibus.

581. Italiam admirandis ſanctitatis ſplendoribus illuſtrat Magnus & Sanctus Gregorius, quem in utero Matris latentem talem fere prædixit S. Benedictus.

582. Mire affligunt Italiam Longobardi, Eccleſiarum inprimis opibus infeſti. Pelagij auſpicijs Concilium Cabilonenſe celebratur.

583. Moritur præmonitus de morte ab Euti-chio Patriarcha opt. Imp. Tiberius, prius Imperio conſulens, & generum Mauritium Imp. appellans.

584. Philippicus, revocato Longino, Exarchus Italiæ conſtituitur, qui Longobardorum audaciam ſtrenuè retundit

585. Longobardi decennali Ducum regiminis pertæſi Antheritum Regem creant, quem Flavium appellant, cui Ducum quiſque dimi-

A. C.

dimidiam ſuam ſubſtantiam, alendo Regio nomini tribuunt.

586. Magno Italiæ incommodo revocatus præmaturè Philippicus Smaragdo ſubſtituto, audaciores Longobardos reddit.

587. Conſulit Eccleſiæ Pelagius varijs paſſim Concilijs Valentina, Matiſconenſi &c. celebratis. Iterum novus Exarchus Romanus mittitur, qua quidem mutatione Italia plurimum afflicta fuit.

588. Mauritius Imp. Childebertum Francorum Regem contra Longebardos ſollicitat, qui dum in Italiam movet, Ducum diſſenſione impeditur.

589. Plura iterum ſub Pelagij auſpicijs Concilia celebrantur. Nunc primum Smaragdo ſubſtitutum Romanum vult Baronius Urbem Romanam miſere vaſtat Tiberis inundatio.

590. Roma peſtilenti lue tota inficitur, qua & Pelagius Papa decedit ſubſtituto magno Gregorio, qui ſolemni ſupplicationem peſtem averti impetrat.

591. AutharitRexLongobardorum veneno tollitur, creatur Agilulphus Magnus Gregorius Orbi Urbique intentus mirè de omnibus meretur.

592. Innumera rurſum Magni Gregorij de Italia & orbe univerſo merita, cujus contuitu Longobardica ſævitia remiſit.

593. Libros Dialogorum ſcribit Gregorius, immenſitate meritorum orbi ſe commendans.

594. Manichæos Sicilia exigit, ſed & Barbaricinos

A. C.

nos gentiles. Totus autem eſt, in Schiſmaticis & Hæreticis evertendis.

595. Sclavi per Hiſtriæ aditum Italiæ imminent, quos à tergo aggreſſus per Noricum occurrens Thaſſilo Bojorum Dux reprimit. Joannis Conſtantinopol. audaciam frangit Gregorius,

596. Angliam perfectiſſimis Monachis eo miſſis convertit Gregorius, inde Anglorum Apoſtolus appellatus, Romam & Italiam demeretur.

597. Edilbertus Anglorum Rex opera Magni Gregorij Chriſto dat nomen. Civium Rom. ſalutem precibus monialium Gregorius aſſignat.

598. Laborat plurimum apud Agilulphum Regem pro pace Italia reddenda Gregorius, & Judæorum in Sicilia converſioni intendit.

599. Tandem pax longis calidiſque Gregorij votis exoptata inter Longobardos & Romanos conſtituitur, quam tamen mox Callinicus Exarchus rupit, & Agilulphus bellum reaſſumpſit.

600. Sclavi Iſtriam deprædantur & per illam intrant Italiam. Rex Avarum Forum Julij & Venetam ditionem vaſtat.

601. Agilulphus in Italia infeſta omnia habet, aliaque inter Patavium & Montem Silicis expugnat.

602. Plurimos Diverſiſſimis Regnis cum Hæreticos tum Schiſmaticos Eccleſiæ jungit Magnus Gregorius, Abarum ope Longobardi Cremonam & Mantuã expugnant.

Infanda

A. C.

603. Infanda crudelitate Tyrannus Phocas Imperium uſurpat & Mauritium Imperatorem liberis interfectis decollari jubet.

604. Smaragdus denuo Exarchus Italia deſignatus, turbatiſſima omnia reperit, Longobardis hoſtiliter ſævientibus & feliciter varia loca expugnantibus. Moritur S. Gregorius.

605. Sabinianus cum 5. menſes præfuiſſet, à S. Gregorio ſæpius apparente pro nimia avaritia corruptus, cum non emendaret in capite percuſſus eo ex dolore paulo poſt mortuus eſt.

606. Poſt unius ferè anni Vacationem Bonifacius Papa creatur, qui mox Concilium Romæ celebrat. Quietiores in Italia res indictis in triennium inducijs.

607. Bonifacius IV. poſt tertium vix 8. menſes præſidentē eligitur, qui ante omnia ſuas ædes in Monaſterium convertit, & Panthæi DEIparæ & SS. Martyribus conſecravit.

608. Quieſcit etiamnum Italia, & è tantis calamitatibus reſpirat.

609. Phocas multa conjuratione petitus immaniter ſævit. Finitis inducijs, Longobardi igni ac ferro Italiam vaſtant.

610. Invaleſcunt Italiæ bella & mala. Smaragdo Exarcho in tantas procellas non ſufficiente.

611. Phocas Tyrannus navali prælio â conjuratis victus ad Regnum confugiens, amputatis

A. C.

putatis manibus pedibus & pudendis occiditur, Heraclio imperante. Joan Lemigius fit Exarchus.

612. Paciſcitur denuo cum Longobardis novus Exarchus dum Choſras Victorijs inſolens, Heraclium vexat.

613. Demeretur Italiam plurimum S. Columbanus, & Mediolani Longobardos pleroſque Arianos Eccleſiæ adjungit.

614. Moritur Agilulphus Longobardorum Rex ſuccedente Adovaldo filio ſub Tutela optimæ Matris Theodolindæ. S. Bonifacio ſuccedit S. DEUS dedit.

615. Joannes Præfectus Neapolis videns occiſas Imperij vires, occiſo Exarcho invadit, quod reliquum erat Imperij.

616. Pergit proſequi victorias Joannes Conſinius Neapolis Præfectus & Calabriam, Campaniam & Apuliam occupat.

617. Moritur S. DEUSdedit Papa. Eleutherius Exarchus Conſinium bello ſuperat & interficit.

618. Tyrannidem & ipſe affectans Eleutherius, & Regis ambiens, titulum â Ravennatibus militibus Romam contendens interficitur, & caput Conſtantinopolim mittitur.

619. Auſpicijs Bonifacij V. qui Sancto DEUSdedit ſucceſſerat, celebratur contra Acephalos Concilium Hiſpalenſe.

620. Theodolinda cum filio Adovaldo Eccleſijs conſulit, quas Regia munificentia dotat & ornat.

621. Dum Longobardi certatim ſectam ſuam ejurant. Clotarius Galliarum Rex ipſis tribu-

A. C.

tributum remittit, quo pro Alpinis provincijs Gallo debebant.

622. Heraclius memorabilem de Perſis triumphum refert.

623. Proſequitur Victorias Heraclius & ſigna in Perſidem profert.

624. Iterum tribus memorandis Victorijs donatur â Numine Heraclijs. Moritur ſummo Italiæ luctu. Theodolinda, & Adalvoddo, quod amentia laboraret, Ariobaldus Arianus Rex conſtituitur

625. Moritur Bonifacius V. ſummus Pont. cui Honorius ſubrogatur.

626. Ingemiſcit ſub Ariano iterum Rege Italia, Longobardis tamen ob Victorias Heraclij nihil moventibus ne victorem irritarent.

627. Victus demum ſuprema ſtrage Choſroas dum juniorem filium Regno deſtinat, â ſeniore interficitur. Heraclius quæ ab Eccleſijs in belli ſumptus acceperat memorabili exemplo, ex fiſco Regio reſtituit.

628. Lætatur & gaudet pace Orientis Italia dum pax ſancitur â Siroe Perſarum Rege & Crux Chriſti redditur.

629. Univerſali mundi gaudio Crux Sancta exaltatur, & ab Heraclio Hieroſolymis ſolemni pompa infertur.

630. Honorius Papa dejecto Fortunato Hæretico Gradenſi Patriarcha, ſubſtituit Primogenium Catholicum. Veneti Schiſmaticos execrantur.

631. Nihil deinceps ſingulare Italia habet, vel

injuria

A. C.

injuria temporum, vel defecta materiæ ſilentibus Hiſtoricis.

633. Honorij Papæ auſpicijs celebratur Concilium IV. Generale Toletanum præſidente S. Iſidoro.

634. Iterum Toleti Concilium congregatur, vigilantiſſimum ſeſe Pontificem Honorio comprobante.

636. Toleti denuo Concilium cogitur. Quieta in Italia omnia. Communis Chriſtianorum luctus Hieroſolyma amiſſa.

638. Honorius Papa 4. Id. Octobr. moritur ſede deinceps annum unum vacente. Concilium Toletj VI. celebratur.

639. Eligitur Severinus Papa, qui brevi Pontificatu hoc ipſo anno Joannem ſucceſſorem habuit.

640. Joannes Papa collecta Romæ Synodo Ecthefim Heraclij & Monothelitarum Hæreſim damnat.

641. Moritur Joannes Papa cui Theodorus ſubrogatur, quo ipſo anno Heraclius Imp: Hæret. extinguitur ſuccedente filio Conſtantino Catholico, qui poſt 4. menſes dolo novercæ perijt.

642. Pulſo Heracleone Conſtans Conſtantini filius ſalutatur Imp.

643. Mauritius Chartularius, qui Baſilicam Cateranenſem expilarat in Tyrannum evadens, malè petit, & Iſaacius Exarchus conſci⁹ ſceleris ipſis dieb⁹ repẽte moritur.

645. Pyrrhus Hæret. Romam veniens, erroris convictus dat manus, ut oblato pœnitentiæ libello ab Honorio Papa ſuſcipitur.

Theo-

A. C.

646. Theodori Papæ opera varijs paſſim Concilijs Hæreſes profligantur Bizaceno Numidico Mauritano Cartagin. & Toletan.

647. Inquietus Italiæ annus Rothari Rege Longobard. &Exarcho bello certantibus, victi Romani, Longobardi Liguria potiuntur.

648. Theodorus Papa in Pyrrhum relapſum & Paulum Conſtantinop. Patriarcham ſententiam excommunicationis fulminat.

649. Toletanæ ſedi confirmatur à Theodoro Metropolitana dignitas. Hic paulo poſt moritur ſuccedente Martino qui ſtatim Concilium Romæ celebrat, Paulum, Sergium, Pyrrhum damnat.

650. Conſtans Imp. infenſus Martino, Calliopam Exarchum in Italiam mittit, qui miraculo à Martini cæde deterritus arma contra Saracenos Siciliam invadentes convertit, Papam in Orientem mittit.

651. Martinus exacto apud Cycladas anno, inde adImp.ductus indignehabetur,&Cherſonam in exilium mittitur.

652. Exarchus Clerum cogit aliud Papam eligere, eligunt proinde Eugenium, qui tantum Vicarium ageret, veriti ne ab Imp. Hæreticus obtruderet.

653. Ærumnoſiſſimam in exilio ducit viam S. Martinus, Hæreticis paſſim in Catholicos ſævientibus.

654. Moritur in exilio S. Martinus, Succeſſor ex Vicario Eugenius conſtituitur. Obijt & Rotharis Rex, ſuccedit filius Rodvaldus.

Euge-

A. C.

655. Eugenius Papa mortalitatem exuit. Sufficitur Vitalianus qui de Electione ſua edocet Imp.& hic quaſi Catholicus reſalutat.

656. Rodoaldo occiſo quod liberis careret, creatur Rep. Aripertus Catholicus Theodolindæ ex fratre nepos.

659. Rodobaldus Longobard. Rex â Longobardo cujus uxorem violaverat mactatur, ſuccedit Aripertus.

661. Gradenſem Inſulam diripit Lupus Dux Longobardorum Forojulienſis, in quam Patriarcha Aquileienſis cum theſauro Eccleſiæ ſeceſſerat.

662. Ariperti Regis duobus filijs de Regno dimicantibus, utrique eripit Grimoaldus Beneventi Dux.

663. Conſtans Imp. etſi diſuadente quodam Eremita Longobardos bello impetit, profligatus â Grimoaldo. Romam venienti occurrit Vitalianus Papa quaſi Catholico, ſed ille paulo poſt omnia monimenta extulit.

664. Avares â Grimaldo concitati Lupum Forojulienſem bello petunt, eòque occiſo dum ſedes figunt, ab illo expelluntur.

665. Grimoaldus Rex ſub hoc tempus Catholicam fidem amplectitur.

667. Vitalianus Papa Synodum Romæ celebrat in cauſa Joannis Epiſcopi Lappenſis in Creta.

669. Conſtantis Imp. mortem huc refert Baronius in Sicilia & balneo occiſi, ſucceſſit Conſtantinus filius ortodoxus, cogn. Pogonatus.

Moritur

A. C.

669. Moritur S. Vitalianus Papa cui S. Adeodatus ſucceſſit, Monachus S. Eraſmi in Cælio monte Benedictinus.

670. Partharitus Ariperti Regis filius, fratris & Grimoaldi ſcelere Regno ejectus, Hunulphi ſervi pro ſe morientis fidelitate ereptus divinitus, ad Regnum vocatur, mortuo Grimoaldo.

671. Inſignis Italiæ ſub religioſiſſimo Rege felicitas Partharito Numinis gratiam agnoſcente & Eccleſiæ omni modo conſulente.

672. S. Audoenus Rothomag. ex mon. Resbac. Epiſc. limina Apoſtolorum inviſens, dum occinit *Exultabunt Sancti in gloria*, cæleſtem exaudit vocem: *Lætabuntur in cubilibus ſuis.*

673. Huc primum refert mortem Grimoaldi Regis Baronius, nos ex acuratiore Brunneri calculo ann. triennium.

675. Concilium Generale Tolet, auſpicijs S. Adeodati celebratur, ſed & Bracaranſe ad inſtantiam S. Bambæ Regis.

676. Ad cœlos emigrat S. Adeodatus Papa; ſuccedit Donus, cujus creatione audita Theodorus Patriarcha Conſtant. uniri cum Rom. Eccl. exambit.

677. Partharitus Cunibertum filium Collegam Regni adlegit.

678. Donus Papa moritur ſuccedente Agathone S. Hermetis Panormi Monacho, qui conſuetudinem ſuſtulit pendendæ Imperatori pecuniæ pro Romani Pont. electione. Imperator uniri Eccl. rogat.

A. C.

679. Mirè meretur S. Agatho plurimis Concilijs inſtitutis pro Monothelitarum Hæreſi exſcindenda.

680. Celebrata Romæ Synodus 125. Epiſcoporum, & concluſum de inſtituendo Concilio Oecumenico Generali ſexto.

681. Immortali merita celebratur Sexta Generalis Oecumenica Synodus Conſtantinopolitana, qua pro SS. imaginibus definitū.

682 Moritur S. Agatho Papa, ſede idem ſupra annum vacante.

683. Legitur denique Summus Pontifex S. Leo II. Congreg. Siculæ monachus.

684. Leone mortuo & inter Sanctos relato, ſuccedit Benedictus II. idem ab infantia monachus, huic Imperator filiorū capillos miſit, totosq; Rom Eccl. conſecravit.

685. Ad ſuperos emigrat S. Benedictus II. Pont. Max. *cujus eminens virtus*, ait Baronius, *oſtenſa eſt potius Eccleſiæ quam data*.

686. Joannes V. poſt Benedictum Eccleſiæ præſidet, ſub quo verè pius Imp. Conſtantinus Pogo natus moritur, ſuccedit filius Juſtinianus, qui per Duces fideles præclara efficit.

687. Poſt Joannem Conon, poſt hunc brevis regiminis Sergius I. ex Ordine, item Monachico aſſumitur, qui mox Paſchalem Antipapam Simoniacum in Monaſterium detruſit.

688. Celebratur Concilium Toletanum XV. Sergio acta approbante.

689. Ceadualla Romam relicto Britanniæ Regno peregrinatur amantiſſim â Cuniberto Longo-

A. C.

Longobard. Rege excipitur.

690. Cuniberto Rege felix Italia, pace non minus quam mira Sanctorum Monachorum frequentia & celebritate.

691. Cuniberti parens Bertharius moritur, quorum filius decem annos regnaverat, cui adverſatur Alaclus Tyrannus.

692. Pſeudoſynodus Conſtantinop. celebratur, quam ut approbaret Sergius miſſus eſt protoſpatarius ab Imp. qui vim intentaret, quem occidiſſent Rom. milites, niſi Sergius hoſtem ſuo lecto abſcondiſſet.

694. Juſtinianus læſæ Pont. Majeſt. reus, ulſciſcente Numine populo contra ipſum acclamante naribus truncatis Cherſonam relegatur, ſalutato Imp. Leontio Patricio, alij ſerius.

696. Sergius Papa diverſos Apoſtolicos viros ordinat ad Chriſti fidem diſſeminandam, eoſque inter hoc anno S. Willibrordum, quem Archiepiſcopum ordinat.

697. Venetorum inſula, couſq; per tribunos gubernata, nunc primum Ducem, ut nonnulli volunt Paulum Lucium nanciſcitur.

698. Synodus Aquileiæ celebratur, erronea initio, donec Sergius Papa Patres Concilij melius informaret.

699. Sergius Papa turpi calumnia liberatur opera S. Althelmi Epiſcopi, per os infantuli ipſum innocentem pronunciantis.

700. Jactant fruſtra miſeri novatores Romanam hoc ſæculo Eccleſiam à majorum deſciviſſe inſtituto, quod omnis Hiſtoria falſum eſſe convincit.

A. C.

701. Ad immortalitatem felicem concedit B. Sergius Papa. Miſſus in Italiam Exarchus Theophilactus, dum Papæ inſidiatur, â militibus Ravennam abigitur, imminuta dein potentia Exarchorum.

702. Joannes Papa VI. creatur. Giſulphus Dux Beneventi Romanam ditionem populatur & expilat.

703. Cunibertus Rex Longob. juxta Baronium moritur relicto Luitperto filio ſub cura Aſprandi. Pellitur Aſprandus â Regenberto, ſed hoc paulo poſt mortuo Aſprandi filius eligitur.

704. Tres Duces de Regno Longobard. dimicant. Vincit Aripertus qui patrimonium Alpinum Cottiarum Eccleſiæ Rom. reddit.

705. Joanni IV. mortuo ſufficitur VII. qui ſtatim Concilium Romæ coegit, & licet Græcus Græcis non acquievit.

707. Joannes VII. è vita migrat, creatur Papa Siſinnius.

708. Siſinnius præmaturè moritur, & Conſtantinus ſubrogatur Refractaria Sedes Ravennas parere Rom. cogitur juſſu Imp.

709. Teophilacto Exarcho mortuo ſuccedit Joan Tizocopus, Juſtinianus Imp. Joannem Papam ad ſe occurrere rogat.

710. Summo plauſu excipitur ab Imp. Conſtantinus Papa, magno habitus in honore, & Privilegia Rom. Eccl. confirmata.

711. Tizocopus tyrannicè ſe gerens in Exarchatu â Ravennatibus perimitur. Redit Romam Pontifex re bene geſta.

Aſpran-

A. C.

712. Aſprandus mortuo Ariperto Regi ſuccedit, trimeſtri ſpatio & ipſe extinctus, ſuccedente filio Luitprando.

713. Philippico Hæret. Imp. excæcato Anaſtaſius Imp. Catholicæ fidei profeſſionem apud Rom. Pont. per Legatos edidit, reconciliantur Eccleſiæ Epiſcopi Orientis.

714. Moritur Conſtantiſſimus Sanctiſſimus Pont. cui pari ſanctitate ſufficitur Gregorius II.

715. Primus Pontificum jura Eccleſiæ vi propugnanda exemplo ſuo docuit S. Gregor. II. qui Romam contra vim hoſtium muniijt. Luitprandus Alpes Cottias repetit, ſed perſuaſus â Gregorio confirmat.

716. Theodoſius Imperio ſe abdicat, Leone Iſaurico ſalutato, qui ſtatim Catholicæ profeſſionem fidei Rom. Pontifici mittit.

717. Tiberis alveum egreditur, & per 7. dies Romam miſere vaſtat & lacerat. Gregorius ædes proprias in Monaſterium vertit.

718. Sergius Protoſpatarius Artemium Imperatorem ſalutat in Sicilia, contra quos miſſus Paulus Chartularius motus opprimit, & ſumit ſupplicium de rebellibus.

719. Magnus ille Germanorum Apoſtolus Bonifacius â Gregorio II. Rom. Pont. ad Converſionem gentium ordinatur & mittitur.

721. Synodum Romæ celebrat S. Gregorius II. & bono publico conſulit.

722. Nihil abſq; arbitrio Rom. Pontificis agens, S. Bonifacius Gregorium de omnibus edocet.

A. C.

723. Revocatus â Gregorio Romam S. Bonifacius juramentum ſolemne præſtat de obedientia Rom. Pontifici exhibenda.

724. Dum Italiæ Urbes proprios quævis habere Duces vult multa & Italorum inter ſe & cum Græcis bella exoriuntur.

725. Luitprandus Rex Longobard. bello Romanos aggreditur, quod non niſi in Deſiderio deniq; Rege profligato finitũ eſt.

726. Allato in Italiam Impij Leonis Imp. decreto de abolendis ſacris imaginibus, Exarchus occiditur ut &. alij Duces, ſed & quidquid Italiæ Imperatori paruit, ab ejus obedientia defecit.

728. Longobardi per dolum occupent Sutrium & Eccleſiæ adimunt, quod tamen Gregorius reſtitui impetravit.

729. Luitprandus Rex cum Exarcho & Eutychio Patricio conjurant pro Leone Imper. & Romam obſident. Verum S Gregorius occurrens, ita tenet Regem, ut ſe proſterneret & pro Exarcho rogaret.

730. Gregor. Impiũ Ceſarẽ excommunicat, & Romanos atq; Italos quos diu in offic. Cæſ. continuerat ab ipſo deſciſcere permittit.

731. Moritur Greg. II. haud minor Magno habitus, ſuccedit tertius & ipſe Monachus. Luitprandus Carolo Martello adeſt bello Saracenico.

732. Pipinus â Martello patre miſſus firmat cum Luitprando amicitiam. Gregorius III. Concilio Romæ habito Leonem Imp. excommunicat. Leo mittit contra illum claſſem, quæ naufragio perijt.

Grego-

A. C.

733. Gregorius ſerio commonet Leonem ut reſipiſcat, cui & Itali per Legatos omnem ſpondent obedientiam ſi hæreſim ejuret.

734. Gregorio novo Pontifici per Legatos ſe commendat, omnemque ſpondet obedientiam S. Bonifacius Germ. Apoſtolus.

735. Totus in tuendo Sanctarum imaginum cultu Gregorius III Orientales Eccleſias conſolatur & animat.

737. Effervescit nimium Iconoclaſtarum impietas, contra quam multi egregia ſanctitate & eruditione Monachi calamum ſtringunt, & Gregorius nihil non molitur.

738. Iterum Romam cum multa Sanctorum turba occurrit Magnus Bonifacius, & Gregorium Papam veneratur & conſulit, in reditu Ticini apud Regem Longob. diu moratus.

739. Tranſamundus Spoleti Dux perſequente Luitprando ad Gregorium confugit. Ille urbem occupat, S. Petri Eccleſiam ſpoliat 4. Eccl. Urbes eripit. Gregorius opem Caroli Martelli rogat.

740. Ina Rex Angl. Regnum Vectigale Rom. Eccleſiæ facit. Luitprandus Hilprandus Reges Romam denuo obſident, Eccleſiæ bona vaſtant, proin Papa denuo Martelli opem implorat.

741. Moritur S. Gregorius III. ſuccedente B. Zacharia Monacho, qui totam Italiam invenit valde turbatam.

742. S Zacharias Papa cum Luitprandus reddere nollet 4. civitates Eccleſiæ ablatos,

A. C.

ipſus Regem Interamnæ convenit, & illas & Narnienſe Auximanum Anconitanum, Sabinenſe &c. Patrimonia impetravit.

743. Luitprandus dum Exarchatum invadere parat, Exarchus Zachariam Papam implorat, hic Regem ipſe convenit, & â propoſito avertit.

744. Moritur Luitprandus Rex, poſt quem nepos Hildebrandus 7. menſibus imperat aſpere, ob id exauctoratus Rachiſio electo.

745. Juſſu Zachariæ Concilium in Germania contra inſurgentes ſectas celebratur, præſidente Magno Bonifacio Legato Apoſt.

746. Rachiſius Rex Leges Longobardis promulgat. Sicilia & Calabri peſtilenti lue vexantur.

747. Carolomanni Pipini frater ad S. Zachariam Papam occurrens, ab ipſo Monaſtico habitu induitur.

748. Dedicat ſolemni ritu Monaſterium Caſinenſe 8. Zacharias Papa Archiepiſcopis 13. Epiſcopis 68. præſentibus, & loco illi conſulit.

750. Rachiſius Pentapolim invadit, Peruſium obſidet, verum â Zacharia Papa non ſolum perſuaſus intermittere, ſed totus DEI amore accenſus, & ipſe cucullum exambijt, mox Caſini Monachus factus.

751. Mittit Legatos ad Zachariam Papam Pipinus, ſuper bono publico Regni Galliarum.

752. S. Zacharias Papa jubet ut S. Bonifacius Pipinum

A. C.

pinum GalliarumRegem ſolemniter coronet, ipſe paulo poſt ſanctè moritur, & inter Sanctos refertur, ſuccedit Stephanus III.

753. Aiſtulphus Longobardorum Rex gravis admodum Eccleſiæ imminet, fruſtra â Stephano Papa rogatus. Hic ipſus pro ope ad Pipinum contendit.

754. Stephanus Pariſijs lethali morbo tentatus â SS. Petro, Paulo, & Dionyſio ſanatur, tunc Pipinium cum uxore & liberis RR. conſecrat. Inde Pipinus contra Aiſtulphum movens, victor ipſum Papiæ obſidet & imperata facere cogit.

755. Aiſtulphus fœdifragus & perjurus, rogante Stephano denuo â Pipino cogitur, hic Exarchatum & Pentapolim S. Petro donat, cum plurimis alijs, fruſtra deprecantibus Legatis Imp.

756. Aiſtulphus fœdifragus in venatione Divino ictu percuſſus moritur, ſufficitur Deſiderius Stephano connitente.

757. Stephano mortuo Paulus Diaconus ejus frater ſufficitur vir ſanctus & ipſe Monachus, qui ſtatim Pipinum de electione edocet.

758. Paulus Papa Cæmeteria SS. Mart. extra Urbem Longobardorum injurijs obnoxia curat, & Martyrum corpora in Urbem transfert.

760. Vix quietiores unquam Longobardi, pactas cum Romana Eccleſia inducias Sacroſanctas habent.

761. Concilium Romæ congregat Paulus, Pa-

A. C.

paternaſque ædes in Monaſterium erigit.

764. Adeo jejuna res nunc temporis Italiæ ſcriptorum, ut nihil ſupra, laudatiſſimi Papæ Pauli acta prætereuntium.

766. Muneribus Gallos demeretur Conſtant. Copronymus, nequid contra ſe pro Pont. Rom. tentarent. Concilium Gentiliacenſe cogitur.

767. Moritur Paulus Papa. Ceſſavit Epiſcopatus I. menſem I. Paulo adhuc ſpiritum agente, inſtinctu Deſiderij Regis Toto Dux Conſtantinum fratrem etiam ſæcularem intrudit.

768. Obtruncato Totone Duce fugit Antipapa, obtruſere nonnulli Philippum quendam, donec Cleri populique conſenſu Stephanus IV. eligeretur.

769. Conciliū Romæ celebratur præſidente Papa & Conſtantini Pſeudopapæ acta reſciſſa.

770. Chriſtophoro Primicerio & Sergio Secundario ſollicitè jura S. Petri â Deſiderio Rege repoſcentibus, is Romam iratus properat cum exercitu & contra datam fidem illos excæcat.

771. Ductam ſuperiore anno Deſiderij Longobardorum Regis filiam ex Concilio Patrum repudiat Carolus Magnus.

772. Moritur Paulus Pont. Max. Creatur Hadrianus I. ab hoc Veneti primum Epiſcopum merentur.

773. Deſiderius Dominia Eccleſiæ hoſtiliter invadit, Hadrianus Papa Carolum Magnum implorat.

774. Hadrianus & Deſiderius Legatos ad Carolū mittunt,

A. C.

mittunt hic perfide ſcribit ſePapæ omnia reſtituiſſe, ſed Carolus occurrit Deſiderium victum Leodium exulatum mittit.

775. Rotgardus Foro-Julienſium Dux Regnum ſibi Longobardorum vendicare parat.

776. Movet in Italiam Magnus Carolus, victumque magna celeritate Rotgardum occidit, captis Forojulio & Tarviſio.

777. Hadriani Papa auſpicijs ad preces Caroli Magni Synodus Paderbornenſis celebratur.

778. Naſcitur magno totius Eccleſiæ plauſu Carolo Magno Ludovicus, qui poſtea Pius cognominatus eſt.

780. Iterum ad inſtantiam Caroli Lippiæ Concilium celebratur.

781. Magnus CarolusRomam venit. honorifice ab Hadriano Papa ſuſceptus, qui Ludovico &Pipino filijs ejus cororã impoſuit.

782. Synodus Colonienſis auſpicijs Adriani papæ celebratur.

784. Hadrianus Papa, ea quæ ſpectant ad ſacros ritus quam diligentiſſimè curans, ſuper ijſdem librum hoc anno ſcripſit.

785. Conſtantinus & Irene Impp. invitant Hadrianũ Papam ad Concilium in Oriente, reſcribit Adrianus, & cultum SS. imaginumreſtitui monet & acta Conciliabuli abrogari.

786. Hadrianus Papa Collectionem octoginta Canonum edit.

787. Nicææ Concilium celebratur præſentibus Adriani Legatis damnati Iconoclaſtæ & multa præclare inſtituta. Carolus movet

A. C.

in Aragiſum qui Regem ſe ungi fecerat, qui ſtatim dat manus.

788. Impp. Orientis mittunt in Italiam exercitũ, quem Carolus aggreſſus feliciter triumphat.

789. Carolus tanquam verè ſecundum ſpiritum filius Hadriani Papæ conſulit libertati Eccleſiaſticæ per Lombardiam & Germaniam.

790. Summa quiete bene uſus Adrianus tam in Urbe quam Orbe multa præclarè ſancit & inſtituit.

791. Ingens Tiberis Romæ inundatio muros ipſos nonnullis locis tranſcendit. Concilium Feroiulienſe celebratum.

792. Aliud Concilium auſpicijs Hadriani Ratiſponæ cogitur, quo Felicis Urgellitani ſecta opprimitur.

794. Francofordienſe Concilium in Germania ſub auſpicijs Hadriani habetur.

795. Hadrianus Papa ſanctè moritur, quem multis lachrymis proſequutus eſt Carolus Magnus, ſucceſſor deſignatur S. Leo III.

796. S. Leo Clero populoque Rom. conſulens, amplis à Carolo Magno ornatus muneribus, ab invidentibus multa patitur.

799. Immani ſcelere S. Leo III. inter Sacri muneris functionem graviter conſcinditur, lingua exſcinditur, oculi eruuntur eripitur à Winigiſo Duce, à Carolo M. Romam reducitur.

800. Leo III. Carolum M. Imperio Occidentali donat, & Auguſtum creat, Romanæque Eccleſiæ conſtituit Defenſorem.

Occa-

A. C.

801. Occaſione terræ motus maximi Italiam concutientis, S. Leo Rogationes triduo ante Aſcenſionem inſtituit.

802. Papienſis Univerſitas & Bononienſis in Italia efflorefcent: Concilium Altinenſe celebratur.

803. Terræ motibus præteritis aliisq; portentis ipſa terra prodit theſaurum Mantuæ latentem SS. Sanguinis lateri cruci.

804. Ipſe S. Leo Mantuam advolat comprobatoque miraculis tanto theſauro, ipſe lætum allaturus nuncium ad Carolum occurrit.

805. Venetorum inquietæ res Joanne Mauritio, & Obelerio de Principatu contendentibus, hoc Caroli opem efflagitantur.

806. Carolus Magnus teſtamentum condit, & regna inter filios dividit, Pipino egregio Principi Italia ceſſit.

807. Incredibilis Italiæ felicitas, Gubernatore Regni miſſo S. Adelhardo Abbate Corbeienſi, DEO omnes illius conatus mire proſperante.

808. Ardulphus Northumbriæ Rex à ſuis Regno pulſus, ad communem patrem S. Leonem confugit, qui per Carolum reſtitui curat.

809. Dum Pipinus Italiæ Rex vario Marte cum Græcis confligit, & Veneti his auxiliares fiunt, in illos quoque bellum à Carolo Magno decernitur.

810. Pipinus navali prælio cum Venetis congreditur, eoſque ſuperat captis Ducibus Guillario & Beato. Moritur ipſo anno Pipinus

A. C.

Pipinus incredibili omnium bonorum dolore.

811. Carolus ad in inſtantiam Nicephori Imp. cum ipſo paciſcitur, & Venetias ac maritimas ipſi Urbes reddente, reliquamDalmatiam, Iſtriũ,Liburniã &c.ſibi ſervante.

812. Nicephoro optimo Imperatore, quieta deinceps per Italiam omnia quorum Carolus ſanctè amicitiam coluit.

813. Varia paſſim Concilia ad inſtantiam Caroli celebrantur, qui & Ludovicum filiam coronari Imp. curat.

814. Moritur MagnusCarolus de Italia æternum meritus, alter ejusdem ſervator habitus, Eccleſiæ defenſor incomparabilis.

815. A morte Caroli S. Leo Papa novis denuo inſidijs & factionibus impetitur, quas feliciter Bernardus Italiæ Rex amolitur.

816. Moritur S. Leo III· cui ex ordine ſimiliter Monaſtico ſufficitur S. Stephanus V. ab ipſa ſtatim electione miraculis clarus,qui ad Imp. pro conſilio profectus ipſum Rhemis coronat.

817. Præcipitur magnis conatibus immatura morte S. Stephanus, cui invitus ſufficitur S. Paſchalis I. monachus. S. Stephani in Urbe. Bernardus Italiæ Rex rebellis â patre excæcatur & moritur.

818. Orientem demereri plurimum laborat S. Paſchalis, exules pro fide incredibili charitate ſuſcipit.

819. Ludovicus Pius duobus Conventibus multa è re Eccleſiæ ſancit, Pontificia auctoritate comprobata.

Summa

A. C.

820. Summa Sereniſſimæ Reipubl. felicitate & plauſu corpus S. Marci Evangeliſtæ Alexandria Venetias transfertur.

821. Romæ quoque inſignis plauſus invento corpore incorruptiſſimo S. Cæciliæ, cui Paſchalis Papa inſigne adjungit Cænobium.

822. Inſigne illud Italiæ Sydus & columen S. Adelardus Abbas exulans aliquamdiu ſcelere invidorum ſummo cum honore revocatur, & Regnis omnibns conſulit.

823. Lotharius Imperator Romæ ſolemniter à Paſhali coronatur. Paſchalis liberam Electionem Epiſcoporum impetrat.

824. Mortalitatem exuit S. Paſchalis I. Pater Patriæ, ſuccedit Eugenius II. Motus Urbis miſſus à patre Lotharius compeſcit.

825. Conſultant eruditi ſuper cultu imaginum in Gallia, ſed verePiùs Imp. omnia remittit ſedi Apoſtolicæ.

826. Legatos Eugenius mittit ad Lud. Imp. & Concilium 63. Epiſcoporum Romæ congregat.

827. Moritur Eugenius, ſuccedit S. Valentinus & hoc quoque poſt 30. dies mortuo S. Gregorius IV. Foſſæ Novæ monachus.

828. Gregorij IV. opera varia paſſim Concilia, Moguntiæ, Lugduni, Toldæ, Pariſijs celebrantur.

829. Peſſimo exemplo Ludovicus Homini externo, Bernardo Hiſpano res Aulæ credens, filios & Principes Regni graviter offendit. S. Gregorius Oſtiâ Tiberim contra Saracenos munit.

Pipinus

A. C.

830. Pipinus in patrem arma ſumit, contra quem, reverſus ex Italia Lotharius, jure agendum, non armis contendit.

831. Exeſſe aula juſſus Bernardus Hiſpanus, dum paulo poſt revocatur, magis efferveſcunt bella, Pipino omnia turbante.

832. Pipinum omnia vertentem intercipit parens, & Treveris captivum includit, ſed evadens Aquitaniam occupat.

833. Imperator Pipinum Aquitaniæ exuens, mox â filijs Imperio exuitur, advolat Gregorius, & abrogationem reſcindit.

834. Reſtituitur â ſubditis in Imperium Ludovicus. Lotharius Gregorium Papam haud leviter vexat.

835. Immortali de Sanctis ipſis merito, Feſtum Omnium Sanctorum ſolemne inſtituit Gregorius IV.

836. Dum Lotharius bona Eccleſiæ invadere tentat â Ludovico parente coactus deſiſtere, qui Papam ſolatur.

837. Viſo paſſim Cometa Ludovicus Imp. mortem ſibi impendere exiſtimans, in Rom. Eccleſiam & alias magnificè liberalem ſe probat, ſed paulo poſt moritur Pipinus.

838. Gregorius Papa Corſicam demeretur, quam graviſſimo Saracenorum metu, reducto Principe liberat.

839. Gregorius ortam inter Epiſcopos Galliæ diſſenſionem ſopit.

840. Magno Gregorij luctu Ludovicus re & nomine vere *Pius* Imp. moritur, mittens ad Lotharium Imperij inſignia.

Lotha-

A. C.

841. Lotharius Monarchiam affectans etiam terrore concutit, quod Longobardia non contentus fore videretur, ſed totius Italiæ Imperium expetere.

842. Exaudijt DEUS preces & conatus pro SS. Imaginibus Gregorij & ſublato Impio Theophilo; ſuccedente Michaele filio cultus imaginum reſtituitur.

843. Lothario poſt longam diſceptationem cedit Italiæ Regnum una cum Burgundia & Auſtraſia, moritur S. Gregorius IV.

844. Pulſo Joanne Diacono violenter ſedem invadente eligitur Sergius II. Miſſus à patre Imp. Ludovicus, ut coronaretur, dum hoſtilia molitur, terretur à Sergio, & mutatus, coronatur.

845. Inſtituit Sergius Archiepiſcopatum Bremenſem, cui Magnum illum Septentrionis Apoſtolum S. Ansgarium proficit.

846. Saraceni ſubito Italiam opprimunt, in reditu cum omni theſauro merſi, dum S. Benedictus viſus à S. Petro navicula invehi, illis comminatus, lituo mare turbaret. Concilium Pariſienſe celebratur.

847. Mortuo Sergio, iterum ex Ord. Monaſt. Maximus revera Pontifex Leo IV. ordinatur, confirmationem ejus arroganti ſibi Lothario egregiè reſtitit, & ut liberrimam electionem fateretur, evicit.

848. S. Leo IV. Romæ Urbem novam condit Leoninam dictam, ut Divi Petri Eccleſia à Saracenis tuta eſſet.

849. Leo IV. tribus coactis claſſibus, Divinis Myſterijs armatas in Saracenos mittit, memo-

A. C.

memorabili victoria ad Oſtia Tiberis reportata.

850. S. Leo IV. re benè geſta contra Saracenos, cordi habet, ut contra eoſdem Oſtia & alia loca magis communiat.

851. Vulgata Leonis ſanctitate, Adulphus Angliæ Rex Romam occurrit cum filio & Regnum Eccleſiæ Tributarium offert. Italiam infeſtant Saraceni, quos Lud. Rex Benevento eijcit.

852. LeoninamUrbem ſuam abſoluitLeo,&Romæ Concilium 67.Epiſcoporum convocat:CanonesGratianus inCorpus retulit.

853. Centumcellos ante 40.an. âSaracen.reverſas commodiore loco molitur Leo, & egregie munit,Leopolis nomine impoſita.

854. Prævidens gravia Italiæ à Saracenis imminere mala, magnos ſed utiles ſumptus impendit ad varia loca munienda.

855. Lotharius ultro reſignato Imperio Monachum Prumiæ profitetur. Concilia duo Valentiæ & Ticini celebrantur. Moritur S. Leo IV. ſuccedit Benedictus III. fruſtra ſe ingerente Anaſtaſio.

856. Moritur Baſſatius Caſini Abbas, liberata à Saracenis Campania meritiſſimus dum Ludovicum Regem evocaſſet.

858. ExtinguiturBenedictus Papa cui Nicolaus I. multum renitens ſufficitur, Ludovico Imp.Stratoris officia exhibente.

859. Photius ipſe ut in ſede confirmaretur, tanti auctoritatem Papæ facit, â quo Legatos petit ad conſtituendam Eccl. Conſtant.

860. Scribit ad Photium Nicolaus gratulans de fide

A. C.

fide Catholica (quam Photius ſimulaverat) increpans de provectione ex Laico contra Canones.

861. Saracenis denuo Italiam impetentibus, magnos labores ſuſcipit S. Bertharius Abbas pro illa liberanda, & urgendo auxilio.

862. Synodũ Romæ celebrat Nicol. in qua Theopaſchitarũ repullulans Hæreſis damnatur.

863. Iterum Romæ Concilium cogitur in cauſa Legatorum Prævaricatorum, quo Photius Anathemate percutitur.

864. Rurſum Concilium Romæ habetur, quo Rodoaldus Portuenſis Epiſcopus Legat⁹ Prævaricator damnatur & exauctoratur.

865. Sollicitatione aſſidua S. Berthárij Abb. Caſin Ludovicus Imp. Saracenos Campania exigit & Bario incluſos obſidet. Concilium Romæ celebratur. Michaeli Or. Imp. minatur Nicolaus excomm,

866. Bulgari opera SS. aliquot Monachorum converſi â Nicolao plures laboratores expetunt. Ipſe Conciliũ Sueſſionem indicit.

867. Baſilius novus Orient. Imp. Cath. per Legatos & litteras Nicolao Papa ſe ſiſtit, pulſo Photio. Moritur Nicol. ſuccedit Hadrian.

868. Saraceni ex Dalmatia in Calabriam profugi paſſione excipiuntur â Lud. Imp. Synodus Romæ agitur, & in præſenti, Legatorũ Imp. Or. Photij Cõciliabulũ damnatur.

869. Ludovico fortiter in Calabria contra Saracenos agenti, Baſil. Or. Imp. trecentarũ navium claſſim ſubſidio mittit. Bariũ expugnatur. Conciliũ Generale Conſtantinop. præſentibus Leg. Rom.

Anco-

A. C.	
870	Anconam captam incendunt Saraceni, & à Duce Veneto profligantur.
871.	Rebus Campaniæ compoſitis iterum coronatur Romæ Ludovicus.
872.	Ludovicus Rex ſumma felicitate Saracenos aggreſſus, magna denique clade Italia ejicit. Obijt Adrianus ſuccedit Joan. 8.
873.	Ludovicus Imp. ulturus Adelgiſi Ducis in Lud. Regem auſa in ipſum movens, Benevento eijcit.
874.	Abdila Saracenorum Princeps Italiam invadit, Salernum obſidet, ubi dum Eccleſiam violat & violare Virginem parat, trabe delapſa mirè opprimitur, Ludovicus hoſtes triumphat.
875.	*M*oritur Ludovicus fortiſſimus Imp. ſuccedit Carolus Calvus.
876.	*C*oncilio Ticinenſi & mox Pontigonenſi Imperium Carolo confirmatur. Optimè meritus de Italia moritur Ludovicus *R*ex.
877.	Joannes Papa Carolum Imp. Romam evocat, ut periclitanti à Saracenis Italiæ adeſſet, ubi opt. Princeps dolo Medici Hebræi perivitur. Inde Papa tributum pendere hoſti debuit.
878.	Turbatiſſimæ Italiæ res Lamberto Spoletano Urbem occupante, Papa in Gallias effugiente, ubi Ludovicum Imp. coronavit.
879.	Reverſus ſuperiore adhuc anno Romam Pontifex Synodum celebrat. Moritur Lud. Imp. Italia & à Saracenis & diſſidentibus *P*rincipibus valde affligitur Joannes

A. C.

annes ſeductus *Photium* confirmat, inde à multis Joanna non Joannes dictus.

880. Carolomanno mortuo Carolus Craſſus Italiam ſibi vendicat, & fine anni in Natali Domini Romæ coronatur Imperator.

881. Joannes *Papa* Athanaſium Epiſcopum & *Principem* Neapolitanum ob ictum cum Saracenis fœdus excommunicat.

882. Dum Carolus Craſſus res *Italia* curat, Nortmanni crudeliter in Gallijs graſſantur, Joanni mortuo Marinus ſuccedit.

883. Marinus perperam facta Joannis reſcindit, & *Photium* damnat Carolus *Imp. Italiam* reviſit rebuſque compoſitis in Germaniam redit

884. Brevi regimine Marinus obijt, delecto Adriano, qui ſtatim *Photium* execratus eſt, vaſtant miſereItaliam Saraceni, à quibus S. Bertharius *Caſini* Abb. cum innumeris occiditur.

885. Mortuo Adriano ſummo Pontifici ſuccedit *Stephanus* VI. alijs V. qui aqua à ſe benedicta locuſtas in Italia pellit.

886. Mortuo Baſilio Or. Imp. ſuccedit Leo *Philoſophus* dictus, qui ſtatim *Photium* deijcit, & à Stephano *Papa* opem & conſilium rogat.

887. Conſulit rebus Orientis Stephanus *Papa*, Carolus Craſſus dum S. EmmeramiMonaſterium dat in Commendam, ut vocant, ex eo tempore ex feliciſſimo fit infeliciſſimus.

888. Mortuo ſumma in paupertate Carolo Imp, exauctorato, Berengarius Dux Foro Julienſis

A. C.

lienſis Italiam ſibi vendicat

889. Wido Spoletanus deject⁹ ſpe Galliæ vendicandæ, cum Berengario de Italia contendit. Litteris & Legationibus Imp. Orientis agit cũ Papa de Actis Photij corrigendis.

890. Moritur S. Stephanus Papa, cui Formoſus ſufficitur. Wido Berengarium bis acie victum Italia eijcit.

891. Wido petentibus Italis conſecratur à Formoſo Rex Italiæ & Rom. Formoſus Orienti conſulit.

892. Lamb. Widon. filius Italiæ Rex renunciatur.

893. Arnulphus Imp. ingentem Italiæ recuperandæ cauſa congregat exercitum. Bulgari Rom Eccleſiæ ſe denuo ſubijciunt.

894. Arnulphus in Italiam movens Bergomum Mediolanum & alias urbes, Lambertus Papiam & alia loca occupat.

895. Concilio Triburienſi diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſulitur Arnulphus Bellum Italicum proſequitur.

896. Conſenſus Formoſi Arnulphus denuo in Italiam occurrit Romam vi expugnat, cæſis quotquot Formoſo adverſati eſſent. Coronatus in Germaniam revertitur, obit Formoſus.

897. Invadit ſedem Bonifacius & mox Stephanus VI. al. VII qui peſſimorum conſilio Formoſum ex humatũ in Tiberim proijcit.

898. Vexant Eccleſiam Tyranni Adelberti duo Tuſciæ Marchiones à quibus Stephanus etſi Catholicus, ſed vita turpiſſimus intruſus, ſanctam ſedem permittente Numine indigniſſimus obtinet.

Luctu-

A. C.

899. Luctuoſiſſimus Eccleſiæ & Italiæ annus ſub turpiſſimo Pontifice ſua, non quæ DEI ſunt curante & Tyrannis favente. Moritur Arnulphus Religioſiſſimus Imp.

900. Stephanus invaſor à Romanis captus in carcere ſtrangulatur, poſt quem Romanus 4. tantum menſibus præfuit. In Italia plures de Regno cõtendunt, acclamatur Ludovicus Boſonis filius Papia capta.

901. Romano & Theodoro brevi imperio extinctis Joannes IX. eligitur. Ludovicus victo & fugato Berengario Romam veniens ſalutatur Imp.

902. Hungari invitante Berengario Italiã vaſtant. Ludovic. à Berengario victus exoculatur.

903. Joannes Papa brevi Pontificatu tria conſilia celebrat & benè meretur. Berengarius varia Italiæ loca occupat.

904. Berengarium coactus Papa coronat, paulo poſt acclamatus ab Italis Lambertus coronatur cujus libera & legitima electio Concilijs Romano & Ravennate decernitur. Formoſi acta probatur.

905. Joannes Papa vir meritiſſimus vita excedit. Eligitur Benedictus IV. Lambertus rem ſuam in Italia promovet.

906. Conſopitis nonnihil bellis quieſcit Italia, Lamberto nequis turbaret Regnum ſollicite vigilante.

907. Ex Monachis eligitur Benedictus V. vir ſanctiſſimus, quem paulo poſt detrudens in carcerẽ Chriſtophorus ſedem invadit poſt 7. menſes & ipſe detruſus, cucullo denique mœrorem ſolatur.

Sergius

A. C.

908. Sergius denique toties repulſam paſſus permittente DEO ſedem invadit homo ſceleratiſſimus, qui ſtatim acta Formoſi irrita jubet.

909. Concilium Sueſſionenſe celebratur de diſciplina Eccl. reſtituenda.

910. Sergius nefandus moritur, ſufficitur Anaſtaſius. Hugo Mediolan. Comes Lambertum Regem juvenem ſummæ expectationis in Venatione perivit. Berengarius Regno potitur.

911. Velut Febri laborans Italia nemine ſe contra Berengarium movente pace fruitur.

912. Moritur Anaſtaſius Papa, intruditur Lando Sabinus & poſt hunc Joannes X. ab impia Theodora, quæ ipſum deperibat.

913. Dum à nefarijs idolis ſancta inquinatur cathedra, innumeri SS. ex Ordin. *Monaſt.* Pontifices Eccleſiam ornant.

915. *Memorabilis* Italiæ annus inſigni victoria de Saracenis, qua demum junctis Principum armis omnes internecione deleti ſunt, Berengario rē ſtrenue promovente.

916. Ingens tota Italia plauſus, & feſtæ gratulationes ob juratos fidei hoſtes expulſos.

918. Joannes Papa conſcientia ſcelerum prægravatus Legatum Compoſtellam miſit S. Siſenendum Epiſcopum rogans, ut jugiter pro ſe apud S. Jacobum oraret.

919. Concilio Romæ coacto, alia inter *Miſſale Mozarabum* corrigitur.

920. Altum rerum Italicarum ſilentium, quod nemo non alia pace gauderet, dummodo non res Catholica ex capite laboraret.

Agno-

A. C.

922. Agnoſcitur nihilominus ab orbe Chriſtiano Joannes Papa etſi invaſor, Tungrenſis Epiſcopi cauſa ad ipſum perlata & judicata.

923. Joannes mittit pallium ad Sculphum nuper creatum Archiepiſcopum Rhemenſem, Rudolphus Burgundus Berengarium bello premit, & gravi clade afficit & ſuperat.

924. Berengarius in odium Rudolphi Saracenis jungitur, qui Italiam premunt & Papiam evertunt. Ille dolo Flamberti occiditur.

925. Rudolphus jam Italia Rex Ermengardis Reginæ dolo & illecebris ſeductus à ſuis deſeritur, & in tranſalpina ſe recipit.

926. Hugo Rex Arelatenſis contra Rudolphum Rex Italiæ ſalutatur, & Mediolani ab Archiep. coronatur Joanne Papa invitante.

927. Bina hoc anno Concilia celebrata. Heribertus Aquitaniæ Comes monente Joanne Papa Carolum Simplicem carcere liberat.

928. Wido Tuſciæ Marchio, & Marozia Uxor Joanni Papæ infenſi, quod Petrum fratrem mire honoraret ipſum in oculis Pont. obtruncari curant. Joannem in

929. carcere mœrore an laqueo abſumunt.

Leo ſuperiore anno Joanni ſuffectus, hoc in carceres truditur, ejuſque loco Stephanus VII. an VIII. ſubrogatur.

930. Stephano mortuo iterum ſcelere Widonis Tuſciæ March. ſummæ ſedi Joannes XI. Joannis Intruſi ex Marozia filius imponitur.

A. C.

931. Veneti, generoſiſſimo ſpiritu ditionem ſuam in Dalmatiam uſque propagant. Urſus ParticipatiusDux Saracenos debellat.

932. Beſtia ſedem Petri occupante tanto magis viri ſanctiſſimi Eccleſiam propugnant & ornant. Urſus Participatius fitMonachus.

933. Itali contra Hugonem Regem Arnulphum Boium invitant, hic victus ab Hugone regreditur, Hugo ope Maroziæ Roma potitur, paulo poſt à Romanis expulſus cum Lotharium filium Regem Italiæ creaſſet.

934. Impijſſimus Albericus nomine Joannis Papa Patriarchæ Conſtantinop. pallij perennem uſum abſque requiſitione ulteriore concedit..

935. Conciliū Rhemenſe celebratur, quo Eccleſiaſticarū rerū invaſores ad correctionē vocati ſunt, JoannePapa male conſcio.

936 Meretur immortaliter de Italia S. Odo Abbas CluniacenſisHugone Rege & Alberico Principe compoſitis, & funeſtiſſimo bello conſopito.

937. HungariCampaniam & aliaItaliæ loca igne & ferro vaſtant, à Marſis dein ac Pelignis pene ad internecionem cæſi.

938. Demeretur ingentibus beneficijs Eccleſiam Magnus illeOdoCluniacenſis, ad quem ex toto orbe quęſtiones diſcutiendæ venêre.

939. Hugonem optimè de ſe meritum Regem, inconſtantiſſimo ingenio Itali varijs inſidijs, odijs & injurijs circumagunt.

940. Stephanus IX. Germanus natione ſuperiore anno Leoni ſubrogatus peſſimè à Tyrannis ex-

A. C.

nis exagitatur, facie etiam crebris ictibus deformata, quod Otthonem M. Imp. ad tollendam Tyrannidem incitavit.

941. Hugo & Lotharius ejus filius Reges Italiæ in Monachos benefici. Iterum graves diſſenſiones conſopit S. Odo. Ottho Magnus graviter ulciſcitur læſam Pontificiam majeſtatem.

942. Rurſus colliſos graviter Hugonem Regem & Albericum Principem concilia S. Odo, & re feliciter confecta, Romæ morbo corripitur, & Turones properans in S. Martini moritur.

943. Stephanus Papa civili tumultu Alberici male mulctatus moritur, Marino in Petri Cathedram evecto.

944. Hugo Conſtant. Imp. opera Saracenos vincit, & Fraxinetum occupat. Idem Imper. Hugonis filiam filio Uxorem petit.

945. Hugo Rex S. Petri prope Burgundiam condens Cœnobium cucullum amplectitur, regnat æqua ſorte cũ Berengario Lothar.

946. Lotharium Hugonis filium Conſtantinus Imp Berẽgario commendat. Ab hoc Luitprandus Legatus ad Imp. Or. mittitur. Moritur Marin⁹ Papa ſuccedente Agapito.

947. Concilia Aſturicenſe & Virdunenſe celebrantur.

948. Hungari armis Italiam infeſtant Berengarius autem exactionibus totam exhaurit, incidente in phreneſim ob hæc Lothario.

950. Moritur Lotharius Italiæ Rex Adelheide Regina Canuſium profugiente &

A. C.

Othonis I. opem implorante. Berengarius totum ſibi Regnum vendicat, nec ſacris quidem abſtinet.

951. Ab Agapito quoque vocatus Ottho Italiam tyrannide Berengarij liberat, quo victo Papiam occupat, & Adelheidem conjugem ducit.

952. Invitat Otthonem Papa, ſed Albericus prohibet. Ottho redux in patriam Conrado Lotharingo Italiam committit, qui Berengarium cogit ſeſe Otthoni ſubmittere.

953. Otthone motibus Germaniæ occupato, Berengarius contra datam fidem tyrannidem invadit.

954. Moritur tandem inquietiſſimus Princeps Romæ & Eccleſiæ Tyrannus Albericus, ſuccedente filio Octaviano.

955. Decedit Agapitus invadente denuo ſacram ſedem beſtia Octaviano prædicto 18. annorum juvene, qui Joannes XII. dici voluit. Otthone contra Ungaros occupatiſſimo, graſſatur Berengarius.

956. Inſatiabili auri, etiam ſacri ſiti, miſere affligit Italiam, Berengarius, & theſauros recondit.

957. Ludolphus Dux juſſu patris Imp. movet in Italiam, & Berengario profligato captisque urbibus immaturè moritur.

958. A Ludolphi morte liber Berengarius ſacra & profana miſcet, ſub cujus Tyrannide, donec ſuperveniret Ottho, Italia ingemuit.

959. Nec quidquam preces & vota, ſuſque deq; omnia

A. C.

omnia habet Berengarius, inſatiabilis auro & opibus odioſam omnibus vitam reddit.

960. Joannes Papa Otthonem Cæſarem contra Tyrannum evocat, data prius fide de juribus Eccleſiæ conſervandis Italiæ Regnum promittit.

961. Ottho coronato prius in Germaniæ Regem filio, movet in Italiam,& hoc anno *Papiæ* ſubſiſtit.

962. Ottho pacificè Romam ingreſſus, ſummo plauſu exceptus coronatur â Papa,&Romanæ Eccleſiæ adempta reſtituit.

963. Joannes Papa fœdus cum Adalberto init, quem graviter lapſus Ottho, Concilio coacto,etſi perverſum, ſpurium & ſacrilegũ exauctorat Leone IIX. ſubrogato.

964. Ottho captum Berengarium perpetuo exulare jubet. Pellitur â Romanis Leo, revocatur Joannes, qui paulo poſt vivere deſijt.Eligitur Benedictus, frendente Cæſare.Romam fame donante & Leonem reducente.

965. Elapſus fuga Adalbertus Berengarij filius Italiam turbat Benedictus Papa exul obijt, ſed & Leo Antipa moritur, huic juſſu Cæſaris Joannes XIII. ſufficitur,ob inſolentiam ab Urbis præfecto captus.

966. Contra Adalbertum movet Cæſar, inde Romam, proin Romani Joannem reſtituunt, nihilominus ulciſcitur graviter Imp. Conſules in exilium agit, Urbis præfectum virgis cæſum, nudatum aſino imponit.

A. C.

967. Ottho Papam ſecum Ravennam ducit, ubi Concilio habito multa præclarè ſtatuta ſunt. Ipſo anno coronari filium curat.

968. Ottho Adalbertum Tyrannum juſta acie vincit, qui paulo poſt mœrore deceſſit, & cum ipſo nomen Italiæ Regum deſijt.

969. Otthonem dum miſſa ſponſa in Italia opprimere Nicephorus conatur, ejus copiæ in Calabria cæduntur, & ad nuncium cladis ipſe occiditur.

970. Zimiſca Imp. Nicephori ſucceſſor & interfector, ut ſibi Imperium ſtabiliret Theophaniam promiſſam Otthoni Iuniori mittit.

971. Joannes Generalem Romæ Synodum celebrat. Ravennæ convenit Otthonem Imp. S. Udalricus & nepoti ſucceſſionem in Epiſcopatu impetrat, lugens in morte & à morte luens.

972. Moritur Joannes Papa & paulo poſt ſucceſſor Donus, inde Benedictus VI. eligitur.

973. Moritur Ottho Imp. Saracenorum in Italia debellator, S. Adelheides Auguſta cucullam complectitur.

974. Benedicto Papa capto Bonifacius parricida poſtquam ipſum ſtrangulari juſſerat, ſedem occupat.

975. Bonifacium ejicit Benedictus Sutrinus Epiſcopus, communi omnium ſuffragio electus Pont.

976. Orſelinus Venetorũ Dux cucullũ amplectitur, Calabria etiamnum à Græcis tentatur.

977. S. Romualdus Italiam omnem ſanctitatis radijs ornat.

Caſini

A. C.

978. Caſini & paſſim ingens Sanctorum atque eruditorum numerus Eccleſiam DEI mire demeretur.

979. Baſilius Orientis Imp. Saracenis mercede conductis Italiam invadit, captiſque Matera & Bario Apuliam & Calabriam recipit.

980. Ottho Imperator contra Græcos magno cum exercitu in Italiam properat. S. Nilus Abbas mirè celebratur.

981. Moras patitur expeditio Otthonis, qui ne quid interea damni pateretur Germania, Carolo Lotharingo ſatisfacit.

982. Ottho in Græcos & Saracenos movens, ab illis profligatur, & natando effugit. Concilium Romæ cogitur.

983. Reſtauratis viribus Ottho cladem ſuperam egregie ulciſcitur inde Sanguinarius dictus. Poſt Veronæ celebratis Comitijs Otthonem III. ſucceſſorem deſignat, & Romæ moritur.

984. Vita excedit Benedictus VII. ſufficitur Petrus Papienſis Epiſcopus dictus Joannes XIV.

985. Mortuum Otthonem inaudiens Bonifacius, denuo invadit ſedem, & Joannem Papam fame perimit, ipſe poſt 4. menſes repente mortuus. Creatur Joannes XV.

986. Novus in Urbe Tyrannus Creſcentius titulo Conſulis caſtrum S. Angeli occupat. Fugit Joannes in Tuſciam, opem Cæſaris implorat, hujus metu Papam revocant Romani.

A. C.

987. Quietus Italiæ annus, ſanctorum ſplendoribus fulgidus, S. Romualdo totum mundum fama implente.

988. Joannes Papa S Libentium Archiepiſcopum Bremenſem conſtituit, & pallio ornat.

989. In Italia novi motus, quos ut conſopiret Theophania Imperatrix eo conceſſit & uſque ad mortem manſit.

990. Joannes Papa miſſa Legatione Anglum & Normannos bellum parantes conciliat. Sylvanectenſe Concilium celebr.

991. Venetij imminent Saraceni, quo Dux Reipubl. Tribunus Memus generoſiſſimè repellit.

992. Conciliabulo Rhemenſi ejus Urbis Epiſcopus ad Rom. Pont. appellans exauctoratur. Papa auctores ſacris interdicit.

993. Ingens Italiæ trepidatio ab inſolitis Veſuvij flammis, ſed & Roma multæque civitates incendio ferè perierunt.

994. Creſcentius V. C. Germanis infenſiſſimus Romanis ſubijcere Imperium ſatagit. Joannes Urbe ejectus Imperatori quæritur.

995. Joannes Papæ auctoritate Moſomenſe & Rhemenſe Concilia celebrantur.

996. Joanne mortuo fit Papa Gregorius V. Werdenſis ex monacho Corbeiæ Epiſcopus, contra quem Creſcentius Joannem intrudit. Creſcentius capitur & occiditur juſſu Imp.

997. Gregorius V. immortali merito, conſtituit primùm Sacri Rom. Imperij Electores.

Maria

A. C.

998. Maria Auguſta falſo accuſatum damnatumque capitis Comitem, merito luït, memorabili exemplo juſtitiæ juſſu Cæſaris ignibus exuſta.

999. *M*oritur Gregorius V. ſuccedit Sylveſter II. vir eruditiſſimus, nequiter â nonnullis magiæ inſimulatus.

1000. Imperator Romam pergens, ex itinere ad S. Nilum divertit, â quo ſalutis monita accipiens, lachrymabundus diſceſſit.

1001. Ravennam ad S. Romualdum veniens Imp. de obitu imminenti edocetur.

1002. Initio anni Ottho III. Imp. infectis â Creſcentij V. & vidua chyrothecis extinguitur 28. Ian.

1003. Primus ingenti merito Sacræ militiæ contra Saracenos claſſicum canit Sylveſter II. Idem inventor Horologij & Organi Aquatici: moritur hoc anno ſuccedit Joannes XVI.

1004. Joanni poſt 5. menſes mortuo ſubſtituitur Joan XVII. al. XIX.

1005. Berengariana Hæreſis emergit. S. Wilhelmus FructuarıæAbbas, graviſſimum Gallijs imminens bellum conſopit.

1006. Francofortenſe Concilium celebratur, quo Henricus I Imp. ad pedes Epiſcoporum ſe proſternens ſurgere noluit, priuſquam à Willeglio Archiepiſcopo attolleretur.

1007. Tantus concurſus ad S. Romualdum, ut mundus univerſus videretur cucullum amplexurus.

1008. Saraceni Italiam invadunt, Capuamque & Barium oppugnant à Gregorio Baſilij

A. C.

Imp. Duce ope Venetorum repulſi.

1009. Joanne Papa extincto creatur Sergius IV. ex Monacho, qui rerum ſtatim ſatagit in Hæreſibus opprimendis.

1011. Bambergæ celebratur Synodus occaſione Dedicationis Eccleſiæ ibidem, ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectæ.

1012. Sergius IV. eximijs meritis Papa moritur non ſine ſanctitatis opinione, ſuccedit Benedictus IIX. qui ejectus à Gregorio quodam intruſo ad Henricum Imp. in Germaniam fugit.

1013. Arduinus Tyrannns Italiam vexat, gravi prælio ab Exercitu Henrici Imp. in agro Mediolanenſi ſuperatusBenedictus àRomanis metu venientis Cæſ. recipitur.

1014. Henricus magna Pompa à Benedicto Romæ coronatur, coronam aureamS.Odiloni Abbati mittit.

1015. Arduinus abſente Cæſare reſtaurat bellum, ſed victus ab Archiep. Mediolanenſi, faſtidiens ſæculum, fit Monachus Fructuariæ.

1016. Baſilius Imp. Or. Calabriam atq; Apuliam miſsâ claſſe propugnat, Melo rebellionem parante. Moritur ſanctè Arduinus.

1017. Iterum inquieti Saraceni invadunt Italiam, ab exercitu Benedicti Papæ feliciter repulſi.

1018. Græci tribus prælijs à Melo Tyranno Normannorum ope victi, quarto victores, amiſſa oppida recipiunt.

1019. Benedictus Bambergam venit, & novum Epiſcopatum confirmans urbe illa donatur.

A. C.

tur. Cæſarem contra Græcos invitat.

1020. Invaleſcentibus per Italiam Græcis, Capuanus Princeps ad ipſos deficit, Melus ad Imp. in Germaniam ſe recipit.

1021. Æternus Muſicorum Dictator Guido Monachus, Avellanæ modum tradendæ Muſicæ & manum, ut vocant, Muſicam invenit.

1022. Henricus Imp. inſigniter de Græcis prope Salernum triumphat. Deſperatus calculi morbo à S. P. Benedicto apparente mire ſanatur, & ſolemniter ſe in cucullo devovet.

1023. Celebratur Generale Concilium Moguntinum. Benedictum Papam conveniunt Papiæ Henr. Imp. & Robertus Rex. Galli.

1024. Moritur Benedictus Papa à S. Odilone Purgatorio ereptus, quo ipſo anno etiam S. Henricus obijt.

1025. Guilielmus III. Aquitaniæ Dux à Longobardis ad Regnum Italiæ invitatur, paulo poſt factus Monachus.

1026. Conradum Imp. in Italiam moventem impedire conati Longobardi, armis disjecti ſunt. Papa ad alpes occurrit.

1027. Conradus Romæ feſto Paſchatis ſolemniter coronatur, & ſtabilitis rebus revertitur. Moritur Sol Italiæ S. Romualdus.

1028. Ex Italia ingens ſecum Orienti lumen infert S. Bononius Abbas Ægypti ſolitudines Monachis denuo replens.

1029. Auſpicijs Joannis Papæ celebratur in Gallijs Synodus Lemovie.

1030. S. Joannes Gualbertus ab hoc anno &

A. C.

1042. Agunt rem ſuam Victores, & munitiora quævis natura loca, arte quoque perficiunt.

1044. Benedictus à Sylveſtro III. Ptolomæi civis Rom. opera iſte rurſus à Benedicto pellitur, hic demum opera S. Bartholomæi Abbatis Cryptæ Ferratæ ſponte ſe abdicat, creatur Gregorius VI.

1045. Normanni Apulia capta etiam Caſinatem agrum infeſtant, viſi ſæpius à S. P Benedicto velut pecora abigi. Gregorius æmulos pecunia ſolatur.

1046. Stupendo humilitatis exemplo Gregor. VI. ut pacem Eccleſiæ daret ultra reſignans fit monachus. Eligitur Clemens II.

1047. Henricus Imp. Caſtellis aliquot verſus Apuliam receptis, cum Clemente Papa in Germaniam pergit, hic moritur, Benedictus IX. tertio ſedem invadit.

1048. Rejecto invaſare Cæſar mittit Popponem Brixienſem, dictum Damaſum II.

1049. Poſt Damaſum deſignatur à Cæſare Bruno Tullenſis, qui electionem Clero & pop. Rom. reſignat, mox unanimiter electus, qui primo anno tria celebrat Concilia,& Siciliam Eccleſiæ jungit.

1050. Leo Patriarchatum Venetijs inſtituit, iterum 2. Concilia cogit.

1051. Concilium Romæ celebrat Leo, ſuper continentia Clericorum.

1052. Leo ipſe in Germaniam occurit, ut Imperatorem & Hungarum conciliet. Richardus Capuam deditione accipit, inde graves cum Papa guerræ. Cæſar Papæ Beneventum

A. C.

tum pro agris in Germania cedit.

1053. Leo Normannos auxilijs Cæſaris bello aggreſſus, victus capitur, ob radios ſanctitatis ſumma habitus in veneratione.

1054. Moritur Leo IX. magnis à Deo prodigijs honoratus, cujus Legatus in Orientem Humbert9 Card. Græcos mirè confundit.

1055. Conſecratur Romæ novus Pont. Gebhardus Epiſc. Eiſtatt. dictus Victor II. qui ſtatim Florentiæ Concilium celebrat, alteri Lugduni præſidet Hildebrandus Cardin. qui Simoniacos Epiſcopos miraculo notat.

1056. Henricus Imp. in ſinu Victoris animum efflat, hic Concilia Colonienſe & Toloſanum celebrat.

1057. Victori ex Germania reverſo & Florentiæ mortuo ſuccedit Stephanus IX. al. X. ex Abbate Caſin. qui mox S. Damianum creat Cardinalem.

1058. Saraceni invadunt Siciliam, & Meſſanam expugnant, Robertus Guiſcardus Apuliam ſubjugat, finibus Eccleſiæ moleſtus, Stephanus Papa moritur, vincius à potentib9 aliquot intruditur dict9 Benedict9.

1059. Hildebrand. Card hoc an ſuperiore anno reverſus cum Colleg. Card. Nicol. II. eligunt.

1060. Nicolaus Papa Guiſcardo Apuliam & Calabriam confirmat Richardo Capuanum Principatum.

1061. Robertus Guiſcardus etiam Capuam ſibi ſubjicit, quo ipſo anno Nortmanni Saracenos Sicilia expulere. Nicolao mortuo Principes aliqui obtruſere Cadaloũ, Cardinales Alexandrum II. elegerunt, Henrico

A. C.

rico Cæſare illi favente.

1062. Cadalous pecunia & celeritate Roma ſe potiturum, ſperans à GodefridoDuce repellitur. Concilio Osborienſi omnes Patres Alexandro contra Cadaloum acclamant.

1063. Concilio Lateranenſi efficit S. Damianus, ut Clerici&Canonici in commune viverent.

1064. Summa ſua auctoritate litteris perſuadet Henrico Imp. Damianus, ut pro tollendo ſchiſmate laboraret, & S. Annonem ad Alexandrum mitteret; is Concilium Gen. indicit, quo Cadalous damnatus eſt.

1065. Duo Romæ Concilia celebrat Alexander contra inceſtuoſos. Damianus Nicolaitarum Hæreſim opprimit.

1066. Henricus Imp. ſpreto S. Annone Adalbertum Bremenſem nequiſſimum hominem adorat, conſpiratione tamen aliorum deterretur.

1067. Alexander plures è Caſinenſi Archiſterio Cardinales creat & ſibi adjungit. Cadalous fruſtra omnia tentat.

1068. Alexander rogatus ab Hiſpaniæ Epiſcopis num liceret bellum inferre Judæis ſicut Saracenis, abnuit, quod illi ſervirent Chriſtianis.

1069. Normanni feliciter contraGræcos pugnant, quos denique penitus Apulia & Sicilia ejiciunt.

1070. In Italia grave exardeſcit bellum Piſanis cũ Genuenſibus in Inſula Corſica contendentibus. Concilium Wintonienſe.

1071. Alexander Papa univerſum Cardinalium addu-

A. C.

adducens Collegium Caſinenſem Baſilicam reſtauratam, ipſe dedicare voluit.

1072. Concilium in Anglia Generale auſpicijs Alexandri celebratur. Ravennates gravi Schiſmate liberat Petrus Damiani.

1073. Alexander Henricum Imp. de Simonia accuſatum citat, & paulo poſt moritur, populo univerſo mirè acclamante: Hildebrandum Archidiaconum S. Petrus elegit. Is Gregorius VII. appellatus fuit.

1074. Gregorius poſt habitum Romæ Concilium, dum Legatis ad Imp. miſſis, dum in Simoniacos graviter edicit, ſummopere Cæſarem offendit.

1075. Gregorius à Cincio Vrbis præfecto captus & male habitus à populo liberatur, Concilium Romæ celebrat, Reges Ungariæ conciliat.

1076. Henricus excommunicatos fovens citatur. Conciliabulum convocans excommunicatur. Principes de alio eligendo Cæſare tractant, proin ille Romam pro abſolutione properat.

1077. Gregorius ad Comitia Canuſij ſubſiſtit. Cæſarem nudis pedibus pro abſolutione venientem poſt 4. dierum Iejunium admittit, de quo mox ad Vomitum reverſo Germaniæ Principibus quæritur, qui inconſulto Papa Rudolphum Reinfeld. imp. eligunt.

1078. Nicephorum Botoniatem ob invaſum Imperium excommunicat Gregorius, & duo Concilia Romæ celebrat, mira agit.

Dupli-

A. C.

1079. Duplici Concilio Romæ habito Hæreſes damnat, Schiſmaticos & fautores Henrici ſacris interdicit.

1080. Rudolphum Imp. confirmat. Henricum iterum excommunicat, hic Conciliabulum cogit, Guibertum Antipapam conſtituit, interim Robertus Guiſcardus ex hoſte Amicus totum ſe Gregorio addicit.

1081. Gregorius pro Juſtitia Orient. & Occident. Impp. ſe opponit. Guiſcardus Alexium Imp. gravi bello vincit. Henricus Romam obſidet.

1082. Iterum Romam obſidetHenricus, & ignem injicit, quam Gregorius ſolo Crucis ſigno extinguit. Henricus pacem ſe ambire ſimulat.

1083. Leoninam urbem expugnat Imp. Guibertum inthronizat, Gregorio ex Caſtro S. Angeli fulmen excommunicationis congeminante.

1084. Romam antiquam auro evincit Imp. mox à Guiſcardo evocato turpiter ejectus, etiam Italia profugus. Guiſcardus remiſſus in Orientem, iterum claſſe triumphat de Alexio.

1085. Moritur S. Gregorius VII. miraculumPontificis, uſque hodie incorruptus. Eligitur S. Deſiderius Abbas Caſin. dictus Victor III. Ipſo anno Guiſcardus quoque moritur,terror Regum appellatus.

1087. Victor perpetuo obnixus ſuæ electioni, quarta die Roma profugit, inſignia Pontificatus Terracinæ abjiciens.

Victus

A. C.

1087. Victus denique Victor effuſis ad pedes ejus ſacris & profanis Principibus cogitur admittere Pontificatum. Verum indicto Beneventum Concilio ibidem ſancte moritur, veneno ut nonnulli putant.

1088. Creatur Urbanus II. Cluniac. mon. Card. Oſt. Epiſcopus Odo ante vocatus, quem digniſſimum fore Victor dixerat.

1080. Urbanus Romæ Concilium 115. Epiſcoporum, & alterum Ticianum in Apulia Patrũ 75. celebrat. Guibertus Urbe pellitur.

1090. Iterum duo Concilia Urbanus incredibili Eccleſiæ fructu Toloſanum & Melfitanum congregat. Henricus graviter offenſus Guelphonis cum Mathilde nuptijs, in Italiam movet.

1091. Romani ſumma animi levitate, ejectum nuper Guibertum recipiunt. Urbanus Concilium Beneventum indicit.

1092. Henricus Imp. proſperè aliquandiu contra Guelphonem pugnans ad Canuſium deficiens illuſus recedit, & ſua illis permittit.

1093. Concilium Trojanum colligit Urbanus Adelheidem Imp. & Conradum Henrici filium benigne excipit. Iterum Henricum excommunicat.

1094. Concilia Conſtantienſe & Oſtionenſe celebrantur, illi præſidente B. Gebhardo Legato Apoſtolico.

1095. Concilium Generale convocat Placentiam Urbanus, & alterum Claramontanũ. Idem laborat pro legendo exercitu in infideles.

1096. Primus æternocum merito, Bullæ Cruciatæ contra infideles auctor eſt B Urbanus papa

A. C.

Papa. Officium B. V. à Monachis pridem uſurpatum etiam ad Clerum transfert.

1097. Barenſi Concilio, cum Græci nimium urgerent Catholicos, non ſine Numine adeſt S. Anſelmus, qui de ipſis mirifice triumphat, quem occidere dum ſæpe parant, venientem adorant. Ingentes Cruce ſignatorum contra Saracenos Victoriæ.

1098. Romæ convocat Concilium Urbanus, & arcem Romanam auro expugnat, fugiente Gerberto, qui Conciliabulum indicit.

1099. Noſtri Urbani Papa auſpicijs Hieroſolyma, & paulo poſt tota Paleſtina potiuntur. Romæ Concilium 150. Epiſcoporum. Moritur Urbanus ſuccedit Paſchalis II. monachus Cluniacenſis.

1100. Fortiter contra Guibertum agit Paſchalis, ille miſerè interijt Henrico tres ſucceſſive beſtias intrudente.

1101. Alteram expeditionem contra Saracenos mittit Paſchalis & laborat plurimum in Schiſmate tollendo.

1102. Concilium Generale celebrat Romæ Paſchalis, Henrico contra datam fidem non comparente, ſed novam beſtiam obtrudente, ac proin iterum excommunicato.

1103. Inſtituitur Ordo Equitum S. Joan Bapt. à S. Petro Abbate Cavenſi, dato primo Magiſtro ejuſdem Monaſterij Aſceta Gerardo.

1104. Trecenſe Concilium per Legatos celebrat Paſchalis, & in lucrando Henrico omnia tentat ſed fruſtra.

1105. Tandem Henricus V. ab impio patre deficit: & hic in Moguntino Principũ Conventu ex-

A. C.

tu exauctoratur, filius ſalutatur.

1106. Moritur demum miſerrimè excommunicatiſſimus à tot ſanctiſſimis Pontificibus Henricus IV. annis 5. inſepultus. B. Paſchalis Papa ipſe Concilio Guaſtallenſi intereſt.

1107. S. Bruno Abbas Caſinenſis contra Schiſmaticos ſtrenuè agit. Dertonenſes, Papienſes, & Mediolanenſes colliduntur.

1108. Tuſculani Comites Romam tumultu involvunt, quos Paſchalis feliciter comprimit. Londonienſe Concilium habetur.

1109. Meritiſſimus de Romana ſede & tota Eccleſia S. Anſelmus Archiep. Cantuar. moritur Feſti Conceptionis B.M.V. Inſtitut.

1110 Inducit hoc anno Imperatorem Paſchalis ut Inveſtiturarum malè uſurpato juri renunciaret, etſi dein ſæpe repeteret.

1111. Henricus Romam advolans Inveſtituras repetit, renitentem Paſchalem vinctum trahit, qui ſuaſu Cardinalium annuit., mox tamen, ut extortum reſcindit.

1112. Paſchalis indicto Romam Concilio, ob errorem publice inſignia Papatus abjcit, juſſus à Patribus ea recipere.

1113. Paſchalis Concilium Beneventi celebrat, & multa præclare ſancit.

1114. Turbatur falſo de morte Mathildis rumore Italia, illa ſuperveniens cum exercitu Mantuanos compeſcit. Concilia Caperanenſe & Bellonacenſe coguntur.

1115. Mathilda moritur hærede inſtituta Eccleſia Rom. Ferrariam recepit Papa, Parma & Mantua ad Imp. deficientibus. Paſchalis Conci-

A. C.

Concilium Trojæ celebrat. Tumultus in Urbe conſopit.

1116. Generali Rom. Concilio Paſchalis prima in Cæſ. decreta confirmat, & conſtanter pergit agere.

1117. Henricus ſub ſpecie pacis Urbem ingreſſus fugiente Papa fideles perſequitur. Moritur S. Benno Epiſc. & miraculis terret Cæſarem, hic abſolvi petit, ſed Papa ait eſſe à Concilio excommunicatum.

1118. Mortuo Paſchali ſuccedit Gelaſius II. Monachus Caſinenſis, quem Cincius capit & calcibus cruentat, populus eripit, mox ſimiliter Cæſar impetit, ſed effugiens Cæſarem excommunicat.

1119. Viennæ in Gallijs Concilium celebrat S. Gelaſius, & Cluniaci moritur, creatur Calliſtus II. Cluniac. monachus Archiep. Vienn.

1120. Calliſtus Romam profectus ſummo plauſu excipitur Burdino Antipapa mox inde profugiente.

1121. Calliſtus Burdinum Sutrij obſidet, capit & Monaſterio includit. Cincium domat. quibus territus Cæſar pacem efflagitat.

1122. Concilium Romæ Generale cogit Papa, & alterum Wormatiæ, in quo tandem Cæſar in perpetuum cedit Inveſtituras, & ablata Eccleſiæ reſtituens abſolvitur.

1123. Veneti afflictis Orientis rebus inexpectati adſunt, & Ægyptiorum claſſem triumphant.

1124. Auſpicijs Pontificijs Tyrus & multa alia Palæſthinæ loca capta, & inſignis partæ contra

A. C.

contra Saracenos Victoria. Obijt Callict?.

1125. Diſſentientium Cardin. votis duo electi Honorius II. & Cæleſtinus II. hic pacis ſtudio ultro ſe abdicat, quod & prior fecit cum omnibus probaretur, qui de novo communi voto electus.

1126. Creatur ab Honorio Cardinalis B. Matthæus Cluniacenſis, qui mox maximis meritis ſeſe commendat.

1127. *Præſidet* Concilio Trecenſi S. Matthæus Cardinalis, & cum Mellifluo Doctore Bernardo præclare meretur.

1128. Conradus contra Lotharium Regnum arripit & à Mediolanenſibus recipitur, quem tamen Papa execratur. Rogerius ab Honorio Dux Apuliæ & Calabriæ creatur.

1129. Rem ſuam promovente in Italia Conrado Tyranno, interea Lotharius Imperium ſibi Germaniæ firmat.

1130. Iterum Schiſma Honorio mortuo Innocentio II. & Anacheto II. de Primatu contendentibus. Concilio Stampenſi Innocentius Legitimus Paſtor agnoſcitur,

1131. Innocentius à Gallo atque Anglo recipitur & Concilio Rhemenſi Anacletum damnat. Repetentem Inveſtituras Lotharium abſterret S. Bernardus, pro Eccleſia plurimum laborans.

1132. Innocentius Placentiam Concilium indicit, ad Roncalias cum Lothario Imp. colloquitur. Piſanos & Genuenſes conciliat.

1133. Lotharius Innocentium Romæ & Sedi ſacræ reſtituit, ab hoc ſolenni ritu coronatus.

Inno-

A. C.

1134. Innocentius celeberrimum Piſis Concilium celebrat. Mediolanenſes à Schiſmate revocat S. Bernardus.

1135. Maximis pro Eccleſia & Romana ſede perfungitur laboribus S.Bernardus. Wilhelmum Aquitaniæ Ducem terret.

1136. Lotharius Imp. cum exercitu in Italiam occurrens omnes , Lombardiæ civitates ad obſequium cogit.

1137. Innocentius evocato Lothario, hujus & Guelphonis Ducis opera, Rogerium vincit, Anacletum rejicit. Iterum vincitur precibus S. Bernardi Rogerius ab Rainulpho Comite.

1138. Moritur Anacletus, cui juſſu Rogerij Victor ſubſtituitur, qui tamen opera S. Bernardi Innocentio ſe ſubmittit, & pax Eccleſiæ redditur. Moritur quoque Lotharius ſanctus Imp.

1139. Innocentius Romæ Concilium Generale congregat. Captus à Rogerio hunc mirè lucratur, abſolvit, & Regem creat.

1140. Quietum nactus Pontificatum Innocentius, totus in Hæreſes exſcindendas, cum SS. Petro Cluniac. & Bernardo Claræyall. incumbit.

1141. Inteſtinos Italiæ tumultus componit Pontifex: dum Tiburtes , Tuſculani Præneſtini Albani obſequium recuſarent.

1142. Innocentium & Galliarum Regem graviter colliſos SS. Bernardus & Petrus conciliare, non ſine fructu laborant.

1143. Nunc denique reconciliati Pontifex & Gallus , ille paulo poſt moritur, Cæleſtino

A. C.

ſtaſio, quo ipſo meritiſſimus de Italia & Eccleſia S. Bernardus ad ſuperos abijt.

1154. Anaſtaſio extincto creatur Adrianus IV. claret Sol Canoniſtarum Gratianus Abbas.

1155. Magna peſte liberat orbem & Urbem capto Arnoldo & exuſto. Fridericus I. Mediolani & Derthona caſtigatis, Papiæ & Romæ ab Adriano coronatur.

1156. Wilhelmus Siciliæ Rex devictis Græcis qui pro Pontifice ſtabant ipſummet Beneventi obſidet, & ad iniquiſſimas cogit conditiones.

1157. Correptus pro capto & male habito Londonienſi Epiſcopo Fridericus Imp. à DEO ſolo collatum ſibi Regnum encyclicis propalat.

1158. Fridericus I. Italiam repetens Mediolanum obſidet & deditione recipit, ſimiliter Cremona, Verona, Brixia ſe dedentibus.

1159. Impatientes Legum à Frid. latarum Longobardi deficiunt. Moritur Adrianus ſufficitur Alexander III. ſed Fridericus Imp. Octavianum adorat, qui tria ſolum Vota habuit & Victor IV. dictus eſt.

1160. Bellum Mediolanenſe decernit Frid. in cujus favorem Conciliabulo Papienſi Victor probatur, reprobatur Concilijs Gallico & Anglico Alexander Concilio Anagniæ habito Fridericum excommunicat.

1161. Alexander miſſo Legato S. Petro Tarentaſienſi Angliæ & Galliarum Reges conciliat, & bellum avertit.

1162. Mediolanum expugnat Frid. & evertit totum præter ſacras ædes, inde facile Lom-

A. C.

bardia potitus, Alexandro Papa in Gallias ſecedente.

1163. Fridericus hyemem in Germania agens, mox in Italiam properans rebus conſulit. Alexander Turonenſi 150. Epiſcoporum & 400. Abbatum Concilio ipſum cum idolo ſuo excommunicat.

1164. Romani de revocando Alexandro decernunt. Victori mortuo hujus Cardinales Paſchalem eligunt, Friderico putante, in quem iterum Longobardi cum Venetis conſpirant.

1165. Alexander triremibus Regis Gall. in Siciliã delatus, inde Romam cum ſuis Cardin. progreſſus Vaticanum recipit.

1166. Bellum moturus Pontifici Imperator, præmiſſis copijs, Ancona & aliquot Tuſciæ oppidis occupatis, fine anni ipſe ſequitur.

1167. Cæſar Romam invadit. Fugit Beneventum Pontifex.

1168. Cæſar amiſſo varijs cladibus exercitu, ne ludibrio eſſet ex Italia ſe recipit, inde plures ad confœderatos deficiunt.

1169. Moritur Pſeudo-Pontifex Paſchalis, cui tertium ſubſtituitur idolum Calliſtus III.

1170. Fridericus Imp. pacem ambit an ſimulat, Legatis ad Pont. miſſis, qui ob indignas conditiones recuſat.

1171. Dum moras nectit in Germania Cæſar, Itali Mediolanum reſtaurant ac muniunt. Cæſar pro ſervanda Tuſcia Moguntinũ mittit.

1172. Hic Anconam obſidens ſolvere cogitur, Cæſare in Germania impedito. Ordo Humiliatorum in Italia inſtituitur.

Edoctus

A. C.

1173 Edoctus de nova Italorum conjuratione Fridericus majorem quam unquam antea conſcribit exercitum.

1174. Idem exercitus partem præmittit, cujus incurſu non paucæ urbes deditæ, ipſe conſequens everſa Seguſio capta deditione Aſta, anni reliquum in obſidione Alexandriæ perdit.

1175. Viſus cæleſti forma propugnare Alexandrian S. Petrus, terret Guelphonem, cui ſecedenti ſupplex, ſed fruſtra, Cæſar eſt.

1176. Solvit turpiter obſidionē, paulo poſt apud Lignanū profligatus pro mortuo habit⁹, pacem cum Papa & confœderatis ambit.

1177. Ineunt pacis conditiones Papa, Cæſar ac Veneti. Cæſar idolum ſuum execratur. Nunc calcatum à Papa Cæſarem aliqui volunt.

1178. Henrico Guelpho, cogn. Leoni, pacis ſuo ex Italia diſceſſu authori, infenſiſſimus Cæſar, omnem in illum furorem vertit. Sebaſtianus Zianus Venet. Dux Pacis conciliator in cucullo moritur.

1179 Concilium Generale Rom. celebratur, ad quod etiam Græci invitati per Legationem comparent.

1180. Summa pace lætatur Italia & reparatis ruinis, ſplendida paſſim conſurgunt templa & privata ædificia.

1181. Moritur Alexander Papa, quē Claudius Robertus aſſerit, primum fuiſſe qui duos Epiſcopat⁹ uni aſſignarit, ſuccedit Luci⁹ III.

1182. Maronitæ Orientis populi Romanæ Eccleſiæ ſe jungunt, & fidelem dein operam Latinis contra Græcos navant.

A. C.

1183. PaxConſtantiæ ad Potamum Cæſarem inter & Longobardos facta. Romani Tuſculum obſident, qua rei indignitate motus Papa Urbem deſerit, Moguntinus Romanos premit, ſed veneno tollitur.

1184. Romani inquieti res turbant Lucio Veronæ ſubſiſtente, ubi Fridericus ipſum convenit,& de Romanis opprimendis agit. Verum repetente Mathildæ bona Cæſare, Papa filium ejus coronam recuſat.

1185. Extinguitur Veronæ Lucius Max.Pont. Cui Urbanus III. ſufficitur,

1186. Fridericus in bona Eccleſiarum graſſatur, cum Papa colliditur, & reddere ablata nollet,excommunicatur. Henricum filium creat Italiæ Regem, cui Wilhelmi Regis Siciliæ filiam jungit.

1187. Fridericus Imp. expeditionem ſacram ſuſcipit. Moritur Urbanus ſuccedente Gregorio IIX. qui altero Pontificatus menſe obijt.

1188. Clemens III. poſt Gregorium eligitur, qui præter Imperatorem tres Reges, Gallum, Anglum & Siculum in expeditionem Orientis armat.

1189. Mortuo Siculo, Gallo autem & Anglo necdum compoſitis, Fridericus Imp. cum 50. millibus in Orientem movet. Henricus Frid. filius Siciliam à Tancredo armis repetit.

1190. Fridericus refrigerandi cauſa omnem Armeniæ Serram ingreſſus vorticibus raptus, nuſquam dein comparuit. Conradus filius iter proſequitur.

Moritur

A. C.

1191. Moritur Clemens III. ſuccedit Cæleſtinus III qui Henricum Cæſarem conſecravit. Romani Papæ Tuſculum extorquent & evertunt. Henricus Neapolim fruſtra obſidet, cujˀ conjugem Tancredˀ intercipit.

1192. Diepoldus Marchio relictus ab Henrico Imp. in Campania Salernum recipit, reddit Conſtantiam uxorem Cæſari Tancredus, rogante Pont. & paulo poſt moritur.

1193. Tancredo Siciliæ Regi filius ſucceſſit unicus, contra quem expeditionem parat Henricus Imperator.

1194. Henricus proſpere pugnat contra Wilhelmum Siculum, ejusque matrem Sicilia brevi in poteſtatem redacta.

1195. Nequiter contra datam fidem TarentiPrincipatum denegat. Henrico Ex-Regi, quem oculis orbat & matrem incarcerat.

1196. Henricus turpiſſimam tyrannide Germanum exoſiſſimum nomen reddens, in fideles Veterum ſuorum Regum, tanquam infidelis graſſatur.

1197. Henricus immatura morte crudelitatem infandam luit in oculis Siciliæ, & filiorum quorum parentes ſuſtulerat, relicto trienni filio Frid.

1198. Philippus Friderici Imp. filius à nonnullis, ab alijs Ottho IV. eligitur. Ille favorem Pontificis emit Tuſcia oblata, & obſidibus remiſſis.

1199. Marcoaldus Dux mortua Conſtantia Regina SiciliæRegnum uſurpare conatur,

A. C.

cedit tamen dehortanti Pontifici qui pupilli cauſam agit.

1200. Reſpirat Sicilia ſui diſſimillima, circumſpicientibus ſeſe mutuo & amplexantibus ſi qui ſupererant, qui fideles erant, quibus debuerant. Innocentius juvare res Orientis allaborat.

1201. Evadens ex Germania Sibylla Tancredi filia Gualtero de Brenna nubit, quo titulo hic fretus Apulia & Calabria potitur.

1202. Philippus Imp. dum jura Eccleſiæ invadit ab Innocentio excommunicatur, multis ab eo ad Otthonem deficientibus.

1203. Veneti Alexio Iſaacij Imp filio auxiliares fiunt, noſtri Conſtantinopoli potiuntur, & Alexium ſalutant Imperatorem.

1204. Veneti Francis juncti, ſublato Alexio Balduinum Flandrum coronant Orient. Imp. Venetis Creta, hodie Candia, cum Ægei maris inſulis, præmium rei benè geſtæ cedit.

1205. Laborat plurimum in opprimenda Albigenſium Hæreſi Innocentius, & viros ſanctos cum poteſtate ad eos convincendos deſtinat.

1206. Moritur Roffredus Caſinenſis Abbas, S.R.E. Cardinalis multo nomine de Italia benè meritus.

1207. Magna rurſus ad Eccleſiæ rationes acceſſio, dum Philippi Cæſaris filia Innocentij Papæ ex fratre nepote nupſit, Ducatu Spoletano, Romania & Marchia Anconitana, Eccleſiæ datis.

1208. Innocentius Papa adverſum Hæreticos multos

A. C.

tos egregia ſanctitate & eruditione pugiles mittit verbo & exemplo potentes.

1209. Ottho IV. Dux Brunſuicenſis Romam veniens ab Innocentio III. coronatur, mox Faliſcos & Flamminiam Pontifici adimit & Apuliam invadit.

1210. Neapolitanum quoque Regnum ſibi vindicare conatus ab Innocentio excommunicatur & exauctoratur.

1211. Dum Principes Germaniæ alium ſibi Imperatorem eligunt. Itali magno liberantur metu, Otthone eodem concedente.

1212. Innocentius Papa inſigniter rem Catholicam promovet adverſum Albigenſes inquiſitore Generali; inſtituto B. Arnoldo, qui hoc ipſo anno mire triumphat.

1213. Fridericus Imperator Regni Neapolitani rebus conſtitutis in Germaniam concedit, ubi coronatur.

1214. Innocentij contra Albigenſes conatus juvat ſpectabili forma è cælis DEIpara, in hoſtes ignes jaculando.

1215. Concilium Lateranenſe ſolemniſſimum Archiepiſcoporum 70. Epiſcoporum 412. celebratur pro bello Sacro.

1216. Moritur Innocentius Pontifex quem S. Lutgardis Abbatiſſa flammis purgantibus eripi impetrat, ſuccedit Honorius III.

1217. Inſignis Chriſtianorum exercitus in Italia claſſē Veneta transmittit in Orientem, B. Conradus Card. claret.

1218. Petrus Orientis Imperator Romam pro

A. C.

corona occurrit, ab Honorio conſecratus.

1219. Fridericus ab Honorio Romæ coronatur, majorum ſtatim ſcelera æmulatus, dum Sacrilegijs æquè ſe contaminaret, & perfidè, ut nonnulli volunt, Lotharingum tolleret.

1221. Idem hoc anno Saracenos bello aggreſſus Sicilia expulit, mox Papæ fratres malè mulctavit, nec Epiſcopis pepercit.

1222 Fridericus Imperator ſacra prophanis miſcens, fruſtra commonitus ab Honorio Sacris interdicitur, Joannes Brennius Romam venit, ut Fridericum Papæ conciliet.

1223. Laborat plurimum Honorius Papa in rebus Eccleſiæ Orientalis promovendis.

1225. Concilium ſolemne in Germania auſpicijs Honorij Papæ contra Simoniacos, & concubinarios celebratur.

1226. Inſtitutum nomen Patrum Carmelitarum confirmatur ab Honorio. Moritur Seraphicus ille Franciſcus.

1227. Moritur Honorius Papa, ſuccedente Gregorio IX. viro ſanctiſſimo, lectiſſimo Monacho, à quo Fridericus vix adito Pontificatu excommunicatur.

1228. Reconciliatus cum Papa, ſerio an ſimulato Fridericus, uti cum ipſo convenerat, cum claſſe ſolvit in Orientem.

1229. Fridericus, fœdere, ut putabatur, occulto cum Saracenis pactis in 10. annos inducijs, Jeruſalem, Joppem & Nazareth recipit.

Frideri-

A. C.

1230 Fridericus ex Oriente reverſus, jura humana & Divina violans, novis Gibellinorum factionibus, Italiam vexat.

1231. Turbatiſſima peſtilentiſſima factione Italia, dum ipſimet inquilini Guelphorum alij, alij Gibellinorum partes fovent.

1232. S. Ludovicus Gall. Rex Gregorium & Fridericum conciliare laborat. Hic rebelles Siciliæ bello domat.

1233. Miſſis Prædicatoribus Gregorius factiones avertere conatur, durantibus uſque hodie nominibus & odijs, cum infami Friderici memoria. Hic in Meſſanenſes rebelles dirè ſævit.

1234. Friderici oculus & dextra monſtrum Tyranni Ezelinus, ſola crudelitatis fama uſque hodie orbem terret. Deficit Henricus filius à Frider. hic exercitum contra filium parat.

1235. Henricus procerum Conſilio patri ſe ſiſtens captus, & in Siciliam relegatus, quinto poſt anno in carcere moritur.

1236. Fridericus cum Ezelino ſuo nequiter Italiam vexat, motibus tamen Imperij revocatur.

1237. Rebus Germaniæ compoſitis in Italiam reverſus, cruentiſſimo prælio Mediolanenſes ſubegit, Tarviſium Ezelino commiſit, factis & ſcriptis juratum ſe Papæ hoſtem conteſtans.

1238. Fridericus totum annum bello Lombardico conſumit, variaſque Urbes tam ipſe quam Ezelinus occupant.

1239. Fridericus contumax excommunicatur & exau-

A. C.

exauctoratur unde ingens Principum ab illo defectio.

1240. Veneti, Bononienſes, Mediolanenſes & alij contra Fridericum confæderantur, & multas urbes occupant.

1241. Cælitibus jungitur B Gregor. IX. ſuffecto Cæleſtino IV. qui 18. tantum diebus ſupervixit, vacante dein ſede annum I. & 8. menſes. Fridericus haud leviter bello Italico premitur.

1242. Fridericus Romam properat, ut de Romanis ſupplicium ſumat, Cardinalium tamen aliquot precibus nihil tentat.

1243. Eligitur Innocentius IV. Fructuariæ monachus, quæritur Fridericus Amico ex Cardinale, inimicum ſe Papam accepiſſe.

1244. Innocentius in Galliam profectus Concilium Generale Lugdunum in ſequentem annum indicit, quo & Cæſarem citat.

1245. Concilio Lugdunenſi cum intereſſe Fridericus renueret excommunicatus de novo eſt, & Imperio privatus, decernitur S. expeditio. Fridericus Parmam obſidens caſtris exuitur turpiter pulſus.

1246. Innocentij deſignatione & Principum Electione Henricus Turing. Landgr. Imperator ſalutatur.

1247. Pergit affligere Italos Imperator cum ſuo Ezelino, Principibus mortuo Thuringo de alio Imperat. legendo conferentibus.

1248. Guilhelmus Hollandus Imperator contra Frid. eligitur, contra quem arma parat Conradus Frid. filius.

1249. Proſequitur bellum Italicum varia fortuna Fri-

A. C.

na Fridericus. Enzius ejus filius Sardiniæ Rex victus captusque eſt, quod valde Fridericum afflixit.

1250. Miſerrime moritur Frider. Eximperator in Apulia, à Manfredo. ut volunt, naturali filio, injecto pulvinari ſuffocatus.

1251. Audita Italiæ defectione Conradus Frid. filius occurrit, cui gratulabundus occurrens Henricus frater juſſu fratris, ut ſcribunt nonnulli occiditur. Pontifex è Gallijs in Italiam revertitur.

1252. Beſtia magis quam monſtrum hominis Ezelinus immaniſſime ſævit. Deteſtati crudelitatem Conradi Itali, etiam qui patricius faverent Guelphis ſe jungunt.

1253. Senenſes quoque & Tarentini, ſed & Volaterrani, Conradi odio, Guelphos ſe profitentur. Ezelinus Cacodæmonem magis quam hominem infanda crudelitate agit.

1254. Conradus alter Abſolon pulchritudine, cætera plane inhumanus & inviſus, veneno Manfredi, ut ajunt, ſcelere tollitur. Innocentius Papa Neapolim denuo Eccleſiæ adjungens paulo poſt moritur.

1255. Manfredus cæſis Pontificijs copijs, rumore de morte Conradini ſparſo. Sicilia utraque cum vi, tum dolo potitur.

1256. Contra monſtroſiſſimum Ezelinum bellum indicit Alexander Papa quo planè ſacro, Patavium nunc & alia loca ipſi eripiuntur.

A. C.

1257. Conradini rerum nemo ferè ſatagit, dum turpiſſima parentis & avorum vita & crudelitas omnium animos avertit.

1258. In Gibellinorum nequiſſima factione exſcindenda laboratur plurimum in Italia, viris ſanctiſſimis ſeſe totos impendentibus.

1259. In everſionem unius Tyranni ſed verſipellis Ezelini tota verè ingenium & vires conſumit Italia.

1260. Miſerente denique Numine, junctis Pontificis & fœderatorum copijs profligatur Ezelinus,& ex vulnere paulo poſt moritur.

1261. Alexander Papa dum Sacram Expeditionem molitur, & Ligures Venetosque conciliare parat Viterbij moritur, Urbano IV. ſuccedente.

1262. Manfredus, Saracenorum ope Pontificiam ditionem infeſtat, contra quem Urbanus Sacrum exercitum parat, & auxilia è Gallijs evocat. Hubertus Pallavicinus, Ezelini ſibi partes aſſumit.

1263. Dubia & alternante fortuna in Italia Manfredus & Pontificij, Gibellini item & Guelphi confligunt.

1264. Feſtum S.S. Corporis Chriſti ſolemniſſimum inſtituit Urbanus IV. qui menſe Octobri moritur.

1265. Urbano ſuccedit communibus Votis Clemens IV. qui Carolum Ludovici Gall. Regis fratrem contra Manfredum evocat.

1266. Clemens Papa Carolum ipſo feſto Epiphaniæ ſolemniſſimè utriuſque Siciliæ & Jero-

A. C

Jeroſolymorum Regem coronat. Hic profligato & in acie occiſo Manfredo, Gibellinos, evertit.

1267. Gibellini Conradinum juvenem adverſum Guelphos &Pontificios concitant, qui mox Veronæ, Mantuæ & Papiæ magno plauſu except⁹, plauſibilia omnia habuit.

1268. ConradinusGibellinorum ope ac plurimorum defectione Siciliam occupat, paulo poſt, vertente fortuna miſere habitus. Moritur Clemens Papa.

1269. Victus à Carolo memorabili ſtrage Conradinus è fuga retrahitur, & Judicum ſententia capitis damnatus cum Friderico Auſtrio decollatur, cujus cauſam malitioſi Clementi mortuo affingunt.

1270. Occurrit commode Carolus dum frater ejus S. Ludovicus in Obſidione Tuneti moritur, Carolo cives ad deditionem cogente.

1271. Poſt triennij vacationem fine menſis Septembris eligitur Pont. Gregorius X. vir laudatiſſimus.

1272. Venetos & Ligures diſſidentes conciliat Gregorius, quo ipſo anno victi à Venetis Bononienſes pacem ambiunt.

1273. Inter regnum Germaniæ miſeratus Gregorius, Principes jubet Imperatorem eligere. Creatur Rudolphus I. Comes Habſpurgenſis.

1274. Conſilio Lugdunenſi mille & amplius Patrum, 500. Epiſcoporum præſidet Gregorius ipſe, urgetur ſubſidium Terræ ſanctæ. Græci Eccleſiæ Rom. reconciliantur.

A. C.

antur. Obijt S. Thomas Aq.

1275. Rudophus I. quidquid in Exarchatu Ravennæ & Flamminia juris Imperatorij, cerat Romano Pont. liberè donat.

1276. Tres uno anno mortui Rom. Pontifices Gregorius, Innocentius quintus, qui poſt 5. menſes & Adrianum V. qui poſt menſem deceſſit, ſuccedit Joannes XX. al. XXI. Guelphi & Gibellini inquieti.

1277. Joannes Papa ruina novæ quam ſtruxerat Cameræ oppreſſus perit. Vacat ſedes menſes 7. & Eligitur Nicolaus III.

1278. Abrogat jus Præturæ Urbis Carolo Siciliæ Regi, ſtatuitque ne deinceps Prætor Urbis regij ſanguinis & ſupra annum, eſſet.

1279. *P*ulſis Torregianis, Vice-Comites Principatum Mediolani invadunt. Accurſius Florentinus Juris Gloſſator moritur.

1280. Moritur Nicolaus Papa ſede dein 6. menſes vacante. Carolus Caſinatum jure pervadens; graviter offendit S. Benedictum.

1281. Poſt longum diſſidium Martinus II. eligitur Carolus meritis teſte B. Urbano V. in Bulla, S. Benedicto dependit pœnas, Regno toto exutus, Gallis omnibus ad condictum Veſperanum pulſus occiſis.

1282. Petrus Aragonum Rex Sicilia potitus, totus eſt in Rom. Pontifice & Siculis demerendis.

1283. Carolus Siciliam fruſtra tentans ab Aragone gravi clade profligatur ejusque filius captivus abducitur; patre ex mœrore

mor-

A. C.

mortuo. Pontifex Petrum execratur & Carolum Valeſinum deſignat.

1284. Magnis jactatur tempeſtatibus Sicilia, factionibus nimirum alijs Aragonio, alijs Valeſio ſtudentibus.

1285. Sacro bello juſſu *M*artini Papæ oppreſſus Petrus â Philippo Franco, victus cæſusque eſt. Moritur Martinus ſuccedit Honorius IV.

1286. Magna imminutione Germanici Imperij potentiſſimæ Italiæ Urbes Libertatem ab Imp. auro redimunt.

287. Moritur Honorius Papa, ſede deinceps novem menſes vacante, dum Cardinales loco minus ſalubri omnes ferè ægrotarent.

1288. Nicolaus IV. Electus Romam conceſſit, mox ſeditionibus civium vexatus, Reate in Sabinis conſtitit.

1289. Nicolaus annum fere abſens Romam revertitur, quem ibidem. Convenit Carolus Rex, & de Regno Siciliæ, quod Aragoni promiſerat cedendo colloquitur, ſed recuſans Papa ipſum met creat.

1290. Nicolaus ſubſidiarios 1500. Chriſtianis in Orientem ſuo ipſe ære mittit. Italiam illuſtrat mirifice S Petrus de Morono.

1291. Moritur Rudolphus I. Imp. cui Urbes Italiæ debent Libertatem, Nicolaus inter Galliæ & Caſtellæ Reges pacem denique conciliat.

1292. Nicolaus turbatæ novâ rebellione Romandiolæ, & Ptolomaidis captæ nuntio turbatus, mœrore moritur. Vacat ſedes annos 2.

Inter

A. C.

1293. Interregni periculis & turbinibus Italia miſera jactatur.

1294. Sacræ Sedi mira gratulatione S. Petrus de Morono invitus, reluctansque imponitur; poſt 5. tamen ſummo piorum luctu ſe abdicat.

1295. Cæleſtino, ſic enim Petrus appellari voluit, cedenti, ſucceſſit Bonifacius IIX. qui anteceſſorem Cuſtodiæ incluſit.

1296. Bonifacius Gibellinos, quos Cardinalis foverat acriter perſequitur, moritur S. Petrus Cæleſtinus, poſtea Divorum albo aſcriptus.

1297. Graviter offenſus à Columnijs Papa, eoſdem acerrime affligit, quos exterorum opem implorantes bello ſacro appetit, exercitui præficiens Urſum Urſinum juratiſſimum illorum hoſtem.

1298. Bonifacius Papa Decretalium ſextum librum in lucem edit.

1299. Albertum Imp. occiſo in pugna Adolpho, parricidam appellat Bonifacius, & confirmationem negat, ille Regnum amittere metuens, Regnum Arelatenſe Philippo Gallo cedit, ut Amicum mereatur.

1300. Bonifacius IIX. primus Jubilæum ſolemne inſtituit, incredibili populorum ad Urbem concurſu.

1301. Papa jam æquior factus Alberto ipſum in Imperio confirmat. Colliditur cum Galliarum Rege, ex quo magna mala.

1302. Profligantur à Flandris Galli ad Curtracum, cujus cladis auctorem cum Rex Bonifacium faceret, indigna dein in ipſum molitur.

Phi-

A. C.

1303. Philippi Regis ſcelere Bonifacius Anagniæ capitur, mox tamen ereptus, & Romam reverſus, ac denuo captus ex mœrore moritur.

1304. Benedictus IX. creatur, qui Philippum Anathemate abſolvit, DEO ſibi vindictam reſervante. Moritur eodem anno Benedictus, vacat menſes 8.

1305. Eligitur Clemens V. qui ob ſeditiones Italicas ſedem Avenionem transfert, coronatur Lugduni 3. Regibus, Gallo, Anglo atque Aragonio præſentibus, ubi ruina parietis multi, & ipſe pene Pontifex, oppreſſi ſunt.

1306. Clemens hoſpitij mercedem daturus Gallo, Inveſtituras omnium Epiſcopatuum eidem cedit quod anteceſſores tam ſollicite Cæſari negârant. Verum ad annos ſolummodo aliquod conceſſit.

1307. Idem Pontifex laborat plurimum in Conciliando Anglo cum Rege Galliarum.

1308. Omnibus jam ante quotquot in Adolphum Imp. conjuraverant, miſerando mortis genere abſumptis, Albertus Imp. à nepote ſuo occiditur.

1309. Clemens Avenionem venit & Concilium indicit. Rhodo Inſula profligatis inde Saracenis Equites S. Joan. potiuntur.

1310. Veneti Ferrariam Pontificij juris occupant, contra quos ſacram concitat militiam, donec Dandulus Dux proſtratus veniam rogaret.

1311. Henricus Imp. Civitatum Italiæ odia componit, ab Mediolani coronatur, Concilium Ge-

A. C.	
	um Generale Viennæ Allobrogum 300. Epiſcoporum, celebratur.
1312.	Henricus Imp. Romæ à 2. Cardinalibus coronatur, ejus conjux Beatrix Genuæ moritur. Templariorum ordo exſcinditur.
1313.	Henricus Imp. Robertum Neapolis Regem factionibus Italiam turbantem & Siciliæ inhiantem, bello aggreſſurus, veneno in S. Hoſtia porrecto occiditur. Clemens Robertum Vicarium Imperij in Italia conſtituit.
1314.	Moritur Clemens Papa, ſede Pontificia & Cæſarea ſimul vacante, Cardinalibus & Electoribus plurimum diſſentientibus.
1315.	Interregni occaſione uſi Guelphi & Gibellini in Italia fœdè graſſantur, & miſcent omnia.
1316.	Tandem Lugduni eligitur Joannes XXII. ſacramento adactus non equum non currum aſcendere, niſi Romam directo itinere, quod ipſe eludens navi Avenionem perrexit, ad Eccleſiā pedes perrexit.
1317.	Ludovicus Imp. in opprimendis factionibus Italiæ ſedulus, Urbibus præfectos deſtinat, nulla habita emptæ Libertatis ratione.
1318.	Joannes Vice-Comes à Joanne ob rebellionem excommunicatus Pontificios hoſtiliter impetit, & plures Principes ſibi adjungit.
1319.	Genuam obſidens Vice-Comes à Roberto Siciliæ Rege profligatur.
1320.	Gibellini extrema contra Pontificios moliuntur, & Græci etiam Imperatoris auxilia

A. C.

lia efflagitant.

1321. Suſpecta habens conſilia Lud. Imp. papa, Fridericum Auſtrium contra ipſum evocat, recrudeſcit bellum in Italia inter factiones.

1322. Mortuo Vice-Comite, multi ad Joannem Papam reſpiciunt, eoſque interFridericus Tinacriæ Rex, Princeps de Scala alijque.

1323. GaleaciusVice-Comitis filius ſimulata pœnitentia abſolvitur, mox Ludovico Imp. adhærens cum ipſo excommunicatur. Turcæ Rhodum uſque omnia infeſta habent, quos Veneti Papa & Gallus coercent.

1324. Ludovicus Imp. excommunicatus & exauctoratus ad Concilium provocat. Italia factionibus miſere convellitur.

1325. Dum Joannes Papa ſuadente LeopoldoAuſtrio, de evehendo ad Imperium Carolo Galliarum Rege cogitat, data fide Leopoldi frater Fridericus, de Imperio non repetendo, dimittitur.

1326. Roma & tota Italia factionibus varijs miſere agitatur, quo cum occurrere renueret Papa. Ludovicus Imp. invitatur.

1327. Guelphis prædominantibus interpellatur à Gibellinis Ludovicus Imp. & Mediolani corona ferrea coronatur, in Tuſcia 4. ferè menſis cum Pontificijs colluctatur, omnia per ſuos ipſi opponente Joanne.

1328. Ludovicus Roma occupata, ſummo Gibellinorum plauſu à Stephano Columnio Card. coronatur. & Nicolaum V. contra Joannem

A. C.

Joannem eligi curat.

1329. Stupenda mutabilitate vix Italia extulerat pedem Ludovicus cum Piſani ante alios Joannis gratiam exambientes Nicolaum anti-Pontificem in cuſtodiam mitterent, quin ipſe ſe deprecans ſubjiceret.

1330. Joannes Bohemiæ Rex in Italiam concedere Joannem & Ludovicum componere conatur, rurſum mira mutatio Italorum.

1331. Idem Rex Bohemus Urbibus in fidem receptis Carolum filium præficit, merito ſuſpectus Ludovico factus.

1332. Offenſus mutabilitate Italorum Joannes Rex, in Bohemiam revertitur, nulla ſane re præſtita quæ memoretur.

1333. Ludovicus per Legatos apud Papam de reconciliatione agit, & confirmationem rogat, ſed nihil impetrat.

1334. Extinguitur Joannes Papa dum de novo legendo Imp. cum Gallo & Bohemo conſultat, ſuccedit Benedictus XII. ex Abbate Fontis Frigidi.

1335. Hic Ludovicus Imp. ad gremium Eccleſiæ invitat, qui ſe accommodare voluiſſe, etiam Imperio abdicato à nonnullis ſcribitur. Benedictus cavet, ne quis Prælatorum à ſua abſit Eccleſia.

1336. Idem Commendos, ut vocant, penitus damnat, ut & Nepotiſmum. Græcos per Legatos ad gremium Matris Eccleſiæ invitat.

1337. Idem Gallum Anglumque armis hoſtiliſſime congreſſos conciliare laborat, & Sacros Ordines reformat.

Ludo-

A. C.

1338. Ludovicus nihil æqui impetrans à Papa, Gallo obnitente irritatus vim parat, pro quo & Electores acres Papæ litteras ſcripſere, Itali ipſique Romani tanto Pontifici ſeſe totos dedidere.

1339. Efficit apud Romanos Benedictus, ut Senatoriam dignitatem, quam nomine regio geſſerant, Pontificio ſuſciperent. Excommunicatus denuo Cæſar plurimum queritur & exulceratur.

1340. Benedictus Armenios & Tartaros ad gremium Eccleſiæ invitat & Prædicatores mittit. Vicarios per Urbes Italiæ inſtituit.

1341. Benedictus ſplendidiſſimum Avenione Palatium ſtruit aulam Pontificiam reformat, Italiæ motus componit.

1342. Idem Pontifex ſanctiſſimè moritur, ingenti apud omnes bonos relicto ſui deſiderio, ſuccedit Clemens VI.

1343. Ludovicus apud novum Pont. omnia tentat, ſed nil efficit, niſi abdicato Imperio totum ſe arbitrio ejus permittit, renuens, excommunicatur & exauctoratur.

1344. Genuenſes illuſtrem de Scythis triumphum referunt, cum Rex illorum colonias in Euxino ſinu tentaret.

1345. Ludovicus occupata Tiroli Itatiæ imminens, à Papa omnibus modis impeditur, datis ad Electores litteris pro alio Imp. eligendo.

1346. Coacti à Papa Electores Carolum IV. eligunt Imp. quem ſtatim Papa confirmat, ille de ſtabiliundo Imperio cogitat.

1347. Ludovicus Imp. ex Venatione rediens apoplexia

A. C.

plexia tactus equo cadit & paulo poſt moritur, Nicolaus Gabrinus Romæ Tyrannidem invadit, omniaque vertit.

1348. Ludovicus Ungariæ Rex Siciliam & mox Neapolim occupat, diffugiente Joanna Regina, mortemque fratris graviter ulciſcitur, Clemens Anglum Gallumque conciliat.

1349. Clemens hoc anno inſtituit florentiſſimam Univerſitatem Florentinam.

1350. Clemens Jubilæum à centeſimo anno ad quinquageſimum reducit, Romam quoque occurrente Ludovico Rege Ungar.

1351. Veneti Liguresque graviter colliſi à Clemente reconciliantur, hic beneficiario jure Bononiam Joanni Vice-Comiti Ferrariam Obizio Ateſtino concedit.

1352. Iterum Veneti ope Imperatoris Orientalis & Aragonis Genuenſes bello appetunt, ſed hi 30. Venet. 18. Aragonum triremes capiunt. Moritur Clemens Papa, cui ſuccedit Innocentius IV.

1353. Novus Tyrannus Baroncellus Romam premit, contra quem Nicolaus olim Tyrannus nunc Monachum ſimulans miſſus, illo perempto eadem tentans & ipſe laniatur. Veneti 40. Genuenſium navium capiunt.

1354. Genuenſes tanta clade fracti Joannem Vice-Comitem, hoc mortuo Poganum Auriam Ducem eligunt, magnisque cladibus Venetos premunt.

Caro-

A. C.

1355. Carolus Mediolani primum, tum Romæ à 2. Cardinalibus coronatur.

1356. Agente demum Innocentio Pontifice, poſt graves mutuo datas acceptasque clades Veneti ac Genuenſes conciliantur.

1357. Joannes Paleologus ob inſignem ſibi navatam à Genuenſibus operam Lesbum Inſulam eorum Duci dono dat, hic Tripolim expugnat & diripit.

1358. Italia rurſum varijs inſurgentibus Tyrannis vexata fuit, illos per Legatum ſuum Innocentius feliciter reprimit.

1359. Plurimum laborat idem Innocentius in Regibus Hiſpaniæ componendis, ſed nullo fructu, nunc demum Italiæ fluctus ſedat.

1360. Lobardorum & Richardi Armacani Hæreſes pro virili avertere Pontifex & avertere conatur.

1361. Rurſum Patrimonium Divi Petri à Principibus affectatur, quibuscum prope Bononiam congreſſus Ægidius Cardin. victor. evadit.

1362. Innocentio communem carnis viam ingreſſo ſuccedit Urbanus quintus Maſſiliæ Abbas, cæleſti Divi Benedicti ſuffragio electus.

1363. Mira felicitate B. Urbanus V. graviſſima odia & bella Carolum inter Imp. & Lud. Ung. Regem, ſed & inter Caſtellæ & Aragoniæ Reges conſopit, dein Bullam Cruciatam contra Turcas promulgat.

1364. Rursũ Urbanus Pacis Angelum agens, Venetos cum Aragonijs Florentinos cũ Piſanis

A. C.

ſanis componit.

1365. Idem totus eſt in promovenda expeditione ſacra. Motus dein Siciliæ à morte Roberti ſedat. Anglique & Galli cauſam Caroli IV. Imp. judicio ſubmittit.

1366. Urbanus poſt tam longum Pontificiæ Majeſtatis auxilium, Romam demigrare ſtatuit, hoc tamen anno prius Italiam pacari curat.

1367. Tandem Romæ reddit exulem, tamdiu ſedem B. Urbanus V. ſummo plauſu Orbis Chriſtiani. Orientis Imp. Joannes Palæologus eodem occurrens, ſe Urbano & Eccleſiæ ſubmittit.

1368. Carolus Imp. Romam quoque occurrit, ubi coronata Imperatrix. Viterbium Veniens Papa ſeditione orta vitæ periculum adjit.

1369. Iterum haud leviter periclitatur B. Urbanus mira levitate animorum Italis tumultuantibus. Invocat opem Imp. & Angli.

1370. Moritur ſanctiſſimè B Urbanus V. poſt egregiè geſta ſuccedente Gregorio XI.

1371. In Italia res turbant Vice comites, Gregorio id maximè agente, ut omnes lucraretur, & ad pacis ſtudia flecteret.

1372. Bernabos Vice-Comes juratus Eccleſiæ hoſtis, de Pontificijs victoriam refert, opera dein Nicolai Ateſtini repreſſus.

1373. Feliciter rem gerunt contra Vice-Comites Pontificij, fuſo illorum exercitu, plurimis Urbibus, Pontifici ſe ſubmittentibus. Veneti denuo cum Genuenſibus congreſſi, his triumphantibus.

Grego-

A. C.

1374. Gregorius iter Romanum ſuſcepturus novis Italiæ tumultibus impeditur. Orientem ad gremium Eccleſiæ invitat.

1375. Iterum impeditur, ſed gravibus negotijs Papa, quo minus hoc anno ſe Romæ redderet. Florenti contra ipſum inſurgunt.

1376. Gregorius Urbem ſolemniter ingreditur, cum nullum aliud motibus Italiæ componendis occurreret remedium.

1377. Totus eſt in profliganda nefanda Wiccleffi HæreſiGregorius contra quam egregios Chriſti pugiles plures concitat.

1378. Gregorius veſicæ doloribus magno mœrore omnium Romæ moritur, cui concordibus Votis Urbanus VI. ſublectus eſt, hic Cardinalium vitia corripiens,mox ab aliquot deſertus.Clementē VII.legētibus.

1379. Joanna peſſima Regina ejusque exemplo, Galli, Aragones & Scoti beſtiam adorant, Germania,Italia, Ungaria, Anglia, Luſitania Urbanum venerantur.

1381. Urbanum Legitimum Pont. DEUS miraculis comprobat. Carolus Dyrrachinus Siciliam armis invadit, & Regina capta Regnum occupat.

1382. Joanna impia Neapolis & Siciliæ Regina in carcere ſtrangulatur, ejusque ſororMaria capite plectitur.

1383. Colliduntur Ludovicus Andegau & Carolus jam Siciliæ Rex, hic nequiter Papam 16. dies detinet, ut quædam extorqueat.

1384. Ludovicus Andeg grandi cum exercitu Siciliam invadit, ideo diris devotus ab Ur-

A. C.

bano, qui pro Carolo ſacrum bellũ indicit.

1385. Ingratus Carolus iterum Urbanum vi detinet, quem Adornus Genuenſ. Dux liberat. Carolus excommunicatur, in Ungaria profectus coronatur.

1386. Miſerè perit Carolus in Ungaria ſauciatus, primum dein carcere ſtrangulatus. Neapoli ſuccedit Ladislaus filius, Papa Cardinales parricidij deſtinati reos, tollit è medio.

1387. Clemens Antipapa omnium favorem contra Urbanum concitat. Multa perperam ratione Schiſmatis fiunt.

1388. Pontifex Divinà viſione monitus Romam revertitur. Wenceslao Imp. ſimulati Expeditionem Rom. decimas tota Germania concedit.

1389. Urbanus PP. Jubilæum indicit, & ad 33. annos reducit. Clemens Antipapa multa contra Urbanum molitur, hic à Numine vocatus obdormijt Bonifacio IX. in ejus locum ſubrogato.

1390. Primus omnium Ladislaus Sicil. & Neap. Rex Bonifacio ſe inclinat, proin abſolutus & Regno paterno donatus.

1391. Bonifacius à varijs hoſtibus, Gallo inprimis, miſerè exagitatur. Hoc anno S. Brigittam Divorum albo aſcribit.

1392. Pontifex arbitris conſtitutis civitates Italiæ & Principes conciliat, mox pacem denuo turbantibus Galeatio & Carrarienſi.

1393. Ludovicus Andegavenſis repente cum exercitu Neapolim occupat, viciſſim Ladislaus occurrit. ut nihil ſupereſſet quam clementiam exorare.

Boni-

A. C.

1394. Bonifacius Urbe liberrime potitur & novos Magiſtratus creat, occurrit LadislausRex & opem contra Andegavenſem flagitat. Moritur Clemens Antipapa, ſuffectus impius Petrus Luna.

1395. Dum Gallus exoratus ab Europæ Principibus Schiſmatis tollendi author eſt, Petrus Luna & Aragonum Rex renuit, hic repente moritur.

1396. Bonifacius author eſt fœderis inter Ateſtinum, Gonzagam, Carrarienſes, Florentinos & Bononienſes, pro libertate Italiæ contra Galeatium.

1397. Gallus ſerio rerum ſatagit, ſolus ignaviſſimus mortalium Wenceslaus Imp. ſimulat & nil agit, rogantur Papa & æmulus ſe abdicare.

1398. Indicto in Gallijs conſilio dum perſuaderi ſe Petrus Luna non ſineret, Antichriſtus pronunciatur, & Avenione obſidetur.

1399. Iterum Concilium in Gallia, ſuſcribit Petrus pactis de viaCeſſionis Aragonius Siciliam occupat, Galeatius varia S. Petri loca occupat.

1400. Germanis rogantibus Bonifacius Wenceslaum IgnavumCæſarem fruſtra commonitum exauctorat. Eligitur Rupertus Palat. Jubilæum ſolemniſſimum Romæ. Ladislaus Rex Neapolis confirmatur.

1401. Rupertus Imp. Romam contendens à Galeatio impeditur, quem Veneti vocantes. venientem deſerunt, ita ut reverti cogeretur Bonifacius Neapolis & Siciliæ rebus conſulit.

A. C.

1402, Galeatius Bononiam occupans, partem copiarum ad urbem præmittens, dum Italiæ coronam ambit, morte præoccupatur, Bonifacius ſtatim eo extincto Bononia & Paruſio potitur.

1403. Pergit rem ſuam curare Bonifacius, Cremona & Crema ejus ſe Legato dedentibus. PetrusLuna opera nonnullorum è cuſtodia evadit.

1404. Vivis excedit Bonifacius, eligitur Innocentius VII. PetrusLuna adverſus hunc conſcribit exercitum, & claſſem inſtruit.

1405. Luna dum claſſe Romam petit, hæc penè mergitur, tumultuantibus Romanis Innocentibus fugere cogitur, cujus Palatium Columnius diripit vocatus Ladislaus Rex Roma potitur, mox ejicitur, Papa revocatur. Veneti cumCarrarienſi colliſi, victum cum filijs occidunt.

1406. Innocentius ſub aurea umbella Romæ recipitur, Ladislaum diris devovet, pœnitentiam ſimulantem abſolvit, & pacatis Urbis rebus moritur, ſubſtituto Gregorio XII. Benedictino.

1407. Inſtantibus pro utriuſque Pont. abdicatione PatribusSaonæ congregatis, comperta Lunæ fraude Gregorius occurrere recuſat.

1408. Iterum Ladislaus Rex urbem occupat, ſed eijcitur. Idem Schiſma fovet, cum Luna, in ſpem Regni Italici ipſum accenderet.

1409. Piſano Concilio tam Gregorius quam Benedictus Antipapa exauctorantur, & Alexander V, eligitur Hic Ludovicum Andium

A. C

dium Ducem auxilio venientem contra Ladiſlaum Regem Neapolis creat.

1410. Moritur Alexander Bononiæ, creato Joanne XXIII. Ladiſlaus Urbem denuo tentat ab Urſino repulſus, poſtea à Ludovico profligatus.

1411. Recrudeſcit Schiſma tribus de Pontificatu contendentibus, & apparet nihil Conſilium in Legitimum paſtorem potuiſſe. Major tamen pars Joannem colit, cujus exercitus nunc Ladiſlaum profligavit.

1412. Reſtaurat bellum Ladiſlaus, ſed audiens Joannem contra ipſum Concilium congregare, territus eidem reconciliatur.

1413. Joannes Concilium Romæ contra Wicleffiſtas & Huſſitas celebrat. Ladiſlaus Romam occupat, ſacra omnia violat, unde fugiens Joannes, petente Sigiſmundo Imp. Concilium Conſtantiam indicit.

1414. Dum Sacrilegus Ladiſlaus omnia vaſtare pergit,& coronæItaliæ inhiat juvenis miſer inopinato moritur. Roma rebellis, paulo poſt Joanni deditur. Concilium Generale Conſtantiæ ad lacum Potamum inchoatur.

1415. Gregorius vir ſanctus legitimus Papa amore pacis ſeſe ultro abdicat, Luna omnes eludente, Joanne fugiente, quod plurimum accuſaretur.

1416. Sigiſmundus ipſe Imp. in Galliam & Aragoniam iter pro pace Eccleſiæ ſuſcipit, Reges perſuadet, omnibus his Lunam Hiſpanū flectere, ſed fruſtra conantibus.

A. C.

1417. Benedictus Luna Antipapa cum nec parere nec comparere vellet tanquam invaſor rejicitur, & *Martinus V.* ſummo orbis plauſu Conſtantiæ eligitur, ex quo Concilium Generale Oecumenicum eſſe cœpit.

1418. Abſolvitur denique Concilium Conſtantienſe longe celeberrimum graviſſime & maximè diuturno ſchiſmate ſublato, & reddita orbi pace.

1419. In Italia Tyrannidem invadit Braccius, Aſſiſio, Peruſio Tuderto alijſque Eccleſiæ locis occupatis, qui de Pontificis & Joannæ Regina exercitu hoc anno triumphat.

1420. Martinus Papa Cruciatam contra Huſſitas promulgat, à quibus Imperator 150. millium cum exercitu diſſipatur. Braccius reconciliatur. Neapolitani Ludovicum Andium Ducem ad Regnum invitant.

1421. Joanna Regina Alphonſum Aragonum Regem adoptat, cujus ope de Ludovico triumphat. Papa copias contra Fratricellos in Picenum mittit.

1422. Iterum Martini Papæ opera Cruce ſignatorum exercitus contra Huſſitas cogitur. Sigiſmundus Imp. denuo à Ziſca fugatur.

1423. Offenſus æmuli promotione Alphonſus cũ Pont. expoſtulat, adeſt Joannæ Sfortia & Alphonſum vincit, hic tamen Neapoli potitur. Concilium Papienſe peſtilenti lue diſſolvitur.

1424. Sfortia incomparabilis belli Dux aquis

mergi-

A. C.

mergitur dum Braccium hoſtem Eccleſiæ perſequitur. ipſo hoſte mortem tanti Herois dolente. Moriuntur item Benedictus Antipapa & Joannes Ziska Huſſitarum Dux.

1425. Alphonſus Aragonum Rex ob negatum Regnum Neapolis nihil non hoſtile contra Papam molitur, vim infert, multas Italiæ urbes ſibi adjungit.

1426. Mire laborat in ſeditionibus Italiæ componendis Martinus Papa; miſſo ad Urbes & Principes Albergatto Cardin. apud Alphonſum nil impetrat.

1427. Martinus Papa pari ſucceſſu bellum in Huſſitas decernit. In Italia Philippus Dux Mediolanenſis juſta acie à Venet profligatur.

1428. Philippus accepta clade pacem ambit, clam tamen bellum molitur. Efferveſcit eodem anno bellũ Bononienſe, & Lucenſe.

1429. Clemens HX. Antipapa. qui Petro de Luna ſucceſſerat ſeſe ultro abdicat & *Martino* ſubmittit.

1430. Totus eſt in componendis Italiæ rebus Martinus Pontifex, toto Pontificatus tempore bellis vexatus.

1431. Concilium ſolemne idem Martinus Baſileam indicit, & paulo poſt moritur. Creatur Eugenius IV. qui cum graviſſimis ex cauſis Concilium revocatum vellet, malè tunc continuatum eſt.

1432. Sigismundus Imp. Romæ ab Eugenio coronatur, apud quem pro continuando Concilio nimis quam obſtinate inſtitit.

1433. Romanis rebellantibus Eugenius Florentiã

A. C.

ſecedit: Concilij Baſileenſis Patres abſq; capite graviſſimis ſe erroribus involvunt.

1434. Romæ turbida omnia, quam tamen Pontifex opera Balthaſaris Offidami recepit. Moritur Joanna Regina Neapolis.

1435. Etiam Bononia potitur Pontifex, mox Regnū Neapolitanum ad ſe devolutum recuperare aggreditur, Renati quoque captivi conjuge cum Alphonſo contendente & hoc anno bellum ſuperante.

1436. Dum Alphonſo adverſatur Pontifex auctor ille eſt Patribus Concilij novum Pontificem eligendi, quod poſt biennium fecere.

1437. Pontifex Renatum educi è carcere impetrat, & contra Alphonſum fovet. Concilium Ferrariam indicit Joanne Or. Imp. ſerio utriuſq; Eccleſiæ unionem urgente.

1438. Concilium Ferrarienſe paulo poſt, peſtilenti graſſante lue Florentiam transfertur, quo ipſe Joannes Imp. occurrit.

1439. Conciliabuli Patres abſque capite peſſimo conſilio Felicem V. eligunt, & dum conſulere Eccleſiæ conantur, lacerant.

1440. Eugenius Legatum ad Principes Germaniæ deſtinat ad ipſos in fide confirmandos, ne beſtiam adorarent.

1441. Eugenius Felicem Antipapam excommunicat, dein quo magis res Renati firmaret, novi fœderis jure Gallum ſibi obligat.

1442. Renatus deſperatis rebus in Galliam ſe recipit, Alphonſo quæ reliqua Regijs erant facile ſubigente. Fridericus hoc Conciliabulo infenſus redditur, & de diſſolvendo cogitat.

Alphon-

A. C.

1443. Alphonſus & Eugenius conciliantur, dum ille Marchiam Anconitarum ereptam à Sfortia reſtitui curat, Concilium Lateranenſe indicitur, poſtquam Eugenius Romam redux magno plauſu exceptus eſſet.

1444. Diffluunt paulatim Conciliabuli Baſileenſes Patres, cum ad Lateranenſe tot undique confluerent.

1445. Joannes Tudeſcas ex Abbate S. R. J. Cardinalis Canoniſtarum Phæbus mortalitatem exuit.

1446. Eugenius fornace tribulationum excoctiſſimus, fructu tamen laborum etiam in terris potitus, res denique Italiæ feliciter competunt.

1447. Moritur Eugenius laudatiſſimus Pontifex, ſuccedente Nicolao IV. Felix V. ultro ſe abdicat, perſuadente B. Baſſando.

1448. Extincto Philippo Vicecomitum, ambientibus Principatū Alphonſo & Carolo Regibus Mediolanum variè tentatur.

449. Franciſcus Sfortia, Venetorum ope, præter ipſum Mediolanum pleriſque ejus Principatus Urbibus potitur.

1450. Ingenti populorum concurſu Jubilæum Romæ celebratur, conjurant nunc cum Alphonſo contra Sfortiam Veneti, hoc dum cives inter ſe diſſentiunt Mediolanum occupante.

1451. Veneti dum Florentinos ditione ſua exigunt vires Sfortiæ augent, his vires ſuas illi jungentibus, & contra Venetos & Alphonſum Regem moventibus.

1452. Fridericus III. Imp. ingenti pompa Romæ

A. C.

coronatur, Vita excedit B. Anadeus felix Anacharita, infelix nuper Antipapa.

1453. Pergunt collidi inter ſe in Italia Principes, Sfortia, Venetis, Florentinis, Alphonſo Rege alijſque bello certantibus.

1454. Tandem inter Principes Urbesque Italiæ, adnitente ſerio Nicolao Pontifice pax confecta atque firmata eſt.

1455. Vita excedit Nicolaus IV. Pontifex optimus, creatur Cardinalium ſuffragio Calixtus III. quieſcit Italia.

1456. Feſtum Transfigurationis Domini inſtituit Calixtus Papa, ob memorabilem Joan. Huniadis de Turcis Victoriam.

1457. Dum Calixtus Chriſtianos Principes ad bellum Ungaricum contra Turcas concitat, ipſi in mutuum exitium ruunt.

1458. Alphonſus Rex moriens Ferdinandum naturalem filium Neapolitanis imponit, quem Calixtus recuſat, mox tamen hoc anno eo mortuo Pius II. ſucceſſor reſtituit.

1459. Pius Concilium Mantuam indicit, Principesque ad bellum ſacrum exhortatur. Ingens Italiæ lumen S. Antoninus Arch. Florentinus cœlo infertur.

1460. Diſſolvitur Conſilium modico fructu. Iterum prælia, Joanne Renati filio & Ferdinando Aragonio pro Regno Neap. certantibus, ſed & Romæ tumultuatum, turbis paulo poſt compreſſus.

1461. Conſulit Reipubl. Chriſtianæ pro egregio ſuo ingenio Pius, & pacem inter Principes conciliat.

Cum

A. C.

1462. Cum Sigiſmundo Malatæſta colliſus Pontifex, ſtratagemate duas munitiſſimas arces eidem eripit.

2463. Gravi clade atteruntur ad Mythilenem Veneti, tertium repulſi, Urſato Juſtiniano ipſorum ſtrenuo Duce mœrore extincto.

1464. Dum Pius expeditionem novam in Turcas molitur, vivere deſinit, viſus cremicolæ cuidam triplici corona in cælum evolare.

1465. Paulus II. Cardinalium ſuffragijs poſt Pium ſuffectus, Georgio Podiabracio Bohemiæ Regi Hæretico diem dicit.

1466. Recuſantem obedire Georgium Regem Paulus Papa excommunicat & Regno privat, Martino Corvino Rege nominato.

1467. Inſignem Conſtitutionem nunc edit Paulus Pont. de Collationibus & Reſervatione Beneficiorum.

1468. Paulus pacem Italiæ reddit hoſtibus conciliatis. Fridericus Imp. Romam veniens inſigna pompa à Pont. excipitur.

1469. Inſtigante & animante Paulo, Matthias Corvinus in Bohemum movens, victoria & Regno potitur, capto Georgij filio.

1470. Paulus Pont. Poloniæ Regem avertit à bello Ungaris inferendo. Principes ad ſacrũ bellum accendit; Jubilæum ad 25. annos reducit.

1471. Vita excedit Paulus II. Pont. Max. creato à Cardinalibus Franciſco de Ruvere & Sixti IV. nomine ſalutato.

1472. Hic ſtatim Principes ad debellandos Turcas invitat, ipſe ſuis ſumptibus inſignem claſſem armat.

Jubi-

A. C.

1473. Jubilæum in ſequentem annum indicit Sixtus Papa, & in Galliarum Rege cum Burgundione conciliando laborat.

1474. Jubilæum Romæ magno concurſu celebratur. Rhodienſes milites, Turca nihil non moliente, inter ſe colliduntur.

1475. Sixtus Papa nihil non molitur, quod Chriſtianos concitet ad communia ſtudia, univerſalis hoſtis debellandi.

1476. Moritur Jacobus puer Cypri Rex matre Cornaria Veneta ſuperſtite, ad quam & Venetos Regnum devolvitur.

1477. Infeliciter cum Turca præliantur Veneti, grandi omnino clade ad Sontium amnem profligati.

1478. Inquietiſſimus Italiæ Annos Sixto Pont. & Ferdinando Neapol. Rege colliſis, Venetis Florentinis & Galeatij hæredibus hoſtilia parantibus & perurgentibus.

1479. Italia, ut ſemper, ita nunc vel maxime maximi ingenij viris abundat, quos inter miraculum orbis Picus & Franciſcus Mirandulani. Baptiſta Fulgoſus, Sabellicus, Hermolaus Barbarus, Marſilius Fiſinus, Phili Beroaldus & alij celebrantur.

1480. Magno terrore orbe & maximè Italiam concutiunt Turcæ Rhodo oppugnata etſi non capta, Hydrunto expugnato.

1481. Concilium Romam indicit Sixtus omnes Europæ Principes & Epiſcopos citans. Renatus Siciliæ Rex moritur.

1482. Veneti Ferrariæ Ducem armis petunt, quos ægre admodum ſoceri Ferdinandi Regis Neapol. ope repellit.

Vene-

A. C.

1483. Venetos pacem turbantes, fruſtra dehortatus Sixtus Romanus Pontifex, Anathemate ferit.

1484. Sixto Rom. Pontifici mortuo ſubrogatur Innocentius IIX. à familia Ciboa.

1485. InnocentiusPapa colicæ doloribus graviter æger, ope DEIparæ convaleſcit, & Principes conciliare ſatagit.

1486. Roma turbatur inteſtinis motibus Columnijs & Urſinis atrociter colliſus, & mutuo ſe petentibus.

1487. Veneti hoc anno ob intercepta commercia graviter cum Auſtrijs colliſi, ijdem cum Rhodijs ad vim turcarum intenti.

1488. Ferdinandus Rex præter datam fidem plurima uſurpans, & liberrime Regnum adminiſtrans, Papam graviter offendit.

1489. Admonet paternè prædictum Regem Pontifex, & objurgat obſtinatum diris devovet, & Regno privatum promulgat.

4890. Turbata plurimum Italia colliſis graviter Ferdinando & Rege, hoc varia moliente, factionibus laborante Italia.

1491. Innocentius dignè nomine ſuo innocentem agens Præſulem & Principem nocumenta omnia Chriſtianæ Reipubl arcet, & Maximilianum Rex cum UladislaoRege conciliat.

1492. Communem mortalium viam ingreditur Papa Innocentius, ſufficitur in Sacra Cathedra Alexander VI. Hiſpanus.

1493. Carolus Gall. Rex relicto ſibi ad Regnum Neapol. jure à Renato, illud armis repetit, Alexandro magis in Aragonium propenſo.

Caro-

A. C.

1494. Carolus Rex in Italia benevole paſſim excipitur, inter hæc mortuo Ferdinando, ſuccedente filio Alphonſo.

1495 Carolus Rex Neapoli potitur, mox inviſus & in reditu à conjuratis bello appetitus, de ipſis inſignem triumphum refert.

1496. Neapolitani vix digreſſo Carolo, ad Ferdinandum Juniorem deficiunt. Maximilianus à Venetis contra Florentinos evocatus, parum proficiens regreditur.

1497. Italia tota factionibus laborat, quibus inprimis patrimonium S. Petri undequaq; expetitur.

1498. Mortuo Carolo IIX. Gall. Rege, Ludovicus XII. ſalutatur, qui utriuſque Siciliæ Rex & Dux Mediolani dici voluit, hocque quamprimum armis repetere decrevit.

1499. Ludovicus Rex inſigni cum exercitu receptis vicinis urbibus, brevi Mediolano potitur, eoque firmato regreditur.

1500. Jubilæum ſolemniſſimum Romæ celebratur Mediolanenſes Sfortiã revocant & deficiunt, Ludovicus regreſſus recepta urbe Sfortiam cum Cardinale fratre vinctum abducit.

1501. Ferdinando fratris filio mortuo Fridericus ſibi Regnum Neapolitanum vendicat, verum Regnum cum Gallo partitur.

1502. Peſſimè convenit uno in Regno Gallis & Hiſpanis, colliduntur Præfecti Albigniacus & Conſalvus Magnus. Galli vincunt.

A. C.

1503. Moritur Alexander VI. veneno, quod volunt, alteri propinato, peſſimæ famæ apud ſcriptores, nepoti ſuo Cæſari omnia permittens, cujus ſymbolum: *Aut Cæſar, aut nihil.* Succedit Pius III.

1504. Memorabilem omnino victoriam, deſperatis ipſe rebus Conſalvus Magnus prodigioſa S. P. Benedicti ope ex Gallis refert victoriam, unde ipſi Magni deinceps cognomen manſit.

1505. Julio II. Pontifice viris eruditis refertiſſima evitet Italia, priuſquam Latinam Latio exulatum mitterent Petrus Bembus, Raphael Volaterranus, Petrus Crinitus & plurimi.

1506. Julius Pontifex collecto inſigni exercitu, Bononiam obſidet, atque expugnat Bentivolo ejecto.

1507. Genuenſes Gallos Urbe eijciunt, verum Ludovicus Galliarum Rex ijs devictis urbem ovans ingreditur.

1508. Maximilianus Imp. Julius Pont. Ludovicus Gall. & Ferd. Hiſpan. Reges communibus opibus bellum Venetis inferunt.

1509. Maximilianus Imp. Veronam, Tarviſium, Paravium. Julius Pont. Ravennam, Bergomum, Cremonam, Brixiam, Cremam Venetis eripiunt, qui tamen perire malunt quam auxilia Turcarum admittere.

A. C.

1510. Cæſar & Gallus non una clade hoc anno Venetos afficiunt, Pontifice, Pontifice ipſis denuo favente, quod exteri ſuſpecti eſſent.

1511. Hiſpani & Helvetij Pontificis exemplum ſequuntur. Cæſar & Gallus vario Marte bellum proſequuntur.

1512. Memorabili ad *Ravennam* pugna de Hiſpanis & Julio triumphant Galli cæſis Julij 16. millibus, ſed Anglus Galliam invadens fortunam avertit, ita ut Hiſpanus Mediolanum alij alia raperent.

1513. Veneti nunc Gallo auxiliares, qui Mediolanum fruſtra tentat 10. millibus Gall. deſideratis. Cæſar item de Venetis triumphat.

1514. Veneti rerum ſuarum ſatagunt, incomparabili prudentia in omnem ſe partem vertentes, quomodo & patriæ & ſibi conſulerent, nec plus nimio hoſtium haberent, nec invidia laborarent.

1515. Inſignis Legatio Moronitarum ad Concilium Lateranenſe occurrit. Franciſcus Gall. *Rex* cæſo numeroſo Helvet. exercitu Mediolano & pluribus urbibus potitur.

1516. Amici nuper Gallis Veneti, mox inimici, iterumque amici cum illi expugnatam Veronam ipſis traderent. Maximiliani Imp. exercitus jam jam Mediolano imminens re infectâ digreditur.

1517. Quieſcit nonnihil Italia, & quod nemo alteri fideret, communiendis urbibus plurimum laboris & ſumptuum impenditur.

Leo

A. C.

1518. Leo Pontifex, ut Italiæ quieti conſuleret, Europæ Principes omnes ad ſumenda contra Turcas arma concitat.

1519. Illuſtrat Italiam mira ſanctitate B. Homobonus ſæculi hujus miraculum.

1520. Quietis in Italia ac pacis fructus varij prædicantur, & inprimis nova Sacræfamiliæ Grottanorum inſtitutio.

1521. Leoni Pont. Max nunc vita functo, ſuccedit Cardinalium ſuffragijs Adrianus VI.

1522. Trepidat Italia Vicinioris ſemper hoſtis fortuna dum Solymannus Rhodum poſt 6. menſium obſidionem òccupat.

1523. Supremus hic annus eſt Adriano VI. cui Clemens VII. ſufficitur, è familia Medicæa.

1524. Franciſcus Rex Borbonium Cæſar exercitus Ducem, armis conſequutus Lombardiæ parte maxima & Mediolano potitur.

1525. Vertente fortuna Franciſcus Gall. Rex ad Ticinum vincitur & captivus in Hiſpanias ducitur, verum anno non exacto ſolvitur.

1526. Franciſcus Rex Gall. cum Pont. & Venetis fœdere jungitur contra Cæſarem, hic tamen duce Fronſpergio prope Mantuam triumphat.

1527. Confœderati Cæſarianos à Florentiæ obſidione depellunt Borbonio ſtatim Romam converſo, & inter ſcandendum muros occiſo.

Cæſa-

A. C.

Cæſareanis Urbem diripientibus, abrepto in captivitatem Pontifice.

1528. Gallus mittit exercitum ad liberandum captivitate Pontificẽ,&ad Neapolim obſidendam. Conatus peſtilenti lue turbantur.

1529. Tandem pax Europæ redditæ Pontifice, Cæſare & Gallo pacem complectentibus & firmantibus.

1530. Carolus V. à Clemente Papa Bononiæ Rex Longobardorum, biduo poſt Romanorum corona inſignitur.

1532. Henricus Angliæ Rex probroſum conjugium probantibus acatholicis, damnante Pont. caput ſe Eccleſiæ Anglorum jactans Anathemate damnatur.

1533. Clemens Papa Maſſiliæ Galliarum Regem convenit, deque Hæreſibus opprimendis conſultat.

1534. Mortalibus valedicit Clemens Pont. Max. ſuccedente Alexandro Farneſio qui Pauli III. nomen aſſumpſit.

1535. Carolus Imperator Guleta & Tuneto in Africa expugnatis,inSiciliam indeRomam pergit, quam ovans ingreditur.

1536. Rurſum colliſi Cæſar & Gallus, hic Seguſium & Montcalerium expugnat, Cæſareanis ultra Padum ſe recipientibus, ſed & in agro Taurinatium & Pedemontano pugnatum fuit.

1537. Apud Niciam in provincia Papa, Cæſar, & Gallus etſi ſejuncti locis de pace tractant.

1538. Paulus Pont. & Veneti claſſem inſignẽ contra Barbaruſſã inſtruunt,qui re comperta,

fuga

A. C.

fuga ſibi conſuluit.

1540. Confirmat hoc anno Paulus III Inſtitutum Patrum Societatis JESU, inſignem deinceps operam Eccleſiæ navantium.

1541. Cæſar in ſuo in Africam itinere Pontificem ad ſe Lucam uſque excurrere impetravit, quos inter de celebrando ſequenti anno Generali Concilio convenit.

1542. Novis denuo bellis Cæſarem inter & Gallum exortis nihil non tentat Conciliandis Pontifex.

1543. Iterum occaſione uſus divertentis in Italiam Cæſaris pro pace inſtat Pontifex, ægrè ad alloquium admiſſus.

1544. Pace denique inter Cæſarem & Gallum firmata Concilium, hucuſque dilatum in anni ſequentis Martium indicitur.

1545. Datum initium Tridentino Concilio, quod poſt 8. Seſſiones, & peſtis & quod Cæſaricum Papa non conveniret, juſſu Pauli Papæ Bononiam translatum eſt.

1547. Concilium, ut ſupra dictum ex cauſis memoratis Bononiam transfertur.

1549. Mortalitatem deponit Paulus III. Pont. Max. ſede deinceps tres menſes vacante.

1550. Eligitur Pontifex Max. Julius III. Jubilæum ſolemne Romæ celebratur. Agitur de Concilio rurſus Tridentum transferendo.

1552. Arma in Cæſarem ſtringunt Proteſtantes, qui Oenipontem uſque penetrant, Patribus Tridento fugere coactis.

Minus

A. C.

1566 Incredibili quam primum ſtudio verus pater & Paſtor Pius V. laborat de Hoſte communi filiorum DEI Turca expugnando, encyclicis paſſim miſſis, nullis ſumptibus parcens.

1568. Unius Pij V. vita annos Pontificatus omnes impleret digniſſima ſupremi apicis ſanctitate; cui horror fuit indignum quemcunque nedum nepotem promovere.

1569. Reges & Principes Chriſtianos, incredibili Zelo, omnes Theſauros Pontificios eo impendens & intendens, animat & juvat ad ſectas varias extinguendas Pius Pontifex.

1570. Videns & prævidens vir Sanctus progreſſus Turcicos, Nicoſia nunc capta, totus eſt in colligendo exercitu, & Chriſtianis ad ſocia arma concitandis, ipſe jejunijs & corporis afflictionibus pro ſuo grege ſe mactans, cum paupere Aula.

1571. Benè munitam precibus ferventiſſimis ſuam & Chriſtianorum Principum claſſem in hoſtem mittit Pontifex, & memorabilem prorſus Divina ope impetrat victoriam 25. mill. hoſtium cæſis.

1572. Reſtaurat vires Turca & ulciſci conatur, Pij precibus & Joannis Auſtriaci armis facile eluſus. Verum Pontifex paulo poſt ad ſuperos tranſit, exemplar æternum verè Sanctiſſimi Papæ.

1573. Montferratenſem Principatum hoc anno Ducali titulo ornat *Maximilianus* Imp. in gratiam Ducis Mantuani. Succedit Pio Gregorius XIII.

Veneti

A. C.

1574. Veneti ſocietati cum Pontifice & Hiſpano initæ renunciant, non, quod Zoili amant, in Patrocinium Turcæ, ſed quod exhauſti viribus deſeri metuerent, cum vel maxime egerent.

1575. Gregorius XIII. maximo animo Pontifex, nec minore ingenio, miſſis Legationibus laborat plurimum contra Sectarios.

1578. Convocat Muſicos orbis celeberrimos Gregorius, & Cantum Choralem, diſparem paſſim reformat, falſis qui rei præpoſiti erant, Veterem Monachorum cantum à S. Spiritu eſſe.

1579. Magna moliri pergit Gregorius, multaque cùm in Aula Pontificia, tum in Urbe ad meliorem formam reducit.

1580. In reformando Calendario Mathematicis celeberrimis convocatis plurimum omnem poſteritatem demeretur.

1581. Intentiſſimus in omnia Eccleſiæ pericula, Gebhardum Colonienſem Epiſcopum defectionis manifeſtum paterne hortatur, minatur, & Cæſarē advigilare movet.

1582. Nunc denique Novum Calendarium promulgat, Acatholicis exerrare eligentibus, quam hanc etiam ſua dogmata nil attinentem, Veritatem amplecti, magna poſteræ ætatis confuſione.

1583. Prorumpit jam publicè Colonienſis, nec erubeſcit Epiſcopus conjugem ducere, & à Gregorio Papa excommunicatur.

1583. Grande animadvertens Germaniæ & Eccleſiæ periculum Gregorius Gebhardum exauctorat, alium eligi curat, Çæſarem & Ca-

A. C.

& Catholicos monet novo electo aſſiſtere.

1585. Moritur dignus æternitate Gregorius Pontifex, cui Sixtus V. ſufficitur dictus ante Perettus de Montealto.

1586. Sixtus plurimum meretur de Italia, quæ Bannitorum ſcelere miſerrime habita infinitis latrocinijs inhorruit, in quos omne ingenium & arma vertit.

1587. Magnificus prorſus in adornanda urbe Sixtus, mira molitur, & afficit teſtantibus hodie monimentis.

1588. Magna exterorum æque atque Italorum gratulatione, exſcindit denique latrocinantium agmina, & quietem Italiæ reddit Gregorius Papa.

1590. Moritur Gregorius ſuccedit Urbanus VII. Caſtaneus, qui ſuorum nec digniſſimum promovere voluit, neque ſororis unicæ maritum Joannem Bucelinum. Obijt primo menſe incredibili Urbis luctu, ſuccedit Greg. XIV.

1591. Et hic brevi regimine vix decem menſibus totidemque diebus præfuit, familia Sfondrata, ſufficitur Innocentius IX. & ipſe duos ſolummodo menſes, diem unum ſuperſtes.

1592. Clemens IIX. alias Hyppolitus Aldobrandinus, virum & paſtorem egregium ſe exhibuit, & multa magnificè fecit.

1593 Magno Clementis plauſu Henricus IV. dum confœderati in Gallia Regem creare tentant, ipſe Romanæ Eccleſiæ ſe filium ſolemniter profitetur. Clemente initio ſuſpectum habente.

1594. Magna Italiæ trepidatione Turcæ Calabriam invadunt, ſed à Clementis Papæ exercitu feliciter ejiciuntur.

1595. Nunc primum per proprios Legatos abſolvi ab excommunicatione Henricus IV. exorat, & ſolemniter abſolvitur.

1596. Ejus rei ſignum inter alia ſe condita monimenta Clemens Papa 3. Maij Romæ columnam marmoream erigit prope S. Antonij.

Memo-

A. C.

1598. Memorabili beneficio Europam idem obligat, conciliatis inter ſe hoc anno duobus Regibus potentiſſimis Gallo & Hiſpano.

1599 Peſſimo exemplo, dum vir Sacer arma corripit, Andreas Barthorius Cardinalis, Tranſylvaniam invadens, repreſſus à Michaele Valacho, in fuga trucidatur.

1600. Jubilæum ſolemniſſimum, maxima cum ſolemnitate incredibili Romanum ex omni natione concurſu Romæ celebratum. Ex quo tempore quies Italicarum rerum, quod nihil ſingulare mutationis habuerit, præter Mantuanum bellum, & quæ poſteriora in oculis omnium ſunt, pro complemento Chronologiæ hujus ſolam creationem Pontificum ſubjungimus.

1605. Moritur Clemens IIX. Pont. Max. ſuccedit Alexander Mediceus dictus Leo IX. qui tamen 25. die Dignitatis ſuæ vivere deſijt, ſuccedente Paulo V. Burgheſio.

1621. Mortuo Paulo ſuccedit Alexander Ludovicus, aſſumpto Gregorij XV. nomine.

1623. Moritur Gregorius XV. eligitur Mophæus Barbarinus dictus Urbanus IIX. Sub quo multa quidem & mira tam in Italia quam tota Europa contigerunt, à quibus de induſtria abſtinemus, quia cauſas geſtarum nec cepimus, neque hodie capimus.

1644 Poſt multa ſapienter in Curia Rom. inſtituta extinguitur Urbanus Papa, cui Innocentius X. ſufficitur Pamphilius Romanus.

1655. Defungitur honore & Vita Innocentius ſuccedente Alexandro VII. Quem DEUS Opt. Max. Gregorij Magni Spiritu impleat, & Magnum, imo Pontificem verè Maximum meritis & Vitæ Sanctitate facere dignetur.

DEUS Benedictus!

GALLIARVM
REGNI AMPLISSIMI,
pulcherrimi, potentiſſimique

Res memoratu digniores ad compendium relatæ & Chronologica ſerie deſcriptæ.

Opera & ſtudio

R. P. F. GABRIELIS BUCELINI,
Aſcetæ Theologi Ordinis S. P. Benedicti
Imperialis Monaſterij Vinearum, Prioris
S. Joan. Bapt. in Veldtkirch.
Rhætiæ.



Cum facultate & Privilegio Superiorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.
ANNO M DC LXIV.

ILLVSTRISSIMO, GENEROSISSIMO DOMINO DOMINO

RUDOLPHO SALICÆO, vulgo de Salis Juniori, Chriſtianiſſimi Regis Guardiæ Capitaneo, Heroi lectiſſimo.

SAlit animus ad Salicæi nominis, vel ſolam quidem recordationem, nomen non abſque ſale, ſi vel ſola memoria volvatur, nedum ore pronuncietur ſeu maſticetur, nomen ipſa antiquitate venerandum, à rebus geſtis glorioſum, diffuſa toto orbe fama magnificum, ipſis Regibus & Cæſaribus carum & pretioſum. Illud ſive à Saliis, Sacris Marti Sacerdotibus derives, ſive à Salijs, liberrimis Germaniæ, inde victoribus Galliæ populis, Martiale ſe ſimul probat & ſacrum eſſe, cui ſumma uſque hodie reverentia, vel pro ipſo reſpectu Legum Salicarum debeatur. Ego nihilominus familiæ originem Hetruſcam cenſeo, & longe quidem ante Romam conditam ſpectabilis omnino atque Illuſtris. Salinicam primùm dictam, cum tempore au-

tem, declinante in Romanam Hetruſca lingua, Romana in Italicam, hâc in Teutonicam, Salicæam ac de Salicibus, contractione demum Teutonibus amica (ut plurima alia familiarum ſic mutaverant) de Salis appellatam veroſimillimum eſt. Salinicorum ſumma jam ante annos ter mille ducentos ſeptuaginta duos Auctoritas & poteſtas fuit, quo tempore Tatius Salinicus Lucumonis principe in Rhætijs honore & munere functus eſt, ut multo ante ea tempora de Nobilitate ac præſtantia tantæ familiæ omineris. Nec minore in pretio deinceps Salinici fuere, donec Alemannis nimium Rhætiæ infeſtis, plerique in Veterem ſe patriam Hethruriam reciperent, neque enim omes inſimul exceſſiſſe probabile eſt, verum Andream, qui Henrici III. Imp. temporibus vixerat, & quarto ejus nominis imperante Rhætiam repetiverat, in cognatorum jura & ſedes ſucceſſiſſe. Ab hoc deinceps continuata in hanc uſque diem in Rhætia ſucceſſio fuit, & ſimiles ſemper Majorum poſteri, imo Majoribus majores Virtute & gloria effloruere. Et cui non Cæſarum, cui non Regum Salicæi Heroes, à Virtute & robore, à fortuna & Generoſitate cogniti fuere? Certe Andreas III. ſive II. Herculi illi A-

li Alemannico Friderico I. Cæſari cognomento Barbaroſſæ, diverſiſſimis in Italiam Expeditionibus, inter belli Duces præcipuos, ſtrenuam operam navavit & valorem ſuum probavit. Ex quo tempore familia Salicæa, quoddam quaſi Seminarium Martiale fuit, ex quâ nemo non totus Mavortius & Herculeus prodijt; ita, ut è tot millibus Germaniæ noſtræ Illuſtrium familiarum (quarum ad decem vel duodecim millia plurimis tomis Geneſes collegimus,) nullam omnino tanto bellicorum Ducum & Heroum numero parem, pro compertiſſimo habeamus. Et quis obſecro Rudolphi I. qui Ludovico IV. Imp. in Expeditione Romana adfuit; quis Gubertorum, tertij inprimis, qui Philippi Mariæ Vicecomitis; Guberti IV. qui Galeatij Ducis Capitaneum egit; Guberti potiſſimũ cognomento Magni, qui Sigiſmundo Archiduci contra Venet. militavit, facinora præclara & prudenter non minus, quam fortiter geſta, ſatis pro dignitate & meritis commemoret? Quis liberorum ejuſdem, Rudolphi cognomine Longi, Andreæ, & Dietegani quammaximè, qui & ipſe cognomentum *Magni* tulit, ſummos belli honores, & facinora memoranda dignè retulerit & celebraverit? Certè hic ipſe

Dieteganus, totius, quod hodie ſupereſt, Generis parens extitit. Tantos filios Gubertus habuit, & quantos Nepotes, tantis parentibus avis proavis, abavis, atavis progeneratos? Certè Hercules, Auguſtinus, & Gubertus, Rudolphi Longi filij, Cæſaribus & Regibus, ob gloriam bello partam longe gratiſſimi, pari fide, pari robore, pari laude, nomen quiſque ſuum, & familiæ, toti Europæ celebre reddidêre. Hercule ſatos quomodo Herculeos neges? Abundium & Rudolphum Heroum exemplaria incomparabilia quorum ille propagator familiæ extitit, & Herculem item, eruditum æquè ac Mavortium Colonellum genuit, parentem Illmi. Uliſſis Regis Chriſtianiſſimi Campi Mareſcalli, avum Herculis, parentum, avorũ per omnia ſimilis de Regibus hæc omnia agnoſcentibus & tales Heroas, nunquam non, ut exambientibus ſic demerentibus & honorantibus. Rudolphus Abundij frater, Gallo, Venetis, & Maximiliano II. Imp. ſe diu probans, hujus Generalis Armamentarij Præfectus, ob egregia merita Liber Baro creatus, & Intimo Senatui adlectus, abſque hærede deceſſit. Satis tamen patriæ eſſe debuit, Generoſiſſimos ſpiritus hæredibus ex fratre, juxta ampliſſimas opes reliquiſſe. Taceo

ceo Auguſtino Longo, Guberto VI. prætereo Dietegano II. Antonio Colonello, Rudolpho V. Guberto VII. natos, magna Heroum nomina, belli fulmina, quorum Tu Illuſtriſſime Rudolphe Herculeos omnes & Mavortios ſpiritus, uno complexus pectore, Martem oculis, fronte Hannibalem, toto corpore Herculem in Te verè redivivos, præfers non ſolùm, ſed factis exhibes, Gallis, Germanis, Hiſpanis, Italis ſpectantibus, ipſo quoque hoſte confitente, mirantibus, virtutem univerſis. Taceo exempla, etſi illibenter, ne adulari videar jurato hoſti adulationis: Tu Tu tamen Valentia Urbs Italiæ Italiæ Valentiſſima, experta vires Rudolphi hujus, etſi invita, toti Europæ conteſtaris Et quid mirum? Et paterna, & materna generis deductione bis Salicæus, bis Herculeus, bis Mavortius, nepos ex filia Hortenſia es Magni Ulyſſis. Satis eſt. Finio., & in Te uno, omnes, quotquot unquam Salinica & Salicæa Domus habuit Heroas amplector, uno in pectore exoſculor. Vale ornamentum patriæ firmamentum militiæ Gallicæ, & Rhæticæ, & ſemper perge triumphare. Veldtkirchij II. Cal. Febr. anni M DC LXIV.

Illmæ Dominationis Tuæ

Addictiſſimus

P. F. GABRIEL BUCELINUS.

SALINICÆ SIVE SALICEÆ vulgo de Salis longè Vetuſtima Verè Martialis atq; Herculeâ familia Geneſis.

Andreas de Salis, ex Tatij Salinici, qui ante annos termille ducentos ſeptuaginta Lucumonem Rhætiæ egit poſteris, è Longobardia tanto poſt, denuo Rhætia immigravit, anno Chriſti 1060. & in Prægallia in Caſlaſch conſedit.

Andreas ſive alter â prior & filius, ſive idem emit anno 1092. alpes Gallier, quas, Salicæi uſq; hodie poſſident.

Andreas III an II. Emicuit inter Capitaneos Friderici I. Imp. cognomento Barbaroſſæ, diverſis in Italiam expeditionibus.

Gilbertus ſive Gubertus Andreæ III. frater an cognatus Magnus Magiſter Ord. S. Joan. 1168. dictus corrupte de Aſſali ou de Sali.

Deſideratur nunc unus & alter.

Rudolphus de Salis Præſes Prægalliæ anno 1260.

Gubertus ſive Gilbertus de Salis, â Magno Ord. Magiſtro, ut plures deinceps, cognominatus. claruit anno 1308.

Rudol-

Rudolphus II. â Salis Guberti filius, celebratur in Expeditione Romana Ludovici IV. an. 1328.

Auguſtinus de Salis Rudolphi filius, obijt 1390. Vxor Magdalena de Caſtelmur.

Gubertus III. Capitaneus Philippi Mariæ Vicecom. 1423. Vx. Felicit. â Prevoſt.

Andreas Præfectus in Burgel. 1412. Curiam & Epiſcopum conciliat.

Andreas adeſt Vicecom. 1450.

Gubertus IV. 1460. Vx. N. de Marmels.

Rudolphus militat. Vicecomiti.

Poſteri Andreæ in Valle Telina conſederunt. 1467.

Antonius de Salis cogn. Toxia ſeu Toſſia Legatus ad Ducem Mediolan. Vx. N. Com. â Montſax.

Auguſtinus II. Vx. Magdalena de Stampa.

Gubertus cogn. Magnus Eques. Vx. Vrſula de Porta. 1487.

Andreas Vx. Cathar. L. B. ab Hövven.

Rudolphus Longus, Colonelius occub. ante Marignanum Vx. Martha â Montſax.

Dieteganus Colonellus ante Morbegno. 1531. Vx. Doroth. Rinekin â Baldenſtein.

Andreas optime meritus, Vx. Violantes Peſtalucia.

Hercules vide tabulam I.

Auguſtinus III. de Salis, vide tab. II.

Gubertus de Salis, vide tab. III.

Dieteganus vide tab. IV.

Conſtantia de Salis.

Antonius tab. V.

Rudolphus, vide tab. VI.

Joan Baptiſta vide tab. VII.

Gubertus vide tab. VIII.

Fauſtina.

Tabula I. vide ſupra.

Hercules Rudolphi Longi filius Eques Colonellus Henr. II. Reg. Gall. Uxor Maria Peſtalucia.

Rudolphus Colonellus General. Armamẽt. Præfectus Baro Conſil. Inſ. Maximil. II. Imp. Ux. Claudia Com. de Gromelle.

Abundius Vicecolonell. obijt Viennæ ex vulnere 1568. æt. 33. Ux. Hortenſia Comitiſſa de Martinengo.

Martha de Salis Ux. Vincentij Quarinonij.

Hercules III. de Salis Colonellus vir eruditiſſimus obijt 1620. Uxor Margaretha ab Otthis.

Alexander de Salis juvenis deceſſit.

Anna Virgo obijt.
Rudolphus Baro Generalis Rhætorum 1622. Ux. Anna ab Hartmannis.
Abundius Capitaneus Ux. Cleophe Bertſchina.
Hercules & Joan. Jac.
Ulyſſes Regius Campi Mareſchallus. Ux. Violantes de Salis.
Hortenſia. Ux. Rudolphi de Salis.
Joan. Caſimirus obijt.
Claudina Ux. Joan. Antonij Peſtalucij.
Carolus Capitan. Uxor Hortenſia de Engelberg.

Hercules. Ux. Sfondrina de Planta.
Urſula. Ux. Joannis Bapt. Tſcharner.
Margarita Ux. Gabrielis Belin à Belfert.
Cleophe. Ux. Rudolphi de Salis.
Rudolph. & Carolus.
Uliſſes & Catharin.
Carolus Chriſtianus.
Margarita Ux. Jacobi de Molina.
Gubertus & Lucretia.
Hercules Capitaneus Ux. Barb. Dor. à Salis.
Joan. Bapt. & Rudolph.
Margarita de Salis.
Urſula de Salis.
Hortenſia de Salis.

Rudolphus de Salis.
Eliſabetha de Salis.
Violantes de Salis.
Dorothea de Salis.
Ulyſſes de Salis obijt.
Gubertus de Salis, obijt.
Ulyſſes de Salis alter. Vivat.

Num.

Auguſtinus de Salis cogn. Longus Vicecolonellus 1543. Ux. Marg. Facchia al. Faſcha.

- Antonius Vicarius Vallis Telinæ. Ux. Maria Quarinenia.
- Gaudentius Capitan. in Gallia. Ux. N. de Capaulo.
- Auguſtin. de Salis, Legatus triumFœderum. Ux. Violantes de Stampa.
- Maria de Salis, Uxor I. Georgij de Travers. 2. Pauli Guicardi.
- Cathar. Ux. Joan. à Travers.
- Andreas. Ux. Violantes de Prevoſt.
- Urſula, Uxor Nicolai Paravicini.

- Auguſtinus de Salis, Ux. Anna de Stampa.
- Sophia Uxor Scipionis Berthæ.
- Gaudentius Capitan. Uxor N. de Salis.
- Horatius de Salis, Ux. Perpetua de Salis.
- Maria de Salis, Uxor Hectoris de Salis.
- Margarita, Uxor Claudij Paravicina.
- Claudia de Salis cælebs deceſſit.

- Violantes Uxor Joan. Bapt. Tſcharner.
- Antonius de Salis, Ux. Anna deGugelberg.
- Antonius de Salis, Ux. N. de Salis.
- Hercules. Uxor. N. de Florino.
- Rudolphus cælebs.
- Andreas cælebs.
- Catharina Ux. Jacobi de Prevoſt.
- Perpetua, Uxor Friderici de Salis.

- Auguſtinus de Salis.
- Georgius.
- Antonius.
- Daniel.
- Maria.
- Andreas de Salis.

Gubertus de Salis, Rudolphi Longi filius, militavit Cæſari, dein Gallo, Vxor Anaſtaſia de Prevoſt.

- Rudolphus, Poteſt. in Morbegno. Vx. Angelina de Juualt.
  - Rudolphus Vx. Eliſ. Gräfingerin de Zolleck.
  - Dieteganus cælebs ob.
- Hypolita. Vx. Rudolphi de Planta.
- Oliva Vx. Thomæ de Thomaſinis.
- VVilhelmus de Salis, Capitaneus cælebs in Cypro obijt.
- Gaſpar. Capitan. in Gallia, Vx. Barbara Belin à Bellfort.
  - Rudolphus & Stephanus, & Gaſpar cælibes ob.
  - Albertus Vicecolonellus Vx. Margar. de Porta.
    - Joan. Bapt. & Anna Maria.
    - Iſabella Vx. Gaſparis ab Hartmannis.
    - Gaſpar Canon. Ratiſpon. & Curienſis.
    - Rudolphus de Salis cælebs.
  - Anna Vx. Hannib. Nieſs.
  - Anaſtaſia Virgo ob.
  - Maria & Rudolph. obiere.
- Gubertus, Vx. Catharina de Prato.
  - Gubertus. Vx. Anna Bertha.
    - Eliſabetha, Princeps in Ober-Münſter.
    - Joan. VVolfgang. Colonellus & Generalis Armam. præfect. Vx. N. de Florin.
      - Florina de Salis.
    - Anna Maria Princeps in Nidermünſter.
    - VVolfg. Henricus.
    - Gaſpar & Albertus.
  - Hypolita cælebs obijt.
  - Veronica ſimiliter.
  - Alphonſus de Salis, Vxor Martha N.
    - Lucretia & Margarita.
    - Albert. Vx. Anna Maria de Pappenheim.
      - Maria de Salis.
    - Joannes Petrus à Salis.
  - Hercules obijt juvenis.

V.

Antonius de Salis Colonell. Gall. 3000. Rhætorū Vx. Marg. de Capaulo.

- Hercules Capitan. Provinc. Valtelinæ Vx. 1. Cath. de Marmels. 2. Juliana de Capaul.
  - Antonius. Ux. Anna Geſin de Spilberg.
    - Hercules. Ux. Anna de Capaul.
      - Anton. Ux. Maria de Couraij.
    - Cathar. Ux. Pompeij â Planta.
  - Andreas Cap. Ux. Marg. Carola ab Hohenbalckē.
    - Margar. Ux. Andreæ Guler.
      - Nicolaus.
      - Margarita.
      - Andreas.
    - Andreas. Ux. Magdalena â Salis.
      - M. Magdalena.
      - Hercules.
      - Violantes, plures liberi.
    - Hieronymus.
    - Joannes.
  - Perpetua Ux. Horatij de Salis.
- Andreas Præpoſitus Curienſis.
  - Dieteganus Ux. Marg. Sprecherin â Bernegg.
- Dieteganus Canon.
  - Regina Ux. Jacobi de Valendaus.
- Vrſula de Salis.

I V.

Dieteganus â Salis Eques Vicecolonellus. Vx. Regina Röthin â Schreckenſtein.

- Hieronymus, Vx. Anna de Monſuico cog. Enderl.
  - Joan. Ux. Marg. Belin,
  - Anna Vx. Jo. â Porta.
- Albertus Dieteganus Uxor Maria de Mont.
  - Gallus & Dieteganus.
  - Hermannus. Vx Hortenſia de Gugelberg.
    - Hieronymus, Ux. Margarita de Salis.
      - Anna de Salis.
      - Margarita de Salis.
      - Maria Magdalena de Salis.
    - Catharina de Salis.
    - Chriſtina de Salis, Uxor Georgij Thomæ Herſtenzky.
  - Albert. & Gaufridus.
- Dorothea de Salis, Ux. Guberti de Salis.
  - Rudolph. Ux. Hilaria de Salis.
  - Regina Vx. 1. Veſp. de Salis. 2. Hen. â Planta, Andreas de Salis.

Anna, Joannes, Cleophe, Hercul. Anton. pl. liberi.

V I.

Rudolphus de Salis Capit. Provinc. Valltelinæ, Ux. VValpurga Buolina.

V I I.

Joan. Bapt. de Salis Eques Cap. Vall. Tel. Ux. Anna de Salis.

Joan.Bapt.Colonellus LegatusRhæt.adVenetos. Ux.Barb.Meyſin ab Elckauvv.

Violantes.Ux.Ambroſij de Gugelberg.

Andreas de Salis, Vicarius Vallis Telinæ. Ux. 1.Anna Brunnerin. 2. Juditha de Coruetſch. 3.Cathar. Schirmerin.

Antonius de Salis. Uxor Margarita de Stampa.

Violantes. Ux Baronis deChialon.

Anna Ux. Joan. de Tavelli.

Doroth. Ux. Gub. à Salis.

Joan. Capit. in Gallia.

Frider. Capit. in Gall. Ux. Anna Eliſ. Mehartin.

Rudolphus Ux. 1. Margar. Menhartin. 2. Cleophe de Salis.

Joan Bapt. & Andreas.

Urſula Ux. N. Brügger.

Antonius Ux. Cornelia de Salis.

Eliſab. Ux. Joan Guler Colon.

Rudolphus Equ. S. Jacobi. Ux. Hortenſia de Salis.

Cleophe. Ux. Joan. Eſcher de Luchs.

Perpetua & Barbara.

Joan. Baptiſtæ duo obiere.

Rudolph. & Frid. Hercules.

Barb. & Cleophe.

Hercules & Rudolph.

Antonius de Salis.

Hercules & Andreas.

Cathar. & Eliſabeth.

Rudolphus Capit. Guard. Reg. Ux. Æmilia de Schauvvenſtein.

Gaſpar Antonius.

Joannes Prætor Tirani & Trahonæ Ux. Conſtantia de Perarijs.

Marg. Cathar. Vx. Joan. Lucij de Gugelberg.

Eliſab. & Violantes Claudia.

Simon Ephæbus Cæſaris. Rudolph. de Salis. Hortenſia. &pl. lib. Rudol. obijt. Eliſab. & plur.

VIII. Gu-

Gubertus à Salis Capitan. Provinc. Vallis Telinæ Vxor Fauſtina de Caſtello & Arunia.

- Joan. Bapt. Vx. Lucretia Paravicina de Capelli.
  - Gubertus & Fauſta.
  - Violantes. Vx. Vliſſis de Salis Mareſchalli Regij.
- Veſpaſianus. Vx. 1. Anna de Schauvvenſtein. 2. N. de Planta. 3. Regina de Salis.
  - Margar. Vx. Florini Sprecher de Berneck.
  - Albertus Vx. Anna Gulerin de VVeinegg.
    - Eliſabeth. Vx. Joan. Lucij de Menhardis.
    - Veſpaſianus Vx. Lilia de Bellizar.
      - Veſpaſianus & Andreas.
  - Anna Vx. Ant. de Molina.
- Guidus Antonius.
- Dieteganus de Salis.
- Andreas Vx. Cornelia Camaglia.
  - Nicolaus Ux. Magd. Peverella.
    - Cornelia de Salis. Vx. Antonij de Salis.
    - Nicolaus & Maria Magd.
    - Margarita. Vxor Hieronymi de Salis.
      - Claudius & Joannes.
  - Narciſſa Vx N. Schmidt.
- Narciſſa Vxor Pauli Paravicini.
  - Gubertus & Barbola.
- Violantes Vxor. I. Caroli ab Hohenbelcken, &c. 2. Joan. Lucij à Gugelberg.
  - Cornelia Vx. Daniel. Peſtalucij.
    - Barbara Dorothea Vx. Herculis de Salis.
- Gubertus de Salis Vxor Dorothea de Salis.
  - Gubertus Vx. Doroth. à Salis.
    - Dorothea de Salis.
    - Regina de Salis.
    - Gubertus de Salis.
      - Gregorius & Albertus.
  - Regina Vx. I. Joan. Lucij de Gugelberg. 2. Ambroſij de Planta.

GALLIARUM

Regni ampliſſimi potentiſſimique
Compendioſiſſima deſcriptio.

AUTHORE

R. P. F. Gabriele Bucelino,
Monacho Theologo Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Priore S. Joann. Bapt. in oppido Rhætiæ Veldtkirch.

Galliarum Regnum, Europæorum omnium longe temperatiſſimum, inter illuſtriora medium, ipſa temperiei gratiſſima mixtura beatiſſimum: hinc Germaniæ, ampliſſima Regnorum, contigua, inde Hiſpanijs jungitur, iſthac Italiam reſpicit, illâc Angliam intuetur. Nec æſtu nimio uritur, nec gelu adſtringitur ſeu exaſperatur. Rerum omnium dives eſt, nihil Italiæ concedens, nihil Hiſpaniæ, Germaniæ nihil, nihil Britanniæ terræ felicitate, cæli autem ſive aëris benignitate, longe exſuperans univerſas, ut haud immerito Provinciarum omnium ſaluberrimam Julius Cæſar, frugum omnium fertiliſſimam Strabo, atque inde feli-

ciſſi-

ciſſimam omnium Glaudianus, appellarint. A Γαλα Græco nonnulli nomen derivant, quod lac ſonat, inde tributum Galliæ, quod lactei coloris incolas gigneret, alij à Galata Herculis filia cognominant, quidam deducunt à Galatia, uti diſertè Strabo Gallos Galatas vocat. Franciæ deinceps juxta vetus Galliæ nomen meruit, poſtquam à Francis Germaniæ populis eſt debellata. Ex his Reges Merovingos, dein Carolingos, Capetinos denique qui uſque hodie imperant meruit, incomparabili prorſus ſubditorum in ſuos Principes affectu & devotione. Dividitur Regnum in novem Parlamenta: Pariſienſe, Toloſanum Languedoc & Gaſcogne, Burdegalenſe. Redonenſe Britanniæ, Rotomagenſe Normanniæ, Divionenſe Burgundiæ, Gratianopolitanum Delphinatus, Aquenſe Provinciæ, & Bearnienſe Pali. Habet præterea octo Cameras Computorum, & Finantiarum Generalitates unã & viginti. Dividitur aliàs in Provincias ampliſſimas duodecim, Pariſiorum, Burgundionum Normannorum, Guiennæ, Occitanæ, Britonum, Campaniæ, Picardiæ, Delphinatus, Provinciæ, Lugdunenſium & Aurelianorum. Archiepiſcopatus & Epiſcopatus ampliſſimos & potentiſſimos habet, quos per Parlamenta diſtinguimus & adnumeramus.

In Parlamento Pariſienſi Archiepiſcopatus unmerantur ſex, Pariſienſis, Senonenſis, Re-

menſis

menſis, Bituricenſis, Turonenſis, Lugdunenſis. Epiſcopatus 24. Laudunenſis Catalaunenſis, Sueſsionenſis, Bononienſis, Ambianenſis, Noviomenſis, Silvanectenſis, Bellovacenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Nivernenſis, Autiſsiodorenſis, Trecens, Meldenſis, Pictavienſis, Malcacenſis, Luſſonenſis, Engeliſmenſis, Andegavenſis, Canomanenſis, Claromontenſis, Sanflorianenſis, Lingonenſis & Matiſconenſis:

In Parlamento Toloſano, Archiepiſcopatus continentur tres: Narbonenſis, Auxitanus, & Toloſanus. Epiſcopatus octo & viginti: Nemauſenſis, Uzeticenſis, Lodevenſis, S. Pontij Tomeriarum, Aletenſis, Monſpeſſulanus, Biterrenſis, Agdenſis, Carcaſſonẽſis, Mimatenſis, Caſtrenſis, Albienſis, Podienſis, Ruthenenſis, Vabrenſis, Cadurcenſis, Aparvienſis, Mirapicenſis, S. Papuli, Montalbanus, Vaurenſis, Rivenſis, Lombarienſis, Convenenſis, Conſeranenſis, Tarbenſis, Lectorenſis & Vivarienſis.

In Parlamento Burdegalenſi Guiennia, unus ſolummodo Archiepiſcopatus, Burdegalenſis eſt. Epiſcopatus autem ſunt numero undecim: Bajonenſis, Aquenſis, Vaſatenſis, Adurenſis, Santonenſis, Petragorienſis, Sarlatenſis, Agennenſis, Lemovicenſis, Condomenſis, & Tutelenſis.

In Parlamento Redonenſi, Epiſcopatus novem: Redonenſis, Nannetenſis, Coriſopitenſis, Venetenſis, Briocenſis, Maclovienſis, Leonenſis, Tricorienſis, & Dolenſis.

In

In Parlamento Rotomagenſi, Archiepiſcopatus unus Rotomagenſis, Epiſcopatus ſex: Sagienſis, Arborienſis, Conſtantienſis, Baiocenſis, Lexovienſis & Ebroicenſis.

In Parlamento Divionenſi: Epiſcopatus tres: Auguſtodunenſis, Cabillonenſis & Bellicenſis.

In Parlamento Gratianopolitano, Archiepiſcopatus *duo: Viennenſis & Ebredunenſis. Epiſcopatus quinque Gratianopolitanus, Valentinus, Dienſis, S. Pauli Dricaſtinenſis & Vapincenſis.*

In Parlamento Aquenſi, Archiepiſcopatus Aquenſis *& Arelatenſis Epiſcopatus undecim, Dinienſis, Glandatenſis, Senetenſis,* Aptenſis, *Graſienſis, Vencienſis, Regienſis, Forojulienſis, Siſtaricenſis, Maſſilienſis & Tolonenſis.*

In Parlamento Bearniæ: Epiſcopatus duo Oleronenſis & Leſcarenſis, ſub Archiepiſcopatu *Auxitano.*

Præterea Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis ſub Archiepiſcopatu *Treverenſi.*

Abbatiarũ *toto Regno incredibilis penè eſt numerus, habuitq; ſemper Gallia tantã Sanctorum hominum uſq; hodie frequentiam, ut in hoc nulli prorſus regnorum præterquam Italiæ cedere videatur, nullo paſſu huic ipſi ceſſura, niſi Tyrannorum præſentia & perſecutiones Italiam potius quam Gallias vexaſſent, & parti ſanguine triumphi, Italiæ Sanctorum numerum tantopere adauxiſſent. Prodit hoc ipſum*

Roma-

Romana Eccleſia Martyrologium, & quantum quavis in re tam plauſibili & glorioſa, alias quaſcunque provincias ſuperaverit, toti reddit Univerſo manifeſtum, ut de hoc ſibi merito Galli præ alijs gratuletur.

Nec minus ad commendationem plurimorum Religioſorum Ordinum capita & Archiſteria in Galliis eminere qualia ſunt: Cluniacum, Ciſtercium, Carthuſia. S. Antonij: Grandis mons, Præmonſtratum. Vallis caulium, Vallis Scholarium. Cervus frigidus Maturinorum, ſeu fratrum SS. Trinitatis de Redemptione Captivorum, Fons Ebraldi, & Templariorum olim inſtitutum. Proximi Equeſtres Ordines Stellæ, Velleris, S. Michaelis, S. Spiritus, &c. ipſis etiam Sanctiſſimis illis viris & Patriarchis, Dominico atq; Ignatio, etſi Hiſpani natione eſſent, ſuorum tamen Ordinum initia & fundamenta in Gallia ponentibus, ut nihil de recentiſſimis Sanctorum Congregationibus & ampliſſimis familijs dicam, S. Mauri, SS. Vitoni & Hidulphi, nec non Fulienſi, è quibus admiranda hodie ſanctitatis exempla Galliis non ſolum, ſed toti affulgent orbi Chriſtiano.

Sed & illa laus ſingularis planè eſt, quæ Gallis tribuitur à S. Hilario, libro de Synodis, quod in Religione Catholica & Apoſtolica conſtantes ſemper fuerint. Inde Reges illorum, re ſemper & nomine Catholici & Chriſtianiſſi-

mi *ſunt*

mi *ſunt appellati. Inde Magnus Eccleſiæ Doctor Gregorius lib. 5. Ep. 6. ad Childebertum: Eſſe Regem, ait, quod ſunt & alij, non mirum eſt, ſed eſſe* Catholicum, *quod alij non merentur, hoc ſatis eſt. Et Epiſt. 58. ad Theodoricum & Theodobertum: DEUS, inquit, Regnum veſtrum fidei rectitudine decoravit, & integritate Chriſtianæ Religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum &c. & Libro 5. Epiſt. 6. Quanto cæteros homines Regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium Regna, Regni Franciæ lumen excellit &c. Proinde inter omnes Chriſtianos, rectiſſimæ Fidei Francos, vocat Agathias lib. 1. & Paulus Papa Pipinum Regem appellat, fundamentum & caput omnium Chriſtianorum, apud Gretſerum, & Claudium Robertum. Inſolens plane eſt, illa, à Numine gratia, qua Reges Francorum, non quovis ſacrato ab Epiſcopis oleo ſeu balſamo, ſed cæleſti prorſus, è cælis prodigiosè miſſo & allato inunguntur, unde, Regum omnium digniſſimum cenſeri Matthæus Pariſienſis aſſeverat, de quo Chriſmate & ampulla Chryſmatis legendi Flodoardus lib. 1. c. 3. S. Thomas lib. 2. de Regimine Principum cap. ult. S. Antoninus tit. 11. cap. 2. §. 7. Ivo Carnot. Epiſt. 70. S. Bernardus Epiſt. 246. Et de Rege ſic ſcribit Guilh. Britto lib. 1. Philippid.*

Quem

Quem ſacrare ſuis Remorum Metropolites
Cum compræſulib' habet illo Chriſmate ſacro
Hoc ad opus ſolum, quod cælica fudit oliva,
Unguine cum reliqui ſacrentur materiali.


Præfuere Regno huic plurimi egregia ſanctitate, Reges verè Illuſtriſſimi, quorum plurimi de re Catholica & ſede Romana immortaliter meruere, ita ut dextrum brachium Catholicæ & Militantis Eccleſiæ *haud immerito appellarentur, quorũ dexteritate, diverſis ſeculis, tria & viginti pernitioſiſſima Schiſmata ſublata memorantur. Galli ingenio ſunt ſubtiliſſimo, teſtibus Diodoro, Strabone & M. Portio Catone, animo generoſiſſimo, Romanis olim æque ac Græcis metuendi, Roma ipſa non ſemel capta, ſæpe profligatis Romanis exercitibus, prolatis Delphos uſq; feliciter armis & Oraculo illo contemptim habito templo expilato. Florent apud eoſdem hodie optimæ artes, ut vix uſpiam taliter toto orbe terrarum, & litterarum inprimis ſtudia, in Univerſitatibus, ut vocant, utque* Academiis *longè florentiſſimis. Dives omnium rerum regnum eſt, atque inprimis auri & argenti, quæ duo nunc in orbe, ſupra quam par ſit, æſtimantur.*


Nec minus cupro, ferro, ſtanno, plumbo abundat. Vina longe delicatiſſima habet, & plane nectarea, frumentum optimum, ut & fructus omnis generis, ſapidiſſimos. Campos & agros pinguiſſimos, fluviјs irrigatur lympidiſſi-

mis

mis Sequana, Rhodano, Garunma, Matrona, &c. Sylvas & nemora amœniſſima, lacus ampliſſimos continet, Urbes longe Auguſtiſſimas, & populo frequentiſſimas, ſed & palatijs atque ædibus incomparabili arte & ſplendore ſtructis ornatiſſimas, ut haud immerito totum nunc orbem rapiat in admirationem, exteris, quotquot inde redeunt, mira deprædicantibus, eoque ſæpius animo evertentibus & reſpicientibus, unde ægrius ſunt avulſi. Sed de Galliis alii prolixè quibus frui conceſſum fuit, ut pauci jam ſunt, qui in ære id habent, nec Gallias viderint, & linguam didicerint, cujus elegantiam nemo non intelligens admiratur.

Nunc Chronologiam adgrediamur.





NALE VITTORIO E. NAPOLI

GALLIARUM REGNI AMPLISSIMI

Succinctiſſima Chronologia

OPERA

R. P. Gabrielis Bucelini Monachi Theologi Imperialis Monaſterij Weingarttenſis Prioris S. Joannis Bapt. in Veldtkirch.

A. C. 1. Chriſto nato, totus terrarum orbis in pace compoſitus quieſcebat, quo ipſo anno Gallia metu Clogionis Francorum in Germania Regis, multis feſſa præliis & ipſa aliquandiu ſiluit, quod in Clogionem armis non minus potentem quam Magicis fidentem artibus nihil pręſumeret.

7. Galli multoties Francos Germaniæ populos tentantes â Clogione frequentius repelluntur, quos Lothildis Palladis Sacerdos ſuis incantationibus, deductis cœlo grandine & fulmine mirificè terret & avertit.

A. C.	
10.	Tiberius ab Auguſto miſſus in Gallias rem proſpere gerit.
12.	Agrippa ſua humanitate Gallos mirificè demeretur,& ſubactas à Romanis provincias modeſtiſſimè in officio continet, nō multo poſt,maximo eorum luctu mortuus.
15.	Archelaus Judææ Rex ab Auguſto Viennam Galliæ relegatur.
16.	Auguſti morte turbatur Gallia,& Clementi cuidam,famulo nuper Agrippæ,nunc ejus perſonam (cui vultu ſimilis erat) mentienti adhæret contra Tiberium, id quam graviſſimè ferente.
17.	Interceptus falſus Agrippa,ſupremo ſupplicio addicitur, ſed & in Gallos qui ipſi faverunt atrocius ſævitur, rebelles armis ſubiguntur.
20.	Mortuo Clogione Francor.in German.Rege Galli magno liberati metu Germanos armis impetunt, ſæpius repulſi.
22.	Herimerus Francorū in Germania Rex Clogionis haud degener filius Gallos non una clade retundit,locis aliquot,quæ prope Rhenum invaſerant ejicit, fugienteſq; in Galliam ſequitur.
23.	Romani Gallis ſubſidio ſunt,altiusq; in Gallias ſe inferentem Herimerū prohibent & avertunt.
25.	Galli ſubſidio Romanor.confirmati Germanias ſubinde feliciter tentant, ſubinde ab Herimero graviter retunduntur.
26.	Herimerus Duces provinciar.alios hōore dejicit,alios ſupremo ſupplicio tollit qui Gallos ad Moſę oſtia excurrentes minus obſervaſſent, nec prædas agentes intercepiſſent

A. C.

27. Hoc ferè tempore, acceptas à Gallis ulturus injurias Herimerus, ingenti Teutonum Thuringorumq; collecto exercitu Gallias invadit, ferroq; atque igne latè omnia vaſtat.

29. Romani ſæpius cū Herimero congreſſi fruſtra è Gallis ipſum ejicere allaborant, cū auxiliaribus copiis ipſe perpetuo exercitum ſuum adaugeret.

32. Herimerus, dum ingenti rurſus collecto exercitu Gallias opprimit, juſta acie cum Gallis Romaniſq; congreſſus, plus æquo audacior incautiorque inter confertiſſimos pugnans interimitur.

33. Galli victoria uſi ſigna Germaniæ inferunt, quib9 Marcomirus Herimero fratri in Regnum ſuccedens magno animo occurrit, atq; illos non ſine ſtrage repellit.

34. Chriſto Dom. hoc anno paſſo mortuo, ſepulto, reſurgente, aſcēdente & Spir. S. mittente, illuſtrati ab hoc Apoſtoli concilio Hieroſol. habito provincias orbis inter ſe partiuntur, in quo Philippo Gallia & Scythia ſortitione divina obtigit.

35. Occiſo lapidibus Stephano ſupra 13. credentium millia Hieroſol. & vicinis locis præſcribuntur, è quibus multi, & ex 72. maximè Chriſti diſcip. (de quibus ſuo loco ſæpius) feliciſſimo Galliarum Regno immigrant, & Chriſtum prædicant.

36. Galli cum ſive ſuopte præliandi ſtudio, ſive Romanorum concitatione Germanias invadunt, à Marcomiro Rege pluries funduntur & in fugam aguntur.

A. C.

38. Hoc anno, quod fruſtra ad 34. Baronius retulit, glorificata magnis prodigiis Chriſti innocentia, Pilatus ad Tiberium ſcripſit, qui idem ad Senatum retulit, & Pilatum paulo poſt exauctoratum, Viennam in Gallias exulatum miſit. S. Philippus Apoſtolus benè de Galliis meretur.

39. Pilatum in exilium ſequuta Claudia Procula ejus Uxor in Chriſtum credens, multis aliis exemplo profuit, apud maritum nihil profecit.

40. Nonnulli Galliæ ſcriptores credunt & ſcribunt, S. Chelidonium in Epiſcopatu Aquenſi S. Maximino ſucceſſiſſe, cum tamen S. Maximinus cum S. Lazaro anno primum 48 ad Galliæ littora appulerit, minimè cum 15. millibus ſupra dictis expulſus.

41. Funeſtas ſibi ipſi manus injicit Pontius Pilatus, poſtquam ſupra biennium apud Viennam & Lugdunum Galliæ exulaſſet, quo mortuo S. Procula Uxor Romam revertit, illic Divis Petro & Paulo, Apoſtolis ſanctè facta familiaris. S. Jacobus Major in Gallia prædicat.

42. Herodes apud Lugdunum Galliæ una cum Herodiade peſſima conjuge exulat, etſi hanc Cæſar tanquam Agrippæ ſibi dilecti ſororem nollet exulare.

44. S. Cedonius ſive Chelidonius cum 15. credentium millibus Hieroſolyma, ut veroſimile eſt, pulſus in Galliis prædicat.

45. Adſunt Romanis Galli cum Sergius Galba Marcomirum Francorum in Germania Re-

A. C.

Regem victoriis inſolentem prope Moguntiam, cum ſuis viſo ſe ingurgitandē gravi clade afficeret.

46. Princeps Apoſtolorum Petrus, quaquaverſum mittens Epiſcopos in Gallias Clementem, Altinum, Manſuetum, Linum, Clarum aliosque deſtinat, qui longè lateq; Evangelium Chriſti propagant,

47. S. Adventitius, SS. Saviniani & Potentiani ſocius apud Carnotenſes verbum DEI annunciat, primus eorumdem Epiſcopus nominatus.

48, Hoc primùm anno SS. Lazarus, Maria Magdalena, Martha, Maximinus & Joſeph Arimathia, qui Deiparæ ad hunc uſque feliciſſimæ ejuſdem Aſſumptionis annū fideliter adhæſerant, pulſi Jeroſolymis navi abſque velo & remis vecti ad Maſſiliæ portum appellunt.

49. S. Auſtremonius Diſcipulus S. Petri, unus ex 72. Claromontanis Præfectus Epiſcopus provinciam latè demeretur.

50. Marcomirus Moguntiam, Treverim, Coloniam Gallis tunc accenſas denuo armis opprimens, â Gallis ope Romanorum cæditur, cui in Regno Clodomirus filius ſuccedit, S. Petrus Gallias inviſit.

51. S. Lazarus Maſſilienſium Apoſtolus, primus ejus loci Epiſcopus in Catalogo præſulum recenſetur.

54. Clodomirus Francorum in Germania Rex Gallis infenſiſſimus patris cædem ulciſci aggreditur, acribuſq; præliis & perpetuis infeſtationibus Gallias vexat.

A. C.

55. S. Clemens S. Petri diſcip. primus Metenſium Epiſc. multos Chriſto lucratur, fuit hic Fl. Clemens V.C. Sancti Clementis Papæ patruus & Metenſibus 25. annis præfuiſſe memoratur.

56. Iterum Gallias miſerè affligit & infeſtat Clodomirus Rex, juratus Gallorum hoſtis, ita ut nec uno Regni anno ceſſaret ab infeſtando.

57. S. Martha Archiduciſſa Galliæ non ſolum, ſed Europæ & Orbis Chriſti monialium, in loco haud longe à Maſſilia Cænobium condens Abbatiſſę munere præclarè fungitur. S. Paulus Gallias peragrat.

58. Relicti ſuperiore anno in Galliis Pauli diſcipuli SS. Creſcens & Trophimus, ille Viennenſium, hic Arelatenſium Apoſtoli & Epiſcopi, ſanctitatis radiis Gallias mirè illuſtrant.

59. S. Maximinus primus Aquenſium Pontifex, S. Linus Veſontinenſium ſive Biſuntinorum, S. Clarus Nannetenſium Epiſcopi, magni Chriſti pugiles Domini pręlia pręliantur.

60. Memorabile Contemplativæ Vitæ Speculū in Galliis S. Maria Magdalena orbi univerſo præfert, ab Angelis quotidie inſublime rapta Rhemenſibus primus Epiſc. mittitur à S. Petro S. Sixtus.

61. Beatus Paulus, quondam Sergi' Paulus Proconſul, Narbonenſes Chriſti Eccleſiæ aggregans, primus eorumdem Epiſcop' appellatur. S. Manſuetus Tullenſibus præeſt à S. Petro miſſus.

Monte

A. C.

62. Morte Clodomiri Regis plauſibilis Galliæ annus, etſi nonnulli poſt decennium obiiſſe contēdant, Gallis quam primum occupata expugnare allaborantibus.

63. S. Chelidonius (quem cœcum Evangelicū á Chriſto illuminatum volunt) Aquenſibus poſt Maximinum prædicat.

64. Antenor Clodomiri Regis major natu filius, non minora patre auſus, magno apparatu Gallias hoſtiliter petit, igni & ferro omnia latè populatus.

65. Sub hoc ferè tempus dum Tulli leucorum ludi equeſtres celebrarentur & Urbis præfecti filius è feneſtra proruens vita exceſſiſſet, S. Manſuetus puerum mirè reſuſcitans, quos verbo non poterat miraculo convertit.

66. Claret admirando vitæ exemplo S. Trophimus Arelatenſis Epiſcopus S Pauli diſcipulus ante novennium Galliæ relictus. Leodienſibus prædicat S. Maternus, Cenomanenſibus S. Julianus primi eorumdem Epiſcopi.

67. Hoc an præcedenti anno Apoſtolatum ſuum & Epiſcopatum Martyrio conſecrat & illuſtrat S. Creſcens S. Pauli diſcipulus. Claret Sanct. Sinicius Epiſcopus Remenſis. Antenor Rex Gallias miſerè vexat.

68. Inſigniter meretur de Aurelianenſibus S. Altinus unus ex 72. diſcipulis Chriſti, eodem à Sanct. Petro miſſus, Prædicat

A.C.

apud Petragoricenſes S. Fronto primus eorumdem Epiſcopus à S. Petro ordinatus.

69. Antenor ſpoliis onuſtus dum in Germanias revertitur ab inſequentibus Gallis repente oppreſſus, cum colligere ad ſigna militem non poſſet, rupto etiam ponte, Moſam equo trajiciens mergitur.

70. Antenori apud Germanos ſuccedit Ratherius Filius, qui dum patris necem ulciſci parat, varia fortuna cum Gallis collidi- tur.

71. Elati hinc contra Germanos Francos ſucceſſibus Galli, à Romanis deficiunt. S. Gilbertus primus Burdegalenſium Epiſcopus claret.

72. Cerealis Romanorum Dux magna clade Gallos afficit, & ad obſequium revocat, in Germanos pari fortuna uſus. Paſſum hoc anno S. Saturninum primum Toloſatum Epiſcopum nonnulli contendunt.

73. Apud Podienſes plurimos Chriſto lucratur S. Georgius primus eorumdem Epiſcopus, non multo ante Martyrium à S. Petro miſſus.

74. Ad coronam Apoſtolicam vocatur Magnus Galliarum & Aquitaniæ inprimis Apoſtolus S. Martialis 17. Lemonicenſium Epiſc. unus ex 72. Chriſti diſcip. S. Stephani cognatus, ille de quo Chriſtus: qui non humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, &c. obiit anno ætatis 59. Epiſcopatus 28.

75. Biterrenſes Apoſtolica prædicatione demeretur S. Aphrodiſius primus eorumdem

Epi-

A. C.

Epiſcopus Conſtitutus à B. Paulo Nar-
bonenſi.

76. Hoc anno, nunc memoratus B. Paulus, quõdam Sergius Paulus Proconſul è Galliis in Hiſpanias excurrit, & præclare meretur.

77. Galli ſine dubio â Romanis deficientes, ſive necdum integrè ſuperioribus annis devicti, hoc anno â Romanis edomantur.

78. Ratherius Francorum in Germania Rex, quod præcipui belli Duces cum patre Antenore Moſa merſi periiſſent, repentinis incurſionibus Galliis non min⁹ quam juſta acie infeſtus, eoſdem mirè fatigat & exagitat.

79. S. Cæleſtius Mediomatricum Pontifex, vir Apoſtolicus, Chriſto plurimos lucratur, verbo & exemplo potentiſſimus.

80. Admirabili vitæ ſanctitate Gallias illuſtrat & grandibus ſibi meritis obſtringit S. Saturnianus unus ex 72. Chriſti diſcipulis primus Senonenſium Epiſcopus, claret item S. Sinicius Epiſc. Remenſis.

81. Ratherius Francorum Germaniæ Rex quo magis inſatiabile ſuum in Gallos odium ſatiaret, Saxonibus & Thuringis confœderatur, quorum auxiliis auctus ingentia Galliæ damna infert.

83. S. Lucianus primus Bellovacenſium Pontifex à S. Petro olim baptizatus & miſſus verbo & exemplo claret.

84. Moritur ſub hoc tempus S. Trophinus primus Arelatenſium Pontifex S. Pauli di-

.. C. ſcipulus, cui ſuccedit S. Regulus poſtea Silvanectenſis Epiſcopus:

85. Iterum Gallos aggreditur Rex Ratherius, prædas agit, ferroque atque igne late omnia devaſtat.

87. S.Gratianus S.Cleti Papæ diſcipulus, primus Tolonenſium Epiſcopus Gallias magnis meritis demeretur.

89. Apoſtolicos labores ſancto fine conſummat S.Amantius tertius Remenſium Epiſcopus, S.Sinicii ſucceſſor, Ratherius hoſtis Galliæ obiit.

90. Moritur S Cæleſtius Metenſis Epiſcopus, qui quanti meriti eſſet poſtea enituit, cum S. Anteri Reliquiis major honor exhiberetur & illæ moveri non poſſent, priuſquam Cæleſtii in proceſſione præferrentur.

91. Richimerus Ratherii filius nulli majorum faſtu, audacia & belli peritia ſecundus, funeſtiſſimo odio Gallos perſecutus magnis copiis in illorum fines infertur, proſpera plerumque fortuna uſus.

93. S.Clemens ad Rom. ſedis poſt Cletum primatum evectus, ad Gallias non minus quam S.Petrus, vel pro reverentia Sanct. Clementis patrui affectus, plurimos viros Apoſtolicos illuc deſtinat.

94. Memorabili fructu laborat apud Catalaunenſes, primus eorumdem Epiſcopus S. Memmius, Nobilis Romanus S. Petri olim diſcipulus.

95. Magnus ille & Divinus Dionyſius à S. Clemente

A. C

mente Papa in Gallias mittitur, & primus Pariſiorum Epiſcopus afficitur.

96. Ulpius Trajanus, qui poſtea Imperator fuit Galliæ præficitur.

97. S. Taurinus â S. Clemente Papa miſſus, primus Ebroicenſium Epiſcopus ſanctitatis radiis Gallias illuſtrat.

98. S. Eutropius â S. Clemente Papa primus Santonenſibus Epiſcopus deſtinatur, cujus feſtum 3. April. celebratur.

99. S. Nicaſius primus Rotomagenſium Pontifex Dionyſii Areopagitæ ſocius celebratur, quo ipſo tempore claret S. Zacharias Epiſc Viennenſis.

100. S. Photinus, ſenex mirabilis â Weſtmonaſterienſi dictus, miſſus â S. Clemente Papa, primus Lugdunenſium Epiſcopus Galliis conſulit.

101. S. Regulus Magni Dionyſii Comes Arelatenſis Epiſcopus ſub hoc ferè tempus Eccleſiam Silvanecti condit, primus ejuſdem Pontifex.

102. S. Defenſor diſcipulus S. Juliani, qui fuit ex 72. Chriſti diſcipulis Cenomanenſibus præeſt.

103. S. Urſinus Nathanael olim dictus â S. Clemente ſub annum Chriſti 97. miſſus in Galliam Bituricenſibus præſidet Epiſcopus annis 27. moritur Leontius Epiſcopus Senonenſis.

105. Richimerus Galliæ admodū infeſtus, multa Germaniæ vicina loca occupat, prædas continuo agit, magnoque elatus

A. C.

faſtu, Numinis honoribus ſe coli imperat.

108. Polycarpus Senonenſis Epiſcopus in Galliis celebratur.

110. Cœlos triumpho implet felici tranſitu S. Martinus Viennenſis Epiſcopus 1. Julii felici agone conſummatus, Apoſtolorum diſcipulus.

112. Quaſi ſol refulget in templo Domini, & Gallias illuſtrat S. Æmilius, aliis Evodius dictus, Epiſcopus Lemovicenſis.

113. Richimerus Francorum in Germania Rex juratiſſimus Gallorum hoſtis, morte ablatus magno metu Gallias liberat.

115. S. Verus Viennenſis Epiſcopus, Veræ fidei lumine multos illuminat & Chriſto lucratur.

116. Nunquam tranquilliores res Galliæ, quam cum diſſimillimus patris Richimeri Filius Odemarus Francis in Germania imperaret, pacis amantiſſimus, amicitiam cum Gallis pactus ejusq; retinentiſſimus.

118. Magnus Galliarum Patronus cœlis hoc anno inſeritur S. Sanctinus Meldenſis, idem etiam Virdunenſis Epiſcopus, magni Dionyſii diſcipulus.

120. Divinus Dionyſius Areopagita, primus Pariſiorum Epiſcopus & Apoſtolus Apoſtolatum ſuum Martyrio conſecrat, cujus deinceps nomini Regale Benedictini Ord. Cœnobium ſecundo â Pariſiis lapide conſtructum eſt.

123. Transmigrat è Gallia in cœlos, novus Ejuſdem Tutelaris S. Urſinus Bituricenſis

Epi-

A. C.

Epiſcopus, dictus Nathanael, quem nonnemo voluit fuiſſe fratrem S. Philippi Apoſtoli, qui etiam in Galliis prædicavit.

124. Adrianus Imperator in Galliam & Germaniam profectus, utriuſq; nationis Amicitiam probat plurimum & confirmat.

125. S. Antonius, aliis Antoninus dictus Eccleſiã Meldenſem mirificè illuſtrat & demeretur.

127. Non minore Gallorum, quam Francorum Germanorum comploratione moritur Odemarus Rex modeſtiſſimus paciſque amantiſſimus cui in Regno haud diſſimilis ingenio ſuccedit filius Marcomirus.

130. Admirandæ ſanctitatis fulgore Gallias percellit S. Auſonius S. Martialis quondam diſcipulus Albino & Eugenia claris parentibus apud Mortoníam natus, Epiſcopus Engoliſmenſis.

132. Adrianus Imperator in Galliam benè affectus, multa præclare ſancit & provincia conſulit.

133. Cœlis ingentes meritorum manipulos infert mortalibus valedicens S. Taurinus Ebroicenſis Epiſcopus, 3. Id. Auguſti defunctus

137. Sub hoc ferè tempus Apoſtolicos labores Martyrii laureola coronat, & ſanguine proprio conſecrat S. Auſonius Engoliſmenſium Pontifex II. Cal. Junii à Barbaris interfectus.

140. S. Feliciſſimus magnis ſuis meritis & laboribus feliciſſimos Arelatenſes reddit, quibus ſub hoc tempus ſanctè præfuit.

Feli-

A. C.

141. Feliciſſimum Feliciſſimus alter eodem nomine ſequitur Bituricenſium Pontifex hoc anno cœlis illatus.

142. Apud Autiſiodorenſes fides Chriſti & ſyncera pietas multum proficit ſub auſpiciis S. Peregrini primi eorumdem Epiſcopi.

144. Antoninus Pius Imperator, non minus ſollicitus de Gallia, quam Trajanus & Adrianus, lectiſſimos eidem Præfectos mittit, & charos habet incolas, ſub cujus quieto regimine creſcit res Chriſtiana.

146. Apud Cathalaunenſes inſigniter eluceſcit & bene meretur S. Donationus eorumdem Epiſcopus ſecundus S. Memmii ſucceſſor.

147. Non minus apud Auſcenſes meritis vitæ & ſanctitatis radiis eluceſcit S. Ceracius eorumdem Epiſcopus.

148. Marcomirus Francorum in Germania Rex, Gallis amiciſſimus moritur, & ab his non minus quam Germanis deploratur; ſuccedit Clodomirus filius.

150. Illuſtrat Gallias S. Pientius Magni Joannis Evangeliſtæ & Apoſtoli Joannis diſcipulus, Metenſis Epiſcopus. Extinguitur eodem anno S. Maurus Epiſcopus Virdunenſis.

152. Sub hunc ferè annum poſt undecim annorum haud minimos labores ad præmia æternitatis vocatur Ætherius Epiſcopus Bituricenſis ſucceſſor S. Sevitiani.

154. Valerianus Præſes Romanus Auguſtoduni ſævit in Chriſtianos eoſque inter S. Flocellum puerum verè floridum crudeli-

ter

A. C.

ter excarnificatum feris objicit.

156. Apud Carnutenſes vita defungitur Martinus EpiſcopusS. Aniani anteceſſor ſepultus in æde S. Martini de Valle.

157. Inter perſecutionis rabiem, multi egregia ſanctitate Epiſcopi fideles ſolantur, è quibus S. Marcellianus Autiſiodorenſibus verbo & exemplo mirificè conſulit.

159. Nunquam fœcundior Gallia, quam purpurata Martyrum ſanguine pluribus ſub hoc ipſum tempus Chriſto teſtimonium dantibus, & glorioſo agone conſummatis.

160. Galli trans Rhenum erumpentes, prædas agunt, quos Clodomirus quieti cæteroquin ingenii Princeps, facilè compeſcuit, & multo bonorum plauſu Gallis denuo pacem conceſſit.

162. Virdunenſibus VerbumDEI annunciat Salvinus Epiſcopus, coactus â viris Zelo fidei ferventibus, cum metu perſecutionis, plurimi hac illâcq; diffugerent.

163. Auſpicius Aptenſis Epiſcopus, populis illis ſolatio adeſt, & turbulentiſſima in tempeſtate Vulgienſium plebem reficit.

165. Galli non minus quam Germani Clodomirum Regem lugent, cui hoc anno è vivis abrepto Farabertus filius ſuccedit:

168. Gallias mirificè illuſtrat Sanct. Arator Virdunenſis Epiſcopus Græcæ & Latinæ peri-

A.C.

peritiſſimus, S. Apollonii Senatoris Rom. & Martyris diſcipulus, columna fidei, ſolatium fidelium habitus.

70. Invaleſcit in Galliis perſecutio, fugatiſque ſeu interfectis paſſim Epiſcopis, multis locis ſucceſſio paſtorum, plurimis annis nonnullibi binis totis ſæculis in Gallia interrumpitur.

73. S. Arator, de quo ſupra, multis periculis jactatur, calamitatibus exagitatur, verè fidelis Paſtoris exemplar celebrãdus, dum remittente etiam Cæſarum furore, provinciarum præfecti Chriſtianos perſequuntur.

75. Epiſcopis paſſim ſparſis ſeu deletis, Theoretus Bituricenſis ſub hunc annum defunctus memoratur.

79. Extat hoc anno apud Baronium Epiſtola Viennenſium & Lugdunenſium Confeſſorum ad Chriſtianos Aſiæ & Phrygiæ de invaleſcente perſecutione in Galliis, digna quæ legatur. Multi Martyrio coronantur.

80. Magnus ille ſanctitate & eruditione vir Divus Irenæus, ſingulari Eccleſiæ Chriſtianæ ſolatio, Lugdunenſis Eccleſiæ Pontifex eligitur, cum S. Photinus anteceſſor labores Martyrio coronaſſet. Fuit autem Irenæus diſcipulus S. Polycarpi.

81. In tantis perſecutionis nebulis aliud inſuper rutilantiſſimum ſydus S. Marcellus Bituricenſium Pontifex exſplẽdeſcit, hoc ipſo tamen tempore terris ſubducitur, cœlis inſertur.

Magnus

A.C.

183. Magnus Irenæus contra ValentinumHære-ſiarcham ejuſq; invaleſcentem Hæreſim glorioſiſſimè inſurgit, ejuſq; nequiſſima dogmata confundit.

186. Apud Auſcenſes S. Paternus Epiſcop⁹ maximis ſe meritis commendat, & gregem Chriſti contra lupos animoſe propugnat,

188. Quieſcit ab armis Gallia FarabertoFrancorum in Germania Rege pacem ſanctè colente, dum ferrum in ſclosChriſtianos exerceretur.

189. Autiſiodorenſibus magnis ſplendoribus ſanctitatis facem præfert & tenebras errorum retegit S.Valerius Epiſcopus.

190. Emergit hoc anno à valle calamitatū cœloque aſſeriturS Nanitus ſiveNavitusLeodienſium Pontifex 12.Cal.Oct.Hoc anno inſignem librum Turibio Toletano dedicat S.Irenæus.

191. Turbat Gallias atque Hiſpaniam Maternus miles,dum Commodus Imperator non Romæ ſolum deteſtabilem ſe reddit, ſed Imperio univerſo.

193. Faraberto Francorum in Germania Rege extincto, ſuccedit Sunno major natu filius,Mavortio ingenio juvenis, qui in omnem præliandi occaſionem intentus Gallis deinceps non minus quamRomanis infectus fuit.

195. Miris exagitatus diſcriminibus & calamitatibus Magnus Irenæus pro Eccleſia nihilominus adverſum gentiles & Hæreticos imperterritus decertat & admirandæ

era-

A. C.

eruditionis libros ſcribit & edit.

197. Iterum non Galliarum turbatio Albino Imperium affectante, Galloſque ſibi adjungente, ex quo multa deinceps mala conſequuta Viator Bituricenſium Pontifex extinguitur, ſuccedente Leutherio.

198. Albinus pro Imperatore ſe gerens nihil non adverſum Severum eique obnoxios molitur, hic arma parans extrema Galliæ minatur.

199. Victricia ex Oriente ſigna Galliis infert Severus Imperator, cum Albino congreditur, hic dubio diutius certamine vincitur & occiditur, Gallia miſere vaſtatur.

200. Apud Cadurcenſes ſplendidiſſimis ſanctitatis radiis emicat S. Anianus eorumdem meritiſſimus Epiſcopus.

201. Sunno Francorum Rex occaſione irati Gallis Severi uſus, multis eoſdem incurſionibus premit, multa eripit.

203. Illuſtrat nubiliſſima hæc tempora fulgore doctrinæ & ſanctitatis Sanct. Dionyſius, ſive ut alii vocant, Deſiderius Viennenſis Pontifex, ad quem ſcribit Victor Papa de Paſchatis celebratione.

205. Memorabili triumpho Gallias & cœlum illuſtrat Sanct. Irenæus Lugduni Epiſcopus, qui hoc anno cum omni ferè civitatis ſuæ populo glorioſo Martyrio eſt coronatus, poſtquam adverſus Hæreticos verbis ac ſcriptis plurimum decertaſſet.

Leu-

A. C.

206. Leutherius ſive Leotherius Bituricenſium Epiſcopus defungitur.

208. Pauculis qui remanſerant & perſecutionem evaſerant apud Lugdunum Chriſtianis, dignus Irenæo ſucceſſor vitæ exemplo prælucet S.Zacharias.

210. Sunno Francorum in Germania Rex Iterum fines Gallorum hoſtilibus armis ingreditur, latè omnia populatur.

213. Albaudus ſive Albuinus ex reliquiis Chriſtianorum qui abhinc centum annis latuerant Leucis Epiſcopus præſtitutus, inſigniter laborat, & in ſuburbiis docet, â quo Albaudi Curia Tullenſis appellata.

216. Apud Lugdunenſes Sanct. Helius ſive Helias præclarè ſuo munere fungitur, & Martyrum poſteros ſolatur.

218. Poſt Auchatum ſive Laudatum apud Senones Paſtorem & Epiſcopum agit Heraclius, graſſante etiamnum crudeliter Gentilium in Chriſtianos furore.

220. Sub hunc ferè annum moritur Pauper Bituricenſium Epiſcopus cum 14. annis præſtitiſſet, Palladio ſuccedente.

221. Sunno Francorum in Germania Rex infenſiſſimus Romanis & Gallis defungitur cui Hildericus major natu filius ſufficitur.

224. Metis mira effulget vitæ Sanctitate S. Ruffus ſive Ruffellus quem nonnulli Rucellum vocant, ob inſignia vitæ merita â morte cultu Divorum honoratus.

227. Sanct. Palladius Bituricenſium Pontifex, cru-

A. C.

eruditione non minus & facundia quam vitæ ſanctitate conſpicuus ad Superos emigrat, cujus feſtum 10. Maij celebratur.

228. Rurſum inſigne ſydus inter tenebras obſcuriſſimi ſæculi ſe effundit S. Marcellus Leodienſis Epiſcopus, qui magnis ſe meritis plurimum commendat.

230. Apud Podienſes ſplendoribus ſanctitatis ſe prodit S. Paulianus eorumdem Epiſcop⁹, optimè de grege ſibi credito meritus.

234 Profecto adverſum Parthos Cæſare Galli â Romanis deficiunt, quos repente obruunt, unde multa deinceps mala conſequuta.

236. Imperator ipſe victor ex Oriente reverſus in Gallos ac Germanos movet, eoſque ad obſequium redigit.

241. Inquietiſſimus annus Maximino Imp. apud Aquileiam occiſo, plurimis nationibus rebellionem parantibus, Galliis communi defectione ſimul arma corripientibus etſi non multo poſt ultro deponerent.

243. Hildericus Francorum in Germania Rex ampliandæ ditionis percupidus, magnanimitate etiam ac militari peritia conſpicuus, toto fere Imperii ſui tempore infeſtis armis Gallias vexat.

245. Apud Carnotenſes Severus Epiſcopus paſtorali ſollicitudine oviculis ſuis conſulit, gentilium odio ſub optimis etiam Imperatoribus graſſante.

248. Viennenſibus in tanta rerũ turbatione ſanctiſſimè præſidet B. Florentius Epiſcopus, â Weſt-

A. C.

à Weſtmonaſterienſi, doctrina, exilio & Martyrio clarus, celebratus.

250. Podienſibus hoc anno poſt S. Paulianum præeſt S Evodius, qui ſedem VallanoPodium transferens, illic VirginiMatri templum excitavit.

253. Verus ovium paſtor S.Baſſus Nicienſis ad radices alpium prope Varum fluvium Epiſcopus, inſigne pro fide Chriſti certamen ſubit in immani Decii perſecutione ſub hunc annum Martyrio coronatus.

255. Apud Allobroges mira vitæ ſanctitate eluceſcit S.Lupicinus Viennenſis Epiſcopus ad quem extat Epiſtola Cornelii Papæ.

257. Sub hunc fere annum moritur Heraclius Epiſcopus Senonenſis.

258. Peſſimo Orbis Chriſtiani & totius Galliæ exemplo Arelatenſibus præeſt Martian⁹, Hæreticus, ut ſcribit S. CyprianusEpiſtola 67. ad Stephanum Papam.

259. Toto paſſim orbe invaleſcitChriſtianorum perſequutio, in Galliis recrudeſcit, qua plurimi viri illuſtres Martyrio coronantur.

261. HildericusFrancorum inGermaniaRex cum varias clades Gallis intuliſſet, ipſisq; Romanis metuendus fuiſſet, moritur Bartherio filio ſuccedente.

262. Apud Cadurcenſes vitæ exemplo & prædicationis verbo multos Chriſto lucratur S. Genulphus ſive Gundulphus ejus loci Epiſcopus à S.Sixto Papa miſſus, â cujus obitu ob perſecutionem diu ſedes vacavit.

Plu-

A. C.

264. Plurimis aliis nationibus à Romano Imperatore deficientibus, Galli quoque obſequium detrectant,& arma parant.

265. Inter nubila perſecutionis nova ſtella in Galliis emicat S. Mello alios Malonius Britannus Rotomagenſibus Epiſcopus à S. Stephano Papa deſtinatus, ab egregia ſanctitate commendatus.

267. Bartherus Francorum Rex ſocordia Romanorum & diſcordia bene uſus Galliam pervadit,& prædas longè latéq; agit.

268. Idem ſociato Alemannorum exercitu in medias pervadit Gallias, inde in Italiam uſque penetrans, & magno terrore Romano afficiens.

270. Viennæ poſt S. Lupicinum S. Simplides ſive Simplidius Cathedræ illi præſidet, & in tanta motuum turbatione Eccleſiæ conſulit.

273. Apud Ædnenſes primus Pontificali dignitate eminet S. Amator, ſuamque cathedram inſigni illuſtrat ſanctitate, à morte inter Divos relatus, cujus feſtum in Martyrologio ponitur 26. Nov.

275. Bartherus Rex Francorum cum filio Anthario & Luthero Saxonum Regis filio Gallias populando pervagatur, inq; Hiſpaniam uſque pervadens Tarraconam expugnat & evertit.

279. Francis denuo Galliam turbantibus Probus Imperator oportunè adeſt & quadraginta millibus cæſis, 60. urbes recuperat, cum Bertharius eo ipſo anno, vivere deſiiſſet, & Bonoſus tot urbes occupaſſet.

Dum

A. C.

280. Dum in Illyricum & Græciam movet Imperator, Gallia de novo turbatur Proculo & Bonoſo Galliam, Hiſpaniam & Britanniam invadentibus.

281. Pergunt proſequi rem ſuam in Galliis duo Tyranni Bonoſus & Proculus, multaſq; denuo urbes occupant & muniunt.

282. Reverſus in Europam Probus Imp. Tyrannos profligat, Proculumque capit cum ingentibus theſauris, & 1100. è Nobilitate.

283. Cæſar è Galliis in Alemanniam uſque hoſtes perſequitur, Alemannoſq; atque Alanos Bonoſi auxiliares memorabili prælio triumphat, Bonoſo metu Victoris laqueo vitam abrumpente.

284. Poſt longum interpontificium Veſontinenſibus magnus omnino Paſtor obtingit S. Maximus Epiſcopus, factis adæquans nomen, & populis illis maximis ſeſe meritis commendans.

286. Apud Carnotenſes turbatiſſimo tempore imperturbatus animo Caſtor Epiſcopus præſidet Diocletiano & Maximiano novam Chriſtianis perſecutionem denunciantibus.

287. Clodius Francorum Rex dum Gallias denuo armis tentat, Romanorumque & Gallorum ſtragem ingentem edit.

290. Sub hoc tempus Æduenſibus præſtitiſſe videtur Martinus Epiſcopus, qui valde Religioſus ſucceſſor Sanct. Amatoris, in vita Sanct. Simplicij ejusdem ſedis

A. C.

Epiſcopi prædicatur. Clodius magna parte Galliæ potitur.

293. Dum Diocletianus & Maximianus quiſque ſibi Collegam,& ille ConſtantiumChlorum aſſumit, huic Gallia cum Britannia gubernanda aſſignatur.

295. Ambianenſibus admiranda vitæ ſanctitate prælucet S.Firminus Epiſcopus,ex genere Senatorio ortus,vir ſanctiſſimus,cujus memoria Calendis Septembris peragitur.

296. Francis denuoGalliam invadentibus occurrens cum exercitu Conſtantius primum vincitur,mox inſigni victoria potitur.

297. Morte abſumitur Clodius Francorum in Germania Rex, dum bellum denuo in Conſtantium & Galliam molitur, acerbiſſimè ferens magna Galliarum parte dejectum,qua ſexennium potitus fuerat.

298. Iterum ſydus egregium Biſuntinis illuceſcit S. Maximo extincto S. Paulinus, cujus ſanctitatis exemplo, populus ille plurimum profecit Religione.

299. Occupato in Britanniis Conſtantio, Franci iterum Gallias depopulantur, & aliquot millia Romanorum & Gallorum cædunt.

300. Ulciſcitur ſtrenue ſuorum cædem Cæſar Conſtantius, & Burgundiam tunc infeſtantes armis aggreſſus 60000. profligat, inq; Alemanniam perſequutus Amtudurum expugnantes internecione propedelet, cæſis 70000. reſtauratamq; eam

A. C.

eam Urbem ſuo nomine Conſtantiam appellat.

302. Ne Romæ ſolum ſævirent Cæſares, univerſale Perſecutionis edictum edunt. Inde in Galliis nova SS. Martyrum ſeges, Viennę, Lugduni & paſſim plurimi capti & cæſi.

303. Inter effuſiſſimas ultimæ tempeſtatis tenebras Gallias & Aquitaniam inprimis ſanctitatis atque eruditionis fulgoribus illuſtrat S. Victorinus Pictavienſis Epiſcopus, cujus feſtum ſecunda Novembris peragitur.

304. Conſtantio in Britanniis occupato Franci & Alemanni in Gallias impetum faciūt, totas provincias populantur, urbes expugnant, præſidiarios Rom. obtruncant, ingentes prædas comportant.

305. Ambiani labores Epiſcopales Martyrio coronat S. Firminus Ambianenſis Pontifex ſub Rictiovaro Præſide poſt varia tormenta decollatus. Walthero Francorum Regi mortuo ſuccedit Dagobertus multa dein contra Gallos molitus.

306. Ricciovari Præſidis in Gallia horribile nomen, cujus crudelitatem uſque hodie toties Martyrologia Romanum & Gallica commemorant, uti & glorioſiſſimos Martyrum Galliæ triumphos.

308. Remittit nonnihil perſecutionis ſævities, poſtquam Diocletianum & Maximianum innotuit Imperio ceſſiſſe, ſceptra poſuiſſe.

309. Conſtantii Chlori morte magnum perdere

A. C.

Patronum viſa Gallia, majorem reperit in filio ejusdem Conſtantino.

311. Veſuntinenſem Cathedram illuſtriſſimis Sanctitatis radiis exornat S. Euſebius ejuſdem egregiæ Civitatis Epiſcopus.

312. Geyſa & Aſtricus Germaniæ Reges Galliam armis petunt, magnamque multa cæde atque incendiis inferunt vaſtitatem.

313. In hoſtes Galliæ movet Conſtantinus, & magna ſtrage eoſdem contundit. S. Urbicus Epiſcopus illuceſcit apud Claromontenſes.

314. Memorabili Catholicæ rei in Galliis fructu celebratur Concilium Arelatenſe primum, cui alios inter SS. Claudius Viennenſis, & Reticius Æduenſis Epiſcopi interfuère.

315. Germani Galliam & Hiſpaniam incendiis, ruina & ſtrage complent, & nobiliſſimas urbes expugnant Conſtantino adverſum Magnantium occupato.

316. Dagobertus Francorum in Germania Rex, dum reliqui Teutones hoſtiliter agerent, Gallorum & Conſtantini Amicus moritur, ſuccedit Clogio filius.

318. Galli cum Romanis horum potentia freti cisrhenanas aggreſſi provincias, magnam iiſdem vaſtitatem inferunt, quibuscum animoſius pugnans Rex Clogius interficitur, verum ejus frater Clodomirus fratris cæſi indutus exuvias, Gallos profligat, inſigni potitus victoria.

319. Antimundus Leucorum Epiſcopus magnis ſe meritis commendat.

A. C

320. Clodomirus Francorum in Germania Rex cum AlemannisSaxonibus aliiſq; Teutoniæ populis contra Gallos cōfœderatur.

323. Ariana hæreſis etiam per Gallias invaleſcit, multi egregia ſanctitate Epiſcopi illi viriliter obnituntur.

325. S. Severus Rotomagenſis Epiſcopus, mira vitæ ſanctitate cathedram ſuam & Gallias exornat. Claret item S. Servatius Epiſcopus Leodienſis.

326. Clodomirus Galliæ pacem turbat, & quæ cum Romanis cis Rhenum Galli occupaverant, recuperat.

330. Apud Veſontinenſes admiranda Vitæ ſanctitate exſplendeſcit, & variorum errorū diſpellit tenebras S. Hilarius Epiſcopus, miſſus à S. Sylveſtro Pontifice, cujus feſtiva memoria I I. Calend. Aug. celebratur.

333. Per abſentiam Conſtantini Imp Galliarum Patroni ſingularis, dum ille alteram ſuam Romam in Oriente fovet, multa in Galliis mala invaleſcunt, & hæreſes longè lateque ſerpunt, multi Epiſcopi proſcribuntur.

336. Magno metu hoſtis potentiſſimi & jurati liberantur Galli Clodomiro Francorum Rege mortuo, qui multa damna ipſis intulerat, credebaturq; multo majora illaturus ſi diutius ſuper vixiſſet.

337. Iterum egregium ſydus Galliis illuceſcit, varioſq; errores detegit atque diſcutit S. Reticius Epiſcopus Æduenſis.

338. Magno metu conſternata Gallia arma

A. C.

corripit dum Richimerus Clodomiri filius inſigni cum exercitu immineret, auxiliaribus Romanorum copiis adjuti ipſum juſta acie aggrediuntur, verum victi tergavertunt, & Gallia cædibus atque incendiis miſerandum in modum vaſtatur.

340. Romani Galliq́ue ſuperioris cladis ignominiam ulturi in Francos movent, inſigniq́; primum progreſſu armorum, mox grandi ſtrage profligantur.

341. Victoria uſi Richimerus & Franci, in Gallias ſe latè effundunt, prædas agunt, multa occupant loca, multa exurunt.

345. Perpetuas incurſiones patiuntur à Francis Galli, quibus ſubinde cum Romanis fortiter occurrunt, ipſosq́ue cum clade rejiciunt.

346. Feliciſſima Veſontinenſium civitas & provincia iterum rutilantibus fulgoribus ſanctitatis S. Pancratii Epiſcopi illuſtratur.

347. Nec minore Galliarum gloria & felicitate elucet apud Æduenſes gravibus meritis S. Simplicius eorumdem Epiſcopus.

348. Sed & apud Autiſiodorenſes ſub hoc ipſum tempus celebratur ſanctitas S. Valeriani Epiſcopi, qui duobus Conciliis, Sardicenſi & Agrippinenſi interfuiſſe legitur.

349. Richimer Francorum Rex, fortuna elatus, dum incautior in Gallias irrumpit, circumventus denique â Romanis & Gallis, cruentiſſima pugna ipſe fortiter pugnans occubuit.

Ite-

A. C.

350. Iterum multi egregia vitæ ſanctitate Epiſcopi Gallias mirificè exornant, multaque mortalium millia cælis lucrantur Sancti Deſiderius Lingonenſis, Eulogius Ambianenſis, Auctor Metenſis aliique non pauci.

353. Theodomirus Francorum Rex Richimeris filius necem patris ulturus magno cum exercitu Gallias invadit, multiſque cladibus cùm Romanos tùm Gallos atterit.

354. Poſt S. Valerianum apud Autiſiodorenſes, haud minore ſanctitatis opinione claret S Eladius, cujus feſtiva memoria 8. Maij celebratur.

355. Dagobertus Genebaldi Franconiæ Ducis filius cognati Regis ſucceſſibus accenſus, & ipſe grandi conſcripto exercitu Gallias tentat, multaque eis Rhenum loca occupat, prædas agit, ſtrages edit.

356. Cœlos triumpho implet feliciſſimo tranſitu S. Urſicinus Senonenſium Pontifex 24. Julij, cui ſuccedit Theodorus, quo ipſo tempore Saturninus: Arrianus homo nequiſſimus Arelatenſis Epiſcopus ſede dejicitur

357. Julianus Apoſtata ſuperiore anno contra Francos alioſq; Germaniæ populos Gallias infeſtantes miſſus, illos adventu ſuo terret, & in fugam conjicit.

358. S. Exuperius Toloſanus Archiepiſcopus gentilitatis reliquias paſſim evertit, & templum celebre Minervæ ſacrum, honori & Nomini Deiparæ conſecrat. Ipſi

A. C.

S.Hieronymus dicat Commentarium in Zachariam.

359. Haud meliore fortuna quam parens ſuus Richimer,hoc anno in Gallos movet Rex Theodomirus, captus nunc in prælio atque obtruncatus.

360. Magnum illud & immortale Galliarum decus S.Hilarius, Pictavienſis Epiſc.claret, qui fruſtra ab Imperatore audiri rogat.

361. Apud Veſontiones ſive Biſuntin.velut lucerna in candelabro poſita eluceſcit S.Juſtus eorumdem Epiſc. S.Pancratij ſucceſſor.

363. Clogio Francorum Rex in omnem occaſionem ulciſcendæ necis paternæ intentus,magnum comparans exercitum,non fines ſolum Galliarum perrumpit,ſed altius penetrans magnam Galliæ infert vaſtitatem.

365. Pergit proſequi victorias Clogio,nec minus alii quoque Germani Romanorum quaqua verſus præſidia expugnant.

366. Jovinus contra Germanos miſſus feliciter præliatur canente receptui Clogione, & Alemannorum atq; Saxonum infortunio ſibi conſulente.

367. Cõſulunt Galliis Romani, noviſq; præſidiis muniunt Arianiſmus à Magno Hilario latè diſſipatur & exſufflatur.

369. Magnus ille Hæreſum triumphator, Myſterij SS.Trinitatis aſſertor S Hilarius Epiſcopus Pictavienſis extinguitur cujus laudes SS. Auguſtinus & Hieronymus celebrarunt.

370. Magna quiete potitur Gallia Clogione Rege

A. C.

ge Romanorum fortuna nimium conſternato & ab armis temperante.

372. Apud Viennenſes maximis ſe meritis commendat, & ſanctitatis radiis effulget S. Nicetas eorumdem Epiſcopus, cujus anniverſaria memoria celebratur tertio Nonas Maij.

374. Veſontione mortalitatem exuit S. Anianus ſive Avianus Epiſc. qui SS. Ferreoli & Ferrutij Martyrum corpora reperta in Cathedrali condidit.

375. Æternum Galliæ decus, magnus ille & Sanctiſſimus Martinus, Turonenſium Pontifex magno omnium plauſu ipſe reluctans conſecratur.

377. Rex Clogio Romanorum Gallis auxiliarium nimiis progreſſibus territus è mœrore in morbum incidit, quo paulo poſt extinguitur.

380. S. Trojanus Epiſc. Xantonenſis exemplo & verbo multos lucratur, cujus anniverſaria memoria 30. Nov. celebratur.

381. Marcomirus Clogionis filius, patri ſolertia æqualis, audacia & ambitione multo ſuperior, cum Gallis Romaniſque acriter armis contendit ampliandis Regni finibus intentus, etſi multoties repulſus.

382. S. Auguſtalis Epiſcopus Iliberitanus Catholicorum cauſa in Gallias concedens, illic diu immoratur & optimè meretur, claret item S. Delphinus Burdegalenſis Epiſcopus.

383. Maximus Britannici exercitus Dux à ſuis Impe-

A. C.

Imperator ſalutatus, ſtabiliundo Regno intentus Armoricam Galliæ regionem invadit, & minorem Britanniam appellat, cæſo Jubalcho Francorum Duce qui illam obtinuerat.

384. Movens contra Maximum Gratianus Imperator maximo cum exercitu Pariſios occurrit, atque inde progreſſus, dum hoſtem impetit Merobaldi ſcelere circumventus victus, in fuga apud Lugdunum occiditur.

385. Maximus victoria uſus, ſtabiliundo intentus Regno, totus eſt in Gallia expugnanda. Apud Aurelianenſes magno in honore eſt ob inſignia merita S. Evurtius Epiſcopus hoc anno 7. Id. Oct. extinctus.

386. Dum Maximus Tyrannorum more, plus quam barbara crudelitate in ſacra & prophana graſſatur, S. Martinus Turonenſis Epiſcopus plebeculæ miſeratus nequiſſimo Principi interitum prædicit.

387. Liberatur Tyrannide Maximi Gallia, ipſo Italiam invadente.

388. Dat pœnas hoc anno infandæ crudelitatis uti S. Martinus prædixerat Tyrannus Maximus, bis victus â Theodoſio, captus & cum filio trucidatus. Claret S. Mederanus Redonenſis Epiſcopus

390. Gallias admiratione replet, mirabilis vita viri per omnia Apoſtolici S. Martini Epiſcopi, qui admirandis prodigiis toti orbi innoteſcit & lectiſſimum 80. Sanctorum Mona-

A. C.

Monachorum Collegium vitæ exemplo inſtituit.

391. Hoc & ſuperiore anno Marcomirus Rex Sunnone, Kunebaldo, Priamo & Antenore Ducibus bello clariſſimis,ea Galliæ loca expugnat quæ ſuperioribus annis Maximus Tyrannus abſtulerat.

393. EaDucum lectiſſimique militis abſentia audentiores Romani & Galli, dum illi in Armorica recipienda toti ſunt Marcomirum aggrediuntur, qui Saxonibus in auxilium vocatis, fortiter pugnans in acie cadit.

394. Ad iniquiſſimas cæſo Rege deducti âRom. & GallisFranci conditiones dum illis tributum pendere annuũt, re comperta qui aberant Duces factum deteſtantur,inimicitias Romanis denunciant,armiſq; conteſtantur.

395. Dagobertus FrancorumVicerex deſignatus hoſtem Galliæ & Romanorum juratum agit, Siſinnium pro tributo exigendo miſſum, & magna permittentem â Cæſare jugulat, Galliam latè vaſtat.

396. Galli, Ducibus Quintino & Nanneno Romanis, Francos prædis onuſtos repente opprimunt,inque fugam conjiciunt, his rerum deſperatione ſeſe vertentibus & multaGallorum millia cumHeraclioDuce contrucidantibus.

397. Illuſtrant Gallias ſummis virtutibus, obligant maximis meritis SS. Victricis Rothomagenſis,S.Orientius Auſcenſis,& S. Germanus Veſontinenſis Epiſcopi.

A. C.

398. Multa recipiunt in Galliis loca Franci, ditionemque extendunt, Dagoberto paulo poſt mortuo, poſtquam annis 5. Regnum adminiſtraſſet,

399. Genebaldus Dagoberto patri ſuccedit, qui cum Sunnone & Marcomiro fratribus, bellum Gallicum proſequutus, inquieta omnia reddidit.

400. Portentoſus hic annus Galliæ & Germaniæ fuit cum multis diebus cœlum exarſiſſe videretur, neque abſque omine fuit, cum deinceps bellicoſiſſimæ gentes univerſam Europam bello accenderent.

401. Marcomirus & Sunno Genebaldi fratres uti continuis odiis Rom. & Gallos conſectati ſunt, ſic quietis impatientes ſuam & Genebaldi fratris ditionem perpetuo Gallorum aſſultu prolatarunt.

402. Hoc anno Vita exceſſiſſe Divum Martinum contendit Baronius ad an. 445. differt Rigordus, alij A. 400. mortem ejus referũt, nos ex Severi diſcipuli oculati teſtis verbis hunc calculum probamus.

403. Franci Duces bello Burgundiam tentant, fortiter inde repulſi & in fugam verſi.

404. Wandali Francos Burgundiam denuo invadentes, multaque jam loca occupantes, cæſis aliquot millibus ejiciunt.

406. Genebaldus Francorum Dux magno cum exercitu Galliam opprimit, Metas, Tullum, Verdunum, Ambianum, Tornacũ, Atrebatum, aliaq; loca expugnat, Wormatiam ſimiliter & Treverim occupat, multis millibus cæſis.

Wan-

A. C.

407. Wandalis quoq; Gallias vaſtantibus Martyrio afficitur 14. Decembr. S. Nicaſius Remenſis Epiſcopus, ſub cujus nomine inſignis dein Abbatia eſt condita. Patitur ſimiliter S. Deſiderius Lingonenſis Epiſcopus.

409. Deficientibus plurimis â Rom. Imper. provinciis poſtquam Honorius Stiliconem Heroëm prçſtantiſſ. morte ſuſtuleret pars etiam Galliarum Armorica deficit.

410. Vandali in Galliis cæſi Duce eorumdem interfecto, in Hiſpanias immigrant annuẽte Honorio Imp. Moritur S. Mauritius Epiſc. Andegavenſis.

411. Hoc primum anno nonnulli S. Deſiderium Lingonenſem Martyrio coronatum volunt, miræ ſanctitatis virum, & magnis prodigiis honoratum â Numine cujus ſolemne feſtum 23. Maij celebratur.

412. Athaulphus, Honorio Imp. ut videbatur permittente Gallias occupat, ita ut una ex altera mutatio ſequeretur.

413. Burgundiones victis in Gallia â Conſtantio Tyrannis pacem petunt, conceſſisq; ad Rhodanum & prope Heluctios ſedibus ad fidem convertuntur.

414. Attalus Athaulphi Regis impulſu tyrannidem in Gallia invadit, & Auguſti nomen uſurpat, quem illico Conſtantius reprimit. Franci indigne ferentes Burgundiones in Galliis receptos, Treverim evertunt, Brabantiam occupant.

415. Attalus nuper Auguſti nomen uſurpans in Gallia, cæptus, vinctiſq; manibus in triũ-

A. C.

phum ductus, amputata ob perfidiam manu mox moritur.

418. In tanta rerum perturbatione Gallias demeretur & ſanctitatis fulgoribus illuſtrat S. Patroclus Epiſcopus Arelatenſis. Laborant plurimum Galliæ Epiſcopi contra Vigilantii errores, qui nuper in Gallias venerat.

419. Franci poſt Marcomiri Regis cædem, aliquamdiu Ducibus uſi, magna jam parte Galliarum aucti, Pharamundum Regem creant, toti Galliæ inhiant. Honorius Imp. Viſigotthis Narbonenſem Galliam totamq; cedit Vaſconiam.

420. Pharamundus Francorum in Germania & Galliis Rex Argotta Cimbrorum Regis filia ſibi copulata, ante omnia curat populum ſuum morum & legem diſciplina cultiorem formare.

421. Autiſiodori claret magna vitæ ſanctitate S. Amator Epiſcopus, divinorum munerũ chariſmate ornatus, uti loquitur Author vitæ S. Juſti ſub hujus regimine Martyrium paſſi.

422. Moritur hoc anno digniſſimus S. Martini in cathedra Turonenſi ſucceſſor S. Briccius Epiſcopus, vir ſanctiſſimus, qui depellendæ ſuſpicionis ſuper ſtupro cauſa, judicium carbonum ardentium ſubiit, inde verſus ille:

Briccius ex ilio, lachrymis ſigniſque probatus.

423. Pharamundus Rex ope Salagaſti quatuorviri Principis Legem Salicam condit, ſive â Prin-

A. C.

â Principe illo ſic cognominatam, ſive â Saliis Galliæ Ciſalpinæ populis, etſi nonnulli â Sale Franconiæ fluvio dictam velint.

424. Virduni Pulchronius Epiſcopus vir Apoſtolicus & Hæreſum obtritor magnis ſe meritis commendat, cathedralem Deiparæ ſtruit, & Canonicorum collegium inſtituit.

426. Illuſtrat Gallias & Cathedram ſuam Rotomagenſem S. Evodius Epiſcopus cujus anniverſaria memoria 10. Octobris celebratur. Apud Trecenſes S. Urſus Epiſcopus felicem induit immortalitatem.

427. Suadentibus bellum nonnullis refragatur Pharamundus, totuſque in ea communienda incumbit, quæ ipſe & majores occupaverant, inde primum de propagando Regno conſilium initurus.

428. Splendidiſſimum Galliæ Sydus S. Salvianus ex Presbytero Epiſcoporum Magiſtro Maſſilienſis Epiſcopus effulget, relictis ingenii monimentis immortalis, quo ipſo tempore Maſſiliæ floruit Cl. Marius Victorinus Rhetor.

430. Pharamundus Galliarum Legumlator Rex prudentiſſimus moritur ſuccedente filio Clodio ſive Clodione. Apud Rotomagenſes floret S. Silveſter Epiſcopus.

431. Clodius generoſitate nulli Regum ſecundus, ſtatim initio Regni, auctoritatem ſibi conciliaturus, inſignem colligit exercitum, compeſcendiſq; vicinorum incurſionibus toto Regno partitur.

Admi-

A. C.

432. Admirandis meritis & vitæ ſanctitate tota Europa, nedum Galliis, conſpicuus effulget S. Lupus Trecenſis Epiſcopus, *ſignis*, ut Hericus ait, *& claro nomine ſummus*, quem Sidonius, Eucherius & plurimi alii celebrant.

433. Clodius Rex, Francicæ libertatis novo ſigno, lege jubet: ſui omnes Capillos nutriuntor, quos radere antea conſueverant, ob hoc ipſum â Romanis contempti, apud quos raſura ſignum erat ſervitutis, inde Clodio Criniti nomen manſit.

434. Aetius magno cum exercitu in Gallias movet, dumque Francorum potentiam allaborat opprimere, & Galliis expellere, Viſigotthi omnia fere ad Ligerim uſq; loca occupant, Burgundiones autem omnia uſque Rhodanum.

435. Mortem S. Germani Autiſiodorenſis Epiſc. aliqui ad hunc annum referunt, alii multo ſerius. Claruit ſaltem hoc ipſo anno ſole charior, meritis & prodigiis per omnia verè admirandus: *ſuper hominem fuit, omne quod geſſit.*

436. Moritur feliciſſimo tranſitur multor. milliũ votis prærept⁹ S. Marcell. Pariſienſ. Epiſc. Cal. Nov. apud Fortunatus Antiſtes Pariſij, ſed civis Paradyſi vocatus.

437. Intumeſcit ſeditione Gallia, cum plurimi â Romanis deficerent & arma corriperent. Viſigotthi inſuper Galliam infeſtant.

438. Clodius Rex occaſione fluctuantis Galliæ uſus, quæ Galli Romaniq; majoribus ſuis

er-

A. C.

eripuerant, recuperat, magnam partem Galliæ Belgicæ ſubjugando.

440. Apud Autiſiodorenſes inſignibus vitæ meritis effulget S. Allodius Epiſcopus & Confeſſor, cujus memoria feſtiva eſt 28. Septembris.

441. Feliciſſima & Sanctiſſima deprædicatur hoc tempore Lerinenſis inſula, quæ multos Apoſtolicos viros & Pontifices Galliæ ſubmiſerit, illuſtriſſimis titulis â ſanctiſſimis viris cognominata.

443. Clodius Rex fines imperij ſui latè prolatat, & præter ea quæ pridem Gallis ademerat, nunc etiam Tornacum, Cameracum, & plurima loca occupans, prædas ingentes agit, totas provincias ſubjugat.

444. Nec contentus Galliæ Belgicæ ampliſſimo tractu idem Clodius Ambianum etiam Bellovacum munitiſſimaſq; alias urbes expugnat, Romanorum præſidia contrucidat.

445. Miſſus contra Clodium Aetius varia fortuna dimicat, illo regiones pleraſq; ad mare uſque Aquilonare, & occidentem verſus ad Ligerim uſque & Sequanam, Francorum ſceptro ſubjiciente.

446. In obſidione Sueſſionum Phiſo Clodij filius, juvenis generoſiſſimus ſagitta trajectus occumbit, cui pater Rex tantopere condoluit, ut mœrore contabeſcens, mox febri corrept⁹ vita & ipſe excederet. Sub hoc ferè tempus claret S. Honoratus Are-

A. C.

Arelat. Epiſc. cui Collationes Patrum Caſſianus inſcripſit.

447. Meroveus cognomento Audax patri ſuccedit, generoſiſſimos alens ſpiritus, qui bellum Gallicum proſequutus, Regnum ſuum ſupra omnes Francorum Regum anteceſſorum ſuorum conatus & ſortunam ampliavit.

448. Nunc primum Clodium extinctum nonnulli volunt, ſucceſſiſſe Meroveum certum eſt hoc anno, Romanis inter ſe diſſidentibus, Meroveum in occupando Galliarum Regno magnos progreſſus feciſſe.

449. Haud imparem Hilario Pictavienſi cœlo nunc mittit Hilarium Arelatenſium urbs, quem Petrus Damiani, *torrentem fidei igneum* appellat.

450. Invadit Gallias Attila flagellum DEI Hunnorum Rex cum 500. millibus, Burgundionum Rege occiſo in meditullium Regni penetrans, cui nemo conſtantius obnititur S. Lupo Trecenſi, fatentibus Hunnis Attilam à ſolis Lupo & Leone victum fuiſſe, cum pari poſtea conſtantia illi occurreret Romæ S. Leo Papa.

451. Pugna memorabili triumphat de Attila in campis Catalaunicis Ætius, cui Meroveus aderat, cæſis utrinq; 162. millibus. Attilâ ſe in tutiora recipiente.

452. Meroveo deinceps multa gratis conceſſa in Galliis, plura ſive annuentibus Romanis ſive invitis jure belli occupata. Eluceſcunt in tantis tribulationum tenebris SS. Victor

A. C.

ctor Cenomanenſis,& Euphronius Æduenſis Epiſcopi.

453. Concilium Andagauenſe, compoſitis nonnihil Galliæ rebus celebratur. Claret egregia ſanctitate S. Leo Archiepiſcopus Bituricenſis.

454. Meroveo mirâ induſtria & felicitate Francorum rem promovente, & maximam Galliarum partem occupante,maximi & plurimi Reges amicitiam ejus exambiunt.

455. Aëtio ſuperiore anno indigniſſima morte ſublato, nihil porro â Romanis metuens Meroveus, Gallia fere univerſa potitur, Senonum & Pariſiorum præcipuis Urbibus expugnatis, ex quo tempore Gallia eſt Francia appellata.

456. Admirabili vitæ ſanctitate Franciam illuſtrant SS.Eucherius Lugdunenſis & Ambroſius Senonenſis, Epiſcopi, hic 3. Decemb. cœlo illatus hic 16. Novembris Angelis ſociatus. Claret item S. Perpetuus Epiſc. Turonenſis.

457. Moroveus admirabili prudentia & felicitate Rex Francorum & Gallorũ res ita componit,ut veri nunc Germanorum fratres Galli dicerentur cui vicini undiq; Reges miſſis oratoribus gratulantur & fædera ſanciunt.

458. Narbonenſem provinciam mira illuſtrat ſanctitate S.Ruſticus Epiſcopus Divo Hieronymo familiaris, cujus memoria 26. Octobris peragitur. Supremus hic idem annus fuit Regi Meroveo, â quo Merovingi-

A. C.

vingica Regum linea eſt cognominata.

459. Childericus patri ſuccedens, quietiſſimam primùm provinciam nactus feliciter & ipſe rem geſſit, donec per quietem in luxum prolaberetur.

460. Egregium Archiepiſcopalis Arelatenſium Eccleſiæ decus, S. Eonius nunc vitæ exſplendeſcit, cujus feſtum hodie, 3. Aug. celebratur.

461. Apud Arauſienſes illuſtriſſimi ſyderis charitate elucet S. Eutropius eorumdem Epiſcopus, cui ſcribunt Hilarus Papa & Sidonius Apollinaris. Celebratur ſancti viri memoria 27. Maij.

462. Childericus Rex ob licentiam vitæ ſuis exoſus, invocata adverſus ipſum Ægidij Rom. Præſidis ope, Regno pellitur, & apud Thuring. Regem exulat. Theodoric⁹ Rex Narbona per proditionem potitur.

463. Serpit etiamnum altis radicibus per Gallias Arianiſmus, quo errore infectus Germegiſillus Veſuntienſis Epiſcopus exauctoratur & proſcribitur.

464. Evaricus Gotthorum Rex Gallias armis turbat. Ægidius inſolentior Gallis odioſiſſimus redditur. Beogorum Alanorum Regem Italiæ incumbentem Ricimerus in Galliam Ciſalpinam propulſans, ibidem vincit, & ad Benacum interimit.

465. Tumultuantur adverſus Ægidium Romanum Galli, quem ipſi evocaverant, Helvetij Burgundiones, & Wandalos ditione ſua ejiciunt, libertatem aſſerunt. Hoc anno S. Fraternus Epiſcop. Autiſiodor.

ipſa

A. C.

ipſa die ſuæ Ordinationis Martyr efficitur.

466. Apud Avenionem magnis ſe meritis prodit, & verum paſtorem probat Saturninus Epiſcopus, qui ſuperiore anno Conſilio Rom. interfuit. Pulſo Ægidio Childericum Regem ſuum revocant Galli, ſuamq; & ipſi aſſerunt libertatem De Evarico Rege Gallias & Narbonenſes premente, mire triumphat Ecdicius.

467. Quanto odioſior nuper Childericus, tanto nunc gratior, magnis ſe & egregiis facinoribus commendat, eaq; inter Ægidium magno cum exercitu Gallias repetentem profligat, hoc ad Theodoricum Regem confugiente.

468. Childericus nunc fratri ſuo Alberico æquior, in Galliæ Belgicæ, nec non Auſtraſiæ poſſeſſionem ipſum immittit. Hoc primum & ſequenti anno Childericum revocatum ac Regno redditum nonnulli volunt. Certò nil definimus.

469. Childeric⁹ magno cum exercitu Helvetiam invadit & ſubjugat, Burgundos & Alemannos Domam, Wormatiam, Spiram, Argentoratum expugnat, Romanos præſidiarios paſſim profligat.

470. Idem duodecim generoſiſsimos belli Duces cum totidem copiis mittens in ulteriores provincias Galliæ, occupatas in eoſdem dividit, profligatis & expulſis Rom. Virdunenſibus magna ſanctitate & meritis præeſt S. Poſſeſſor.

471. Magnis terræmotibus concutitur Gallia, & Vi-

A. C.

& Vienna prope concidit, magna hominum multitudine oppreſſa.

472. Eligitur Claromontanus ſive Arvernorum Epiſcopus S. Sidonius Apollinaris, vir magnus, & cùm ſanctitate, tùm eruditione celeberrimus.

473. Inter illuſtres orbis & ſæculi hujus viros claret hoc ipſo anno Fauſtus Regienſis, in Archiepiſcopatu Aquenſi, Epiſcopus Monachus Lirinenſis, vir eruditus, qui contra Arianos & Macedonianos multa ſcripſit.

474. Dum Occidentale Imperium in præceps fertur, & quiſq; â ſeipſo Imperator & Auguſtus deſignatur, Franci in Galliis rem ſuam agunt & ſtabiliunt.

475. Memorabile iterum Galliarum ornamentū Gallia ſplendorem immortalem reddit S. Mammertus Epiſcopus Viennenſis, qui Rogationum Proceſſiones ſeu Litanias primus inſtituit, an reſtituit. Viſigothi invadunt Galliam.

476. Odoacer etiam juratus Romanorum hoſtis cum ſuperiore anno & ipſe Romanorum in Galliis reliquias vexaſſet, hoc anno cum Childerico Rege Helvetia & Burgundia Romanos expellit, multaque loca occupat.

477. Childericus in occaſu Occidentalis Imperii multum extollitur creſcitq; omneſq; ad Rhenum urbes occupat, Treveros, Metas, Tullum, Pariſios occupat, Ægidium denuo profligat, Coloniæ obſidet, ut non niſi aſtu ille mortem effugeret.

478. Inter tot rerum mutationes invictus mentis con-

A. C.

conſtantia S. Principius Sueſſionenſium Epiſcopus, frater natu major S.Remigij Remenſis Epiſcopi, præclarè meretur. Ejus memoria ſolemnis eſt 25. Sept.

479. Childericus non augendo ſolum, ſed ſtabiliendo regno intentus OdoacremRegem & Anglo-Saxones ſibi conciliat. Moritur S.Lupus Trecenſis Epiſc.29.Julii, *facile princeps Gallicanorum Pontificum*, uti apud Didonium legitur.

480. S. Firminus miraculorum gloria illuſtriſſimus, Virdunenſium meritiſſimus Pontifex Gallias illuſtrat.

481. Poſt Ægidium Siagrius filius, Romanorum nomine, reliquias Romanorum Præſidiariorum colligit, contra quem multis locis prævalet Childericus, Romanos paſſim debellans.

482. Childericus Siagrio profligato Aurelianenſem & Andegavenſem ampliſſimas provincias occupat, Alemannos quoq; Galliam tentantes propulſat, celebratur concilium Turonenſe.

483. Egregia vitæ ſanctitate Cenomanenſibus prælucet S.Victurius Epiſcopus, qui 40. annorum Epiſcopatu plurimas Chriſto animas lucratur.

484. Feliciſſimo regni ſui ſtatu moriturRexChildericus, poſt quem Clodovæus ejus filius re & nomine Magnus imperat.

485. ApurculusLingonenſium Epiſcopus, poſtea Avernenſis poſt S. Sidonium Apollinatem celebratur, vir ſanctitate non minus celeber quam auctoritate, ad ipſum extat Epi-

A. C.

Epiſtola Ruricij, & Sidonij Epiſcoporum.

486. Supremus hic annus, nunc primum memorato S. Sidonio Apollinari Arvernorum Epiſcopo, miraculorum & doctrinæ gloria clariſſimo, cujus memoria ſolemnis eſt 12. Cal. Septembris.

487. Clodoveus patris inſiſtens veſtigiis, augendo regno intendit, & Romanor. in Galliis reliquiis bello graviter exagitat.

488. Siagrius collecto magno exercitu Clodoveum fortiter aggreditur ab hoc debellatur, & ad Viſigothorum Regem in Hiſpanias profugit.

489. Evaricus Viſigothorum Rex pro Siagrio pugnans dum Clodoveum magno cum exercitu aggreditur, victus in acie occumbit & Clodoveus tota Gallia potitur, primus Monarcha efficitur.

490. Bituricenſibus Archiepiſcopus præeſt Sanct. Simplicius, ſimplici quidem nomine, ſed magna auctoritate, qui populo ſibi credito magnæ præbuit exempla ſanctitatis.

491. Sub hoc tempus duo in Galliis Concilia celebrantur, Arelatenſe & Lugdunenſe, quibus rei Catholicæ plurimum utilitatis acceſsit.. Gundivvaldus Rex Burgundionum Clodovei ſocer Italiæ fines depopulatur.

492. Magno ſplendore Gallias illuſtrant, multi S. Epiſcopi, S Eulalius Nivernenſis, S. Patiens Lugdunenſis, S. Solemnis Carnotenſis.

Clo-

A. C.

493. Clodoveus Rex magno cum exercitu Thuringiam invadit, Regemq; cum liberis & multis millibus profligat ac Regno potitur.

494. Pulcherrimum fundamentum Valentinenſis Eccleſiæ ponit S. Apollinaris primus ejuſdem Epiſcopus, admiranda ſanctitate & miraculorum gloria conſpicuus, cujus feſtiva memoria 5. Octobr. celebratur.

495. Inſigni rurſum victoria potitur Clodoveus profligato Alarici Gotthorum Regis prope Pictav. exercitu illo etiam occiſo & ingenti præda è hoſtibus relata

496. Clodoveus revera Magnus Regni fines ad Ligerim uſq; exporrigit, futurus paulo poſt Monarcha Galliarum.

497. Alemannis haud ita pridem Hunnorum illuvione in anguſtias redactis, ampliora arva querentibus ſeque ad Rheni oras extendentibus extrema minatur Clodoveus, ipſis ridentibus.

498. In Burgundia & Helvetia inquieta omnia Gunderici filiis quatuor de Regno dimicantibus. Theodoricus Italiæ Rex Clodovei exambit amicitiam, ejuſque filiam ducit conjugem.

499. Clodoveus cum ingenti Alemannorum exercitu armis congreditur, & cum ſuis ad Tolbiacum graviter periclitatis, voto de amplectenda fide Chriſti facto, mirabili & memorabili victoria potitur.

500. Idem glorioſiſſimus Rex ſolemniter à S. Remigio Regis baptizatur & inungendus

A. C.

Chryſma è cœlo meretur, liliorum etiam inſignia aſſumit, Gundebaldus Burgundiæ Rex â Clodoveo triumphatur.

501. Illuſtrant Gallias admiranda vitæ ſanctitate & magnis demerentur meritis S. Agritius Senonenſis Epiſcopus, cujus factum ſolemne eſt idibus Junij & Sancti Lupus Sueſſionenſis ac Genebaldus Laudunenſis.

502. Dum inclementius Clodoveus Rex Alemannos tractat, ex his illuſtriores aliquot, in gratiam Theodorici Italiæ Regis ejus generi ſeſe inſinuant, qui â ſocero eligendi Ducis facultatem ipſis impetrat.

503. Clothildis Regina, Clodovæi uxor, fœmina ſanctiſſima, tota eſt in idololatriæ reliquiis Regno eliminandis, ipſaq; non dubitat ſupremum vitæ diſcrimen ſubire, in fano quodam celebri exurendo.

505. Clodoveus Pariſios expugnat, multiſq; aliis Galliæ urbibus potitus, Baſilicam S. Petri nobiliſſimam Pariſiis condit. Argentoratum ab Attila dirutum reſtaurat et munit. Inde movens in Alaricum Viſigotthorum Regem, multas ipſi Urbes eripit.

506. Thuringi â Clodoveo deficiunt, Hermanfridum Regem eligunt, hic Soceri Theodorici Regis opem implorat, & impetrat.

507. Splendoribus ſanctitatis Gallias illuſtrant Sancti Pragmatius Æduenſis, Firminus Metenſis, Galacterius Leſcarenſis, aliique Epiſcopi. In Burgundia Gundevvaldus

Gode-

A. C.

Godegiſilum fratrem Regno pellit, obſeſſum Viennæ & captum enecat.

508. Clodoveus in Gundebaldum movens, paulo poſt univerſo potitus Regno Regem ejicit. Theodoricus Hermanfridum Thuringiæ, Alaricum Aquitaniæ & Hiſpaniæ Reges contra Clodoveum concitat. Hic Theodonem Bavarum contra Theodoricum cum exercitu mittit, & cum Anaſtaſio Imp. fœdere jungitur.

509. Hoc & ſuperiore anno debellat Alaricum Viſigotthorum Regem Clodoveus, totaque potitus Aquitania ipſum ejicit, juſtaq; acie congredi auſum, profligat cum 20000. ipſo etiam interempto, & filio Amalrico in Italiam pulſo: celebratur Concilium Epaunenſe.

510. Doctiſſimus & ſanctitate præcipuus claret S. Avitus Viennenſis Epiſcopus, Arianæ Hæreſeos protritor fortiſſimus. Clodoveus Viſigotthos denuo triumphat totoque Regno potitur, cui Anaſtaſius Imp. Coronam mittit & Patricium creat.

511. Clodoveus in Liguriam movens multa Theodorici Regis loca occupat, hic cum Cæſare reconciliatus ad 30. millia Clodovei profligat, inde Amalricum regno reſtituit, multaſque Galliæ urbes occupat, quos paulo poſt Clodoveus recuperat, & per Theodonem II. Bavarum Thedorico multa negotia faceſsit.

512. Claret S. Silveſter Cabilonenſis Epiſcopus, Clodovinus quidam Clodii Regis nepotem ſe jactans, Regnum ambit à Clodo-

A. C.

veo victus & occiſus Clodoveus Coloniam Agrippinam expugnat.

513. Theodoricus miſſo in Gallias exercitu Arelatum, Marſiliam, Toloſam & Narbonam expugnat cæſo etiam Clodovei exercitu.

514. Moritur Magnus omnino Rex & Heros Clodoveus, ſuccedentibus filiis quorũ Childebertus Pariſijs, Clotarius Sueſſionibus, Clodomirus Aureliano, & Thedoricus nothus Mediomatricibus potiuntur.

515. Magna ſydera Gallias multo illuſtriores firmamento reddunt è quibus præ cæteris hoc anno elucëſcunt Sancti Gillardus Rotomagenſis, Vitonus Virdunenſis & Gregorius Lingonenſis, Epiſc.

516. Clodomirus Aurelianorum Rex Sigiſmundum Burgundionum Ragem bello vincit, captumque cum duobus filiis in puteum præcipitat & lapidibus obruit.

517. Burgundiam totam expugnat Clodomirus, Regnoque ſuo adjicit, Sigiſmundus â morte miraculis illuſtratur.

518. Occumbit hoc anno illuſtriſſimum Regni Galliarum ſydus S. Euphraſius Claromontenſis Epiſcop. cujus meminit Gregorius Turonenſis l. 2. c. 36.

519. De Noviomenſibus præclare meretur Sanct. Medardus Epiſcopus, frater geminus S. Gildardi Archiepiſc. Rotomagenſis, uterq; 8. Junij cœlo illatus.

520. Gundemarus Sanct. Sigiſmundi Regis frater collecto exercitu Burgundiam invadit, Regno plene potitur, Clodomirum congredi

A. C.

gredi auſum profligat multis millibus mactatis & captis.

521. Clodomirus Aurelianorum Rex à Gundomaro fugam ſimulante in inſidias pertractus occiditur, relictis filijs Theobaldo & Guntramo.

522. Ulturi mortem fratris, Childebertus & Clotharius, magno cum exercitu in Burgundiam movent, expugnatiſque munitioribus quibuſque locis Godemarum Regno exuunt, qui ad Wandalorum Regem in Africam ſe recipit.

523. Prædicti Reges Aurelianenſe quoque Regnum inter ſe partiuntur, liberis fratris ſui innocentiſſimis non ſolum excluſis, ſed nequiter mactatis.

524. Theodoricus Mediomatricum Rex Hermanfridum Thuringiæ Regem bello petit, duobus an tribus conflictibus triumphat multis millibus cæſis, ipſumq; Regem Scheidingæ obſidione premit.

525. Expugnat Scheidingam Theodoricus, multaque millia cum Rege eorumdem mactat. Cum autem Clotharius Hermanfridi ex fratre neptem duxiſſet, fratri de Regno litem movet, inde cruenta inter fratres prælia.

526. S. Remigius familiariter per litteras agit cum magno illo Aſcetarum Patriarcha & inſtitutore Benedicto, commeant hinc inde utriuſque diſcipuli; manet cum Remigio S. Romanus Benedicti diſcip. creatus paulo poſt Abbas Metuniacenſis.

527. Nunc primùm Hermanfridum Regem à

A. C.

Theodorico occiſum nonnulli volunt,& Tolbiaci è mœnibus præcipitatum. Fratres de Burgundiæ Regno multum litigant.

528. Nunc à verbis ad arma ventum, cum Clotharius ferro ſibi viam in regnum aperiret, Theodoricus pro viribus ſe defenderet,cœlo ipſo, magna ventorum turbinis & fulminis impetu exercitus diſſipante.

529. In cœlum evolat S. Vitonus ſive Videnus Virdunenſis Epiſcopus poſtquam multum populum Chriſto lucratus eſſet,ſuccedit S.Deſideratus.

530. Senonenſibus miro ſanctioris vitæ exemplo conſulit, & magnis meritis creditos ſibi populos demeretur S.Heraclius Epiſcopus.

531. Concilio Romano ad quod plurimi Galliarum convenerunt Epiſcopi,interfuitque ſpecialiter vocatus S. P. Benedictus novi Ordinis Inſtitutor tanti viri diſcipulorumque illecti exemplis Franci certatim colonias Galliæ efflagitarunt.

532. Theodebertus,Theodorici Regis filius cõcitat Burgundos perſuadetque hoſtiliter Liguriam incurſare.

533. Pulcherrimo Cathedralis Eccleſiæ initio, fundamentum egregia vitæ Sanctitate Bononienſis Epiſcopatus, jacit S. Antimundus primus Pontifex S. Remigij diſcipulus ab eodem miſſus.

534. Remigio inprimis ipſo adnitente aliiſque Galliarum Epiſcopis, plurima diverſi inſtituti Cænobia S, Martini Turonenſe, Liri-

A. C.

Lirinenſe aliaque Regulam S. Benedicti amplectuntur, repleturque Gallia Sanctorum copia Monachorum.

535. Apud Æduenſes laborat ſtrenue multaſque animas Chriſto lucratus S. Agrippinus eorumdem Epiſcopus, quo ipſo anno Tungrenſis creatur Epiſcopus S. Eucherius, cujus anniverſaria celebratur memoria 20. Febr.

536. Magno Chriſtianæ rei augmento Galliarum ornamento, Concilium hoc anno ſolemne Aurelianis celebratur.

537. Illuſtrant Gallias honoratiſſimo ſanctitatis nomine & ſplendore Sancti Honoratus Bituricenſis, & Eleutherius Antiſiodorenſis Epiſc.

538. Cœlos triumpho replet feliciſſimus ad ſupera tranſitus D. Mamerti Viennenſis Epiſcopi, magnorum meritorum viri, magniſq; laudibus celebrati.

539. Eminet ſimiliter meritis & ſanctitate in Archiepiſcopali Senonenſi Cathedra S. Leo Epiſcopus, cujus feſtum 22. April. celebratur.

540. E Galliis novum Divi Benedicti inſtitutum ad Scotos Hybernoſque derivatur, viris quibuſque ſanctiſſimis certatim illi ſeſe Regulæ devoventibus.

541. Magnus Sacerdotum Chriſti & Pontificum ſanctiſſimorum numerus Gallias hoc tempore juvat & ornat è quibus SS. Flavius Rotomagenſis, Ætherius Carnotenſis Arcadius Bituricenſis mire exſplendeſcunt.

A. C.

542. Arelatenſium æternum decus floret hoc tempore Sanct. Cæſarius Epiſcop. qui ſub Regula Divi Benedicti Monaſterium S.Crucis Arelate condidit, tribuſq; Conciliis, Agathenſi, Arauſticenſi & Vaſionenſi præfuit.

543. Magnus ille & lectiſſimus Divi Benedicti diſcip. S.Maurus in Gallias mittitur, & mirabilia operatur.

544. Sanctiſſimus Monachorum Patriarcha, & Imperator Benedictus Caſini moritur, cujus paulo poſt totis Sacris exercitibus Gallia impletur, S.Maurus autem, glorioſiſſimum ejus aſcenſum mirabiliter intuetur.

545. Sequitur hoc anno quem unicè coluerat Benedictum S.Remigius, Galliarum magnus Apoſtolus, ſed & S.Cæſarius Arelat. egregij Galliæ Tutelares.

546. Remigio ſuccedit S Romanus Magni Benedicti diſcip. Abbas Metuniacenſis, idem immortali de Regnis Galliarum merito, Monaſtici Ordinis mirificus Propagator & Zelator. Concilium Epaunenſe celebratur.

547. Mirificè afficitur ad S. Maurum Abbatem Theodobertus Rex, tanta erga diſcipulos ejus reverentia, ut ad pedes eorum proſtratus non prius ſurgeret quam â Mauro elevatur.

547. Memorabili Galliarum fructu Pſalter. Marianum â Divo Mauro & diſcipulis latè propagatur, mira benedictio Numinis conſequitur.

Supre-

A. C

548. Supremus hic annus fuit TheodobertoRegi optimo cum in vẽatione urſum ferociſſimum ferro impeteret,hujus vero impetu in arborem facto ramus decidens caput Regis lethaliter vulneraſſet.

549. Succedit optimo parenti optim⁹ filius Theobaldus *Rex*, inſtitutorem S. Maurum nactus,à cujus juſſis non aliter atque parentis dependebat.

550. Inſigne etiam Regni ampliſſimi ornamentum multi magna vitæ ſanctitateEpiſcopi S.Paternus Abrincenſis, S.Aurelianus Arelatenſis, S.Agericus Virdunenſis, S. DomitianusLeodienſis plurimum à meritis celebrantur.

551. Memorabili contemptus rerum terrenarum exemplo S. Clodoaldus Clodomiri Aureliorum Regis filius,& S. TichildisClodoveiMagni filia,purpuram cucullo poſt habent & Monaſticen profitentur.

552. Amingus, Bucelinus & Leutharius Theodebaldi Regis Duces prope Tanetum Campaniæ cum Narſete congreſſi, priores duo fortiter occumbunt,tertius morbo decedit, filiis & Regi magnos theſauros relinquens.

553. E theſauris & ſpoliis bello relatis, & hæreditate patris, magnam partem in condenda Cænobia inſumit *Rex* Theobaldus, Sanctioris jam Galliæ ſydera, Firmamenti cæleſtis æmula multiplicantur.

554. Huc primum referunt alij Victoriam

A. C.

Narſetis de præfatis Galliæ Ducibus, horum exercitu majorem partem lue contagioſa abſumpto.

555. Moritur abſq; liberis Rex Theobaldus Princeps Religioſiſſimus, plurimis relictis religioſæ pietatis monimentis.

556. Childebertus Rex non minus in Sanctos viros profuſus ſub hoc tempus condens Regale Monaſterium S. Vincentij Pariſienſe, ex quo mox magnus Sanctorum numerus prodiit totumque beavit Regnum & illuſtravit.

557. In Saxones & Thuringos movet Rex Clotharius, & de ipſis feliciter triumphat. Moritur S. Deſiderius Archiepiſcopus Bituricenſis.

558. Theodoberto Rege extincto fit deniq; monarcha Galliarum Clotharius, qui Divo Mauro propior factus, cum cæteroquin crudelis & ambitioſus fuiſſet, mire converſus, magno Regni commodo, totum ſe Divo Mauro permiſit.

559. Regnum univerſum ornat, Regeſque immortaliter demeretur S. Marculphus Abbas, â quo Regibus prodigioſa illa ſtrumas curandi gratia eſt impetrata.

559. S. Briocus ex Monacho S. Vincentij Armoricæ Apoſtolus & Epiſcopus Idololatriam magno merito profligat, æternus ſuæ ſedis Tutelaris.

560. Gallias inſigniter illuſtrat S. Leonardus Abbas Novalitienſis, cujus honori deinceps â morte, innumeræ pene toto orbe conditæ ſunt Eccleſiæ.

Aliud

A. C.

561. Aliud in Gallia Aremorica, ſive ut vocant hodie, Minore Britannia exſplendeſcit ſydus S. Machuntes ſive Maclovius ex Monacho Epiſcopus, mortuorum reſuſcitator mirificus, ipſe vere Macrobius 133. annorum mortuus.

562. Sanctorum Germani Pariſienſis,& Sampſonis Dolenſis, aliorumque è Monachis Epiſcoporum merita nemo explicare ſatis poteſt,tantum ſub tantis viris efflor eſcit res Catholica in Galliis.

563. Concubitur belli motibus regnum, Chramno naturali filio Clotharij nova moliente, & cum Aquitano adverſus patrem conſpirante.

564. Memorabili felicitate ſancti gemelli Medardus & Gildardus Epiſcopo eadem die hoc ipſo anno cælis immigrant. Chramnus victus â patre, dum ex fuga in caſam ruſticam cum uxore & liberis ſe recipit,caſu cum ijſdem exuritur.

565. Supremus hic annus Clothario Regi fuit, â cujus morte Monarchia in filios diviſa evanuit, S.Radegunda Uxor vitæ Monachicæ ſe devovit.

566. Partiuntur inter ſe regna filii,AribartoFrancorum & Pariſiorum, Guntramo Aurelianenſe,Sigeberto Auſtraſiæ,Chilperico Sueſſionum ceſſit, Trecorenſis Epiſcopatus initia S.Tudvvalo debenturAbbati Lambalienſi.

567. Hunni invadunt Galliam,quibus prope Metas Sigebertus Rex occurrit, multa millia cedit,captus tamen ab iiſdem effugit,

A. C.

mox tamen pacem compoſuit, Theodobertus fratris filius multa ipſi interea loca eripit.

567. Sigebertus & Chilpericus dum ille ſua recipere conatur, colliduntur fit multa ſanguinis effuſio, Sigebertus utitur fortuna meliore.

568. S. Alaphus Abbas primus author cognominati â ſe Epiſcopatus, & ejuſdem â morte meritiſſimus Tutelaris.

569. Memorabili fructu rei Chriſtianæ duo hoc anno in Galliis Concilia celebranturTuronenſe & Lugdunenſe, quibus multi S. Epiſcopi adſunt.

570. S. Droctoveus S. Germani diſcip. ab admiranda ſanctitate celebratur.

571. Inquietiores res Galliæ, Regibus ſuper diviſione Regnorum cum verbis per Legatos, tùm armis ſubinde contendentibus.

572. Gallis atque Hiſpanis ſuper Paſchatis celebratione contendentibus & his 20. Martij, illis 17. Aprilis celebrantibus, Hiſpanis fons baptiſmalis Paſchate evaneſcit.

573. Aribertus ſive Cherebertus Rex moritur nullo hæredeRegni relicto, inde nova ſuper hæreditate, Regum contentio.

574. Pergunt dimicare de Regno Reges, Chilperico, totum demortui fratris Regnum ſibi vendicante, & pro hoc pugnante.

575. Sanctorum virorum opera res deniq; componitur ab arbitris permittitur, Longobardis Galliam tentantibus â quibus S. ArnulphusAbbas Novalitiæ Martyrio afficitur.

Gun-

A. C.

576. Guntramo Aurelianenſium & Sigeberto Auſtraſiorum Regibus, ſuper regione quam Provinciam vocant dimicantibus, Longobardi irruentes multos Gallorum in captivitatem abripiunt.

577. Longobardi Aurelianenſis etiam Regis Guntrammi hoc anno irrumpunt in ditiones Burgundiam nimirum, Vicariumque ejus Amatum cum omni ferè exercitu mactant.

578. Sigebertus cum Ennio Mumulo fratris Duce Longobardos premit, cogitq; pacem petere, & vectigal annuum promittere 12000. aureorum; inde in Theodobertum movet, eumq; cum exercitu profligat, Chilperic etiam patrem ejus Regno ejicit, Sueſſionemq; & Pariſios expugnat.

579. Tornacum uſque profugum Childericum, ibid. hoc anno Sigebertus obſidet, verum Fredegundis Reginæ ſcelere, â duobus juvenibus in caſtris perimitur. Ita Childericus Regnum recipit, Brunechildem Reginam capit, Childebertus filius eripitur.

580. Childebertus Metis Rex Franciæ, Burgundię & Thuringiæ coronatur, â quo Gerboldus Bavariæ Dux deficit. Gallia terræmotibus concutitur.

581. Chilpericus Rex Armoricam bello petens, Regno potitur. S. Gregorius Turonenſis Regno præclare conſulit, Regis inſolentiam inſigniter compeſcit.

582. Longobardi denuo Galliam vaſtant, Clodoveus & Merov. Chilperici filij Fredegūdis novercæ ſcelere occiduntur. Iterum

A. C.

duo in Galliis Concilia, Cabilonenſe & Matiſconenſe celebrantur.

583. S. Salvius Albigenſis ex monacho Epiſcopus, immortali merito, Chilpericum ad Sabellianiſmum inclinantem revocat, Regnum eodem periculo liberat.

584. Chilpericus ab Imp. exoratus in Longobardos movet eoque adigit, ut tributum 120000. florenorum pollicerentur. Tumultuantur denuo Reges ſed mox componuntur.

586. Chilpericus â venatione rediens Fredegundis ſcelere jugulatur Thaumaturgus ille Galliarum, S. Eparchius Abbas moritur.

587. Magnus ille Sulpitius cognomine Severus claret, ex Abbate Bituricenſis Archiepiſcopus, pro omni vitæ merito ſingulariter commendandus.

588. Chramnum impoſtor aliquis Clotharij Regis filium apud Imp. ſimulat rogatâque Imperatoris ope Galliam invadit, donec Guntramus Rex ipſum ferro reprimeret. Clarent SS. Eventius Viennenſis & Joan. Aven Epiſcopi.

589. Concilium Narbonenſe celebratur. Gunthrammus Rex celeberrimum Cabilonenſe fundat Cænobium.

590. Childebertus Rex tres exercitus conſcribit, unum contra Gerboldum Boium, ipſum provincia ejicit Theſſalonem inducit, alteros duos contra Longobardos, quibus plurimas urbes eripit.

591. Guntramus Rex impoſtorem Gundevvaldum, ipſo & multis millibus cæſis profligat,

A. C.

ſligat, qui jam Pariſiis imminebat. Illuſtrant Gallias SS. Prætextatus Rotomagenſis, Domnolus Cenomann. & Verarrus Cabil. Epiſcopi.

592. Agilulphus Longobardorum Rex, multa quæ Childebertus ceperat recuperat, cum ipſo tamen paciſcitur & Amicitiam ſancit.

593. Guntramus Religioſiſſimus Rex moritur plurimis relictis egregiæ pietatis monimentis. Claret Vitalis Epiſcopus Veſontinenſis.

594. Perlectiſſimo S. P. Mauri diſcipulos uſus Pſalterij Mariani longè lateq; per Gallias propagatur, & utiliſſime uſurpatur.

595. Magnus ille Hæreſum obtritor, Regum terror & inſtitutor S. Gregorius Turonenſis moritur. Claret S. Palladius Epiſc. Santonenſis.

596. Illuſtriſſimi ſyderis in Gallia vices obit, Virgilius Arelatenſis ex Abbate S. Symphoriani Epiſcopus ad quem ſæpè ſcribit Greg. Magnus.

597. Childebertus Rex affectans Clotharij Junioris tutelam vincitur, cæſis gravi clade viginti millibus.

598. Illuſtrant Gallias ſimulque magnis meritis demerentur Sancti Arthemius Senonenſis Archiepiſcopus, & S. Siagrias Epiſc. Æduenſis.

599. Impia Fredegunda Regina Childebertum Regem ejuſq; conjugem veneno tollit, etſi Sigebertus mortem hanc poſt triennium referat.

Theo-

A. C.

600. Theodoricus Childeberti filius Burgundiæ & Aurelienſi *R*egno inauguratur; Theodobertus nothus Auſtraſiæ regno potitur. Hic mortem patris ulturus, â Fredegunde triumphatur.

601. Theodobertus & Theodoricus contra Fredegundam ejúſque filium Clotharium movent, coguntq; reddere quæ ſuperiore anno occupaverat.

602. Brunechildis & Fredegundæ *R*eginarum, impiam ambitionem, jurata odia & ſitim ſanguinis multi viri ſancti ſopire moliunter quos inter S. Columbanus Abbas alijq; præclare merentur.

603. Brunechildis etſi impia, grata tamen piè monentibus plurima paſſim magno ſumptu condit Cænobia, tot quidem, ut pene incredibile videri poſſit.

604. Horribilis rerum caritas totum vexant orbem terrarum. Clarent Sancti Nicetius Biſantinus & Magnus Aurelianenſis Epiſcopi.

605. Dum Fredegundis & Brunichildis, odiis & inſidiis ſeſe ac *R*eges impetunt, *R*egna quotidianis metu ac motibus turbantur. B. Deſiderius Viennenſis Epiſc. ſalutaria monens in exilium ejicitur.

606. Clotharius inſtinctu Fredegundæ Theodoricum bello petit, & *R*egnum ejuſdem invadit. Adoaldus Rex Longobardiæ ducta Theodoberti filia, pacem ſancit perpetuam.

Tri-

A. C.

607. Triumphat de Clothario Theodoricus, non ſine multo utriuſque partis ſanguine. Dum ille ulciſci ſeparat repente mutati pacem ſanciunt. Similiter Theodoricus & Theodobertus conveniunt quos Brunichildes colliſerat.

608. Prothadio à militibus interfecto, quod pacem fratrum turbare conaretur ejus loco Claudius Major domus conſtituitur.

609. Ducit Ermenburgam Theodoricus *Rex* Betterici Gotthorum *Reg*is in Hiſpan. filiam, quam paulo poſt ſuaſu Brunechildis repudiat; hujus etiam ſcelere Sanct. Deſiderius Viennenſis Epiſcopus, paulo ante ab exilio revocatus lapidatur.

610. Bettericus injuriam repudii filiæ ulturus, trium aliorum *R*egum auxiliis adjutus, bellum contra Theodoricum parat. Claret Sanct. Apollinaris Bituricenſ. Epiſcopus.

611. S. Columbanus quod Theodoricum ob ſcelera & adulterium redargueret. Luxovio pulſus, ad Clotharium, ac dein Theodobertum devenit. Hic de *R*egno cum fratre contendens, Alſatiam illi eripit.

612. Hoc primum anno S. Deſiderium Epiſcopum Viennenſem nonnulli lapidatum contendunt. Theodoricus & Theodobertus arma denuo parant, prædictamq; à S. Columbano Numinis vindictam accelerant.

613. Theodobertus poſt magnam utrinq; ſtragem à fratre victus Coloniam effugit, ite-

A. C.

iterumq; victus, captus, tonſus, demum inſtinctu Brunechildis occiditur.

614. Theodoricus veneno perit, an fulmine, Sigeberto filio notho ſuccedente. S. Walbertus Meldenſis Epiſc. celebratur.

615. Hoc an ſequenti anno, dum Sigebertus in Clotharium moveret, deſertus à ſuis captuſque & juſſu Clotharij interemptus, Brunechildis autem indomitis alligata equis & diſcerpta eſt.

616. Clotharius, uti prædixerat S. Columbanus, Monarcha effectus, quanto altior tanto factus modeſtior, & ſacra magis curat, & omnes ſibi conciliat.

617. Concilio ſolemni in Galliis celebrato, contra Photini & Bononij Hæreſes nemo tam idoneus, quam Luxovienſes Monachi declarantur & deſignantur.

618. Terræmotus ingens per Europam univerſam, ſequuta ſcabies quædam peſtilens, quæ tantopere deformabat homines, ut mortui non noſcerentur.

619. Warinus ſive Warinharius Major Domus Regiæ & conſanguineus Regum, ſuſpecte potentia an fide reconciliatus in munere confirmatur.

620. In Hæreſibus Gallia & Germania exterminandis ſucceſſu felici ut magno labore impetrant Luxovienſes.

621. Clotharius Rex, regia generoſitate & liberalitate, flagrantibus Longobardis tributum annuum remittit. Vandali Saxonesq; à Clothario deficiunt, Thuringiam invadunt,

A. C.

622. Sa

623. Cl

624. Re

625. Ill

626. D

627. D

628. S

A. C.

vadunt, Bernvvardum Aſcanium Regem creant.

622. Saxones denuo Thuringiam invadunt, jugum Francorum excutiunt, plures urbes occupant, ſic ut cogeretur Clotharius arma in rebelles corripere.

623. Clotharius Thuringiam denuo ſubjugat, Dagobertum filium Regem renunciat, Saxones & Bernvvardum acriter inſequitur cogitq; in annos ſingulos 500. boves pro tributo pendere, certe promittere.

624 Rebelles denuo Saxones Thuringiam occupant, urbes occupant, præſidiarios mactant, Sancto Arnulpho & Pipino Duci Dagobertus Rex commendatur.

625. Illuſtrat Gallias S. Romanus Rotomagenſis Archiepiſcopus filius Benedicti & Felicitatis è proſapia Regum Galliæ, & S. Senecius Archiepiſc. Senon.

626. Dagobertus contra Saxones & Thuringos movet, multas urbes recuperat, ſed â Rege ipſorum Bertholdo cæſus, fugatusq; graviter ipſe vulneratur.

627. Dagobertus ipſe filio adeſt, & cladem ſuperiorem ultus, Bertholdum cum exercitu occurrentem grandi clade profligat, & mactat.

628. Saxones denuo hoſtes, novo Tyranno electo, Urſo nimirum, tributum negant & hoſtiliter graſſantur, quos Clotharius generoſiſſime invadit. Urſum in Italiam uſque exigit, nulli ætati parcit, & plenè Thuringiam ſubjugat.

Im-

A. C.

629. Immortale Regni Gallici decus S. Amandus Ogienſis Monachus converſioni multarum gentium juſſu Apoſt. Petri intendit. Comitia ſolemnia Regni Clippiaci.

630. Moritur generoſiſſimus ſimul & glorioſiſſimus atque religioſiſſimus Rex Clotharius, cui ſuccedit filius Dagobertus.

631. Magnus Galliarum Patronus S. Licinius Andegavenſis Epiſc. Cincillacenſis Monach. meritis graviſſimis locuples in cœlum evolat.

632. Heribertus Dagoberti frater Vaſconiam invadens Regno ſuo adjicit Dagobertus ſanctiſſimis uſus Conſiliarijs SS Arnulpho & Cuniberto Epiſcopis mirâ felicitate Regnum gubernat.

633. Heriberto mortuo frater ejus Dagobertus in regnum & magnos theſauros ſuccedit, & tres exercitus contra Sclavos mittit, qui Thuringiam inſederant & vaſtaverant.

634. Saxones Sclavos Thuringia ejicere promittunt ſe tributo 500. taurorum liberarentur, idq; â Rege impetrant.

635. Tentant varia fortuna Sclavos redditi ſuæ libertati Saxones & fidem ſaltem ſuam Dagoberto probant, donec, ut audiemus, vincerent.

636. Ratholphus Thuringiæ Dux, cum Sclavis ſæpius feliciter congreſſus, ſenſim animum ad rebellionem attollit. Scribunt nonnulli Sighardum Angriæ Principem â Saxonibus hoc anno Regem ſalutatum.

Illu-

A. C.

637. Illuſtrant Gallias ſanctitate, meritis juvant SS. Ætherius Vienneṇſis & Donatus Veſontinenſis Epiſc.

638. Vaſcones rebellare conatos, miſſo exercitu compeſcit Dagobertus, & Britonum Regi veniam roganti reconciliatur.

639. Revocat ab exilio S. Amandum Rex ab illo ad ſaniora converſus magno Regni emolumento, donatus quam primum filio, qui ab Amando baptizatus, cum nemo reſponderet ipſe AMEN reſpondit.

640. Cælitibus accenſetur hoc anno Magnus ille & ſanctiſſimus Bituricenſium Archiepiſcopus, Sulpitius cogn. Pius, cui paulo poſt mortem magni honores ſunt habiti.

641. Sequitur hoc anno Sulpitium, alter poſt DEUM & cælites Galliarum Regni conſervator S. Arnulphus Metenſis Epiſcop. Regum opt. Inſtitutor præliatur ſatis feliter contra Sclavos, Beringerus ab Aſcania cum Saxonibus.

642. Victi multis cladibus â Beringero Sclavi Thuringia excedunt, Saxoneſque tributo ob rem bene geſtam liberantnr. Apoſtolicis meritis claret S. Richarius,

643. Dagobertus Rex in gratiam S. Amandi Argentinenſem condit Epiſcopatum, & multis poſſeſſionibus locupletat.

644. Dagobertus Rex in filios Regna partitur. Idem condit potentiſſimum illud & verè regium S. Dionyſij Pariſienſe Cænobium, cujus Baſilicam ſolemniter Chriſtus Dominus ipſe conſecrat.

Memo-

A. C.

645. Memorabili certamine & inaudito in Galliis contendunt SS. Judicael & filii de Regno deſerendo, non occupando, dum quibus cucullum Regno præfert. Ipſo anno moritur magnus Rex Dagobertus in S. Dionyſij ſepultus, alij aliter.

646. Clodoveus & Sigebertus Reges, litterarum ſtudia per Monaſteria ſummo ſtudio promovent. Hoc anno ſuperſtitem Dagobertum Vaſcones oppreſſiſſe nonnulli volunt. Fit Epiſcopus Noviomenſis S. Eligius.

647. Nunc primum exceſſiſſe à Vivis Dagobertum Regem volunt aliqui, uti parte prima retulimus, neq; hic definimus, majori operi ejuſmodi reſervantes. Moritur ſub hoc tempus magnus ille Sulpitius Epiſc. Bituricenſis.

648. Diverſas Galliarum provincias Apoſtolico labore immortaliter demerentur SS. Furſeus, Ultanus, Foillanus Reges Monachi. Beringerus à Saxonibus delectus Rex à Clodoveo Rege deficit.

649. Majores domus, ſive Aulæ Regiæ præfecti ab hoc ferè tempore Regibus in Gallia imperare potius ſoliti, quam inſervire, graviſſimis inde incommodis Regna prementibus. S. Amandus Epiſcopatum deſerit.

650. Illuſtrant Gallias egregia vitæ ſanctitate multi egregij Pontifices, è quibus SS. Gratus Cabilonenſis & Remachus Laudunenſis celebrantur.

Sige-

A. C.

651. Sigebertus *R*eligioſiſſimus *R*ex ſub hunc ferè annum, duodecim ſolus ipſe fundat Cænobia, quæ *R*egia dotat magnificentia.

652. Ex Hibernia & Scotia, tota Sanctorum Monachorum agmina in Gallias commigrant, & *R*egnum demerentur.

653. Gallias magnæ ſanctitatis fulgoribus illuſtrat S. Geneſius Archiepiſcopus Lugdunenſis, Abbas Fontanellæ à magnis.

655. Sigebertus *R*ex optimus Judæos omnes Chriſto nomen dare nolentes Franciæ *R*egnis ejicit.

656. Idem præſtantiſſimus ſanè *R*ex nunc altera vice moritur olim juvenis à S. Arbogaſto, cum ab abro occiſus fuiſſet ad vitam revocatus, Grimoaldus detruſo in Monaſterium ejus filio Tyrannidem invadit.

657. Ercembaldus ſive Erconvvaldus miſſus à Clodoveo contra Tyrannum ejusque intruſum *R*egno filium eos grandi clade profligat. Moritur in exilio Dagobertus Sigeberti filius.

658. Capitur Grimoaldus filio in acie cæſo. Clodoveus Childericum filium *R*egem Auſtraſiæ creat. Concilium Pariſienſe celebratur.

659. Moritur magnus ille & Sanctiſſimus Noviomenſium ex Abbate Solemniacenſi Epiſcopus Divus Eligius, ſuæ deinceps ſedis Patronus, de *R*egno longè meritiſſimus, vir verè Apoſtolicus.

660. Admirandis omnino meritis Galliarum *R*egnis conſulit, & decus immortale addit S. Wan-

A. C.

S. Wandregiſilus Abbas, Sanctiſſimorũ diſcipulorum feliciſſimus inſtitutor, qui omnes dein Cathedras ornavêre.

661. Childericus Rex juvenis ſegniter Regnum adminiſtrans, multis malis viam aperit, Regum non minus perniciem, quam populorum conferentibus. Vita excedit S. Andimarus Taruanenſium Apoſtolus.

662. Magnis meritis Caletenſes hoc & ſuperioribus annis demeretur S. Wandregiſilus iiſdem ad Chriſti fidem converſis. Moritur eodem anno Clodoveus Rex ſuccedit Clotharius. Celebratur Concilium Clypiacenſe.

663. Gallias Sanctitatis fulgoribus illuminat S. Nivardus ex Monacho Luxovienſi Remenſis Archiepiſcopus, miraculorum gloria clariſſimus.

664. Totam Sanctorum Monachorum cohortem, cum Aygulpho Abbate per Martyrium cœlo tranſmittit Gallia, ex Inſula Lirinenſi, potentiſſimo ibidem Patronos nacta & deprecatores.

665. Memorabili exemplo S. Bathildis potentiſſima Galliarum Regina Regno valedicens cucullum in condito â ſe Calenſi Cænobio amplectitur.

666. Noviomenſi Eccleſiæ RegnoqueGalliarum multis modis piè conſulit S. Mummolenus ex Monacho Luxovienſi ejus loci Epiſcopus.

667. Iterum alius ad cælos proRegnoGalliarum Tutelaris evolat S. Goericus Metenſium Pon-

A. C.

Pontifex, poſtquam magnis meritis Regno ſe commendaſſet.

668. Ebroinus Major Domus Regiæ, in ſanctiſſimos quoſque viros optimoſque Regum Conſiliarios impie graſſatur.

669. Moritur Clotharius cumq; ipſo Regum extinguitur gloria. Clarent S. Landericus Pariſienſis Archiepiſc. & Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis.

670. Peſſime omnia aguntur in Gallijs Ebroino Theodoricum juniorem Clotharij fratrem in Regnum intrudente, illo voluptatibus dedito omnia negligente.

671. Regno exturbatur Theodoricus fratre ſeniore Childerico ſubſtituto, qui benè initio juſtitiam coluit, factus dein omnibus inviſus.

672. Admirandus omnino in vita omni Magnus ille Audœnus Rotomagenſis Archiepiſc. poſt redditam Regno Galliarum pacem Romam pergit, ubi grandi ſalutatus prodigio cum Divinis reſponſis in Galliam revertitur.

673. S. Begga Caroli Martelli avia Regiæ familiæ immortale decus effulget, miraculum S. conjugis, Regij generis ſcaturigo generoſitatis.

674. Ebroinus Major Domus ſanctiſſimos viros denuo exagitat, cui S. Philibertus Abbas in faciem obnititur, idem magnis meritis Gallias demeretur.

675. Luit morte S. Leodegar. egregia de Regno merita ab impio Ebroino longo & horrifico Martyrij genere ſublatus. Dat paulo

A. C.

poſt pœnas tot ſcelerum Tyrannus, & S. Lambertus aliique ab exilio revocantur.

676 Magnus ille Audœnus exardeſcentes in grave bellum controverſias Pipinum inter & Giſlemarium Duces conſopit, Gallias grandi metu liberat.

677. Iterum pacis auctor Magnus Audœnus novas Auſtraſios inter & Francos diſcordias tollit, ipſo anno mortalibus ereptus.

678. Tyrannicè & temere imperat ſuis Childericus etiam â morte facinoribus Ebroini aſuetus, ut fratrem olim Regno pulſum reſtitui cuperent.

679. Idem in venatione una cum prægnante Regina â Badilone occiditur quod hunc genere nobilem virgis caſtigari juſſiſſet, extrahitur è Cænobio ad Regnum Theodoricus olim pro meritis exauctoratus.

680. Peſſimus Regni ſtatus ſub negligentiſſimo Rege, cui tamen Sanctorum virorum induſtria multis modis conſulit.

681. S. Auſtrebertus Rotomagenſium Archiepiſcopus, illuſtriſſimum Regni fulcrum, præcipitantem ejuſdem fortunam ſuſtinet, multa mala avertit.

682. Sub eodem præſide Rotomagenſe hoc anno Concilium celebratur, & rei Catholicæ ſtrenuè atq; Regno conſulitur.

683. Metenſis Eccleſiæ univerſæque Galliæ incomparabile ornamentũ effulget S. Clodulphus ex Auſtraſiæ potentiſſimo Duce Monachus ac dein hujus ſedis Epiſc. miraculorum gloria illuſtriſſimus.

A. C.

684. Reſtituit collabaſcens ignavia Regis Galliarum Regnum Pipinus Dux Major domus Regiæ, & immortaliter meretur.

685. Illuſtrat inſigni vitæ ſanctitate Baiocenſem Eccleſiam S. Gerboldus Epiſcopus. Referunt nonnulli ad hunc annum Conciliabulum Galliæ contra SS. Lambertum & Leodegarium, ſed de Ebroini interitu ſupra qui Conciliabuli auctor fuiſſe memoratur.

686. Supremus hic annus S. Pharaoni Meldenſi Epiſcopo fuit, Aulæ olim Regiæ fulcro, Regni dein Patrono ſingulari, cujus admiranda vita extitit.

687. Regni conſervator Pipinus pro tantis meritis ab Rege armis impetitur, hic ab illo profligatur, capitur, Regnoque redditur, Pipino deinceps ſancte & religioſiſſime Regis ac Regni curam habente.

688. Hermanfridus contra Ebroinum hoc anno pugnaſſe â nonnullis ſcribitur ipſumque occidiſſe. Sed rationi temporum ex ſuperioribus adverſari videtur. Sub Pipino Regnum mire eſſloreſcit.

689. Non minus illuſtre ſydus Meldenſi Eccleſiæ obtigit â morte S. Pharonis S. Hildebertus Epiſcopus Luxovienſis Monachus, ob eximia merita Sanctorum deinde albo adſcriptus.

690. Admirabilis ille meritis & vitę ſanctitate Arvernenſium Pontifex. S Bonitus claret, â Deipara ſacra veſte donatus & ſacris coram ipſa operari juſſus.

A. C.

691. Apud Boloniam Franciæ ſtupendis prodigijs effulget S. Vulmarus Abbas, de Regno non minus â morte quam in vita meritus. Moritur S. Mommolenus Noviomenſis Epiſcop. Contractus mortem Theodorici ponit.

692. Friſones Brabantiam populantes bello aggreſſus Pipinus expugnata recuperat, Ratbodum Regem in Friſiam uſq; perſequutus, quem cogit prædicatores admittere, mittitq; ad converſionem gentis S. Willibrordum.

693. Theodoricus Rex extinguitur ſuccedente in Regnum filio Clodoveo, pro quo Pipinus omnia præclare moderatur.

694. Apoſtolicis meritis Galliæ Brabantinæ æternum ſe commendat S. Lambertus Epiſc. innumeroſque ab inani dæmonum cultu avocat.

695. Duo luciſſima Galliæ ſydera hoc anno cælis inferuntur SS. Anebertus Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Audomarus Morinenſium Pontifex uterque à morte inter Tutelares cooptati.

696. Magnus ille & ſanctiſſimus Veſontinenſium Archiepiſcopus, S. Claudius in Cænobio ſuo feliciſſimè extinguitur, inter præcipuos Galliarum Regni Patronos, ſingulari deinceps Religione patriæ honoratus.

697. Concilium Trajectenſe, præſide S. Willibrordo noſtro celebratur, in quo multa præclare ſummo Regni utriuſq; Franciæ & Germaniæ bono ſancita ſunt, quorum exc-

A. C.

exequutioni Pipinus ſedulo incubuit. Moritur Clodoveus Rex ſuccedit frater ejus Childebertus.

698. S.Lambertus multarum provinciarum meritiſſimus Apoſtolus, Apoſtolicos labores Martyrio coronat,alijs ad annum 96. referentibus.

699. Memorabili exemplo S.Wulfrannus Senonenſis Archiepiſcopus, relicta cathedra humilem in Cænobio Fontaneblæ diſcipulum & monachum profitetur. Vir verè Apoſtolicus & converſione gentium celeberrimus.

700. Gericus Senonenſis Cænobij Abbas, Tornodorenſis Comes per ceſſionem Sanct. Vulfrani, Archiepiſcopali honore ſublimatur & benè meretur. Moritur S.Agricolus Avenionenſis Epiſc. Ejuſdem Urbis mirificus Defenſor.

701. Vulfranus vix ſacro Tyrocinio ingreſſus, imo ſuperiori jam anno ad converſionem Gentiam á Numine concitatus,mira operatur,Friſios CHRISTO lucratus.

702. Inſigni Regnorum fructu totum ſe S. Wironi Monacho Epiſcopo, permittit Dux Francorum Pipinus, ad ipſum ſolitus diſcalceatus occurrere.

703. Illuſtrat Gallias ſplendore lucidiſſimo ſanctitatis S.Nazarius Arelatenſis ex Monacho Lirinenſi, Monaſterio hoc totum cœlis Sanctorum exercitum alente, & Pontifices Eccleſiis educante.

A. C.

704. Meretur immortaliter de Ariperto Longobardorum Rege, S. Bonitus Arvernorum Epiſcopus, qui ejus precibus Regno & memorabili victoria potitur. Ob quod ipſum Rex victor Alpes Cottias Eccleſiæ donat.

705. Occumbente ſub hoc tempus uno Galliarum ſydere illuſtri S. Roberte Baiocenſi Epiſcopo ſuccedit non minus ſplendidum S. Hugo, qui dein Senonenſis Archiepiſc. pro meritis creatus eſt.

706. Pipinus in Apoſtolicos viros affectu propenſiſſimus, omnium meretur benedictionem, ipſe promotor præcipuus converſionis gentium, cælo terriſq; ſe commendat. S. Wilibrordo totum ſe impendit.

707. Apud Cabilonenſes meritis enitet & vitæ ſanctitate S. Lupus ex Abbate S. Petri ejuſdem Urbis Epiſcopus.

708. Singularis ille Cælorum Reginæ Sacellanus & dilectus S. Bonitus Arvernorum Epiſc. relicto Pontificatu Monachum in Magnilocenſi Cœnobio profitetur.

709. Inaudito ad eam uſque diem exemplo. S. Lampertus nuperrimè mortuus â proximo ſucceſſore S. Huberto Tutelaris Eccleſiæ cooptatur.

710. Gallia nunquam felicior, quam Pipino Reges gubernante, ſpeculum orbi univerſo eſt, ſolidè ſub modeſtis at cautis Principibus felicitatis.

711. Ingens Sanctorum multitudo, velut Firmamento ſtellarum Gallias illuſtrat, Lirinenſi,

A. C.

nenſi, Gemmeticenſi, Luxovienſi, Fontanellenſi, Glanofolienſi Cænobiis, totos Sanctorum Monachorum exercitus alentibus.

712. Maximis genij atq; ingenij talentis probat ſe patri ſuo Pipino Carolus filius, poſtea Martellus appellatus ex Alpaide pellice natus, quod novercæ aliorumque filiorum, grave concitat ab invidia odium.

713. Decumbit graviter Pipinus, cujus major natu filius Grimoaldus patris in gubernatione aulæ Regiæ ſucceſſor futurus ſcelere Ratbodi Friſiorum Regis ſui ſoceri occiditur. Claret S. Autbertus Epiſc. Abricenſis.

714. Supremus hic annus Pipino Duci fuit, cujus ſuprema Voluntate & Teſtamento Carolus Martellus Major Domus conſtituitur. Contra quem Theobaldus frater conſurgit, & noverca Plectrudis interceptum incarcerat.

715. Martellus Avini cujusdam opera carcere elabitur, rebus ſuis conſulit, & rem fortiter agit, paternam generosè aſſerens hæreditatem. Moritur Childebertus Rex, ſubſequente in Regios titulos filio Dagoberto II.

716. Impediturus felices Martelli ſucceſſus Ratbodus Friſius, magno ipſum exercitu impetit, minusque inſtructum in fugam agit, Belgium fere omne occupat, Plectrudem Coloniæ obſidet, quæ pacem argento redimit.

717. Repetens armis paternum jus Carolus Mar-

A. C.

tellus Chilpericum Regem gravi prælio triumphat & Pariſios uſque perſequitur.

718. Hoc anno inſigniter acceptam Ratbodo Regi cladem rependit, multaque millia profligat Martellus, theſauros autem paternos à Plectrude extorquens Clotharium nominetenus Regem creat.

719. Chilpericum quoque Regem Regno dejectum reſtituit, Rex Regum merito dictus, cum ipſe Regium titulum aſpernatus, imperaret Regibus.

720. Moritur Chilpericus Rex, cui Martellus Theodoricum ſubſtituit, Mauri ex Hiſpania Narbonam progreſſi, cæſo Rege vincuntur. Ad Apoſtolica evolat præmia Sanct. Wulfrannus Senonenſ. Archiep. Friſiorum Apoſtolus.

721. Eudo inquietiſſimus Princeps dum Saracenos contra Martellum concitarem pergit, hic memorabili prorſus victoria eorum trecenta ſeptuaginta quinq; millia internecione profligat.

722. Dum Martelli Virtus & gloria toti orbi innoteſcit, Religio non minus in Galliis proficit, & ſanctitatis nomine plurimi Epiſcopi, S. Veredemus Avenionenſis, S. Leotadius Auſcenſis, S. Hugo Rotomagenſis aliiq; celebrantur.

723. Martellus Saxones tributum pendere recuſantes, gravi bello cogit, graviter mulctat, & trecentos annuis vectigalibus equos adjungere jubet.

Movet

A. C.

724. Movet in Bavaros ſibi adverſantes Martellus eoſque tributum pendere cogit. Suevos dein atque Alemannos compeſcit, ab iiſque Novercam repetit, quæ Bulgaros fugere ipſoſque concitare ſtatuerat.

725. Eleutherius Auſtraſiæ Dux potentiſſimus cucullum purpuræ præfert, Monaſticen profitetur. Martellus Friſios bello opprimit, cogitque fidem amplecti Chriſtianam.

726. Chilpericus II. Rex Galliæ moritur, cui Theodoricus II. à Martello ſubſtituitur. Nunc primum Saracenorum 375. millia profligaſſe nonnulli Martellum contendunt.

727. Burgundos bello compeſcit Martellus, victricibus quaqua verſum ſignis illatis & rebellibus domitis. Moriuntur S. Eucherius Aurelianenſis, & S. Hubertus Leodienſis magna ſanctitate Epiſcopi.

728. Septimaniæ populos rebellantes, quod mortui Endonis filios provincia cinxiſſet Martellus armis ad obſequium redigit.

729. Iterum rebelles Friſios Martellus compeſcit, & per ſanctiſſimos viros Chriſti Religionem latè propagat.

730. Saraceni etſi ſæpius graviter attriti, Gallias nihilominus denuo tentant & Avenionem occupant.

731. Expugnat Avenionem Martellus & gravi clade Saracenos opprimens Gallis ejicit, mox majore numero reverſos.

A. C.

732. Athinum Saracenorum Regem bello petit Martellus, ipſumque Narbone obſidet. Moritur S. Lucinus ſive Licinius Andegavenſium Pontifex.

733. Athinum Regem ejuſque auxiliares vincit Martellus, & capta Narbone illum in fugam agit.

734. Iterum Friſios rebelles armis caſtigat Martellus ipſorumq; Principem Popponem mactat, atque univerſos Chriſto adjungit.

735. Congreſſus denuo cum Saracenis Martellus victor regreditur, ingentes referens prædas & multitudinem captivorum.

736. Expugnata ſuperiore anno Septimania, nunc muros diruit, ne denuo hoſtem fovere poſſent.

737. Saxones iterato rebelles bello domiti à Martello & Vectigales facti ſunt.

738. Stupenda ſanè fortuna Heros Carolus Martellus, ſigna victricia latè promovet *Mauricumq;* ſceleratiſſimum Ducem, qui Saxones concitaverat Maſſilia ejicit.

739. Maurico ejecto nunc totam Provinciam Martellus ſibi ſubjicit. Exoratus autem à Rom. Pont. Eccleſiam Rom. propugnandam glorioſe ſuſcipit.

740. Adeſt Romanæ Eccleſiæ contra Luitprandum Regem Carolus Martellus & Chriſtianiſſimi Titulo primus ornatur Galliarum dein Regibus perpetuo.

741. Extinguitur Carolus verè Martellus, hoſtium omnium malleus, multis conditis Cænobiis & Baſilicis Princeps Religioſiſſimus,

A. C.

ſimus, cui ſuccedunt fil'j Pipinus & Carolomannus, digni tanto parente filij.

742. Carolomannus & Pipinus Hunebaldum Aquitaniæ & Theodebaldum Sueviæ Duces rebe'lionem molientes feliciſſime compeſcunt. Naſcitur eodem anno in Germania Carolus cognomentus Pipini filius.

743. Iidem fratres Principes contra Odilonem refractarium Bavariæ Ducem profecti, ejus inſolentiam fortiter compeſcunt.

744. Reconciliatur tantis Ducibus Odilo & pax ſolemniter ſancitur. Inde Carolomannus movet in Saxones ipſosq; dein potentet ſubigit.

745. Hoc primum anno confectum à Carolomanno bellum Saxonicum, poſt triſtem provinciæ vaſtationem.

746. Alemannos denuo arma reſumere auſos glorioſè domat Carolomannus, magnanimus omnino Princeps & victorioſus.

747. Idem tot victoriis inclytus, ſucceſſu rerùm omnium feliciſſimus potentia maximus ſtupente orbe Monaſticen Caſini profitetur.

748. Gripho Martelli ex pellice filius ad Saxones ſe conferens Tyrannidem affectat, & ſupervenientc Pipino ad Boium confugit.

749. Pipinus Thaſſilonem ſuum ex ſorore nepotem Ducem conſtituit, Griphonem & Landfridum è Bavaria abducit. Edomitis autem bello Saxonibus circumventus in reditu prodigioſa S. Suitperti ope eripitur.

A. C.

750. Reconciliando fratri, etſi ſpurio, nihil non beneficij offert optimus Princeps Pipinus,& magnam partem Neuſtriæ tribuit, ipſe nihilominus ad Vaijuarium Aquitaniæ Ducem ſe conferens hoſtilia molitur.

751. Expedit litteras ad Galliarum Principes S. Zacharias Papa & Pipinum Regem renunciat, Saxones deficiunt, quos armis debellat Pipinus.

752. Pipinus Rex ſalutatur detruſo ad Monaſterium inutili Rege Childerico, mox â S. Bonifacio juſſu Papæ ungitur & coronatur.

753. Stephanus Papa in Gallias pergit opem contra Hayſtulphum Longobardor. Regem rogat,filioſq; Pipini Carolum & Carolomannum Reges ungit,alij aliter.

754. Pipinus Italiam cum exerci[illegible] etit,de Hayſtulpho triumphat,victum [illegible]ogit Eccleſiæ ablata reddere,& obſid[illegible] dare.

755. Fœdifragus Ayſtulphus Romam obſidet ferro omnia vaſtat,revocatur Pipinus, impium profligat,& maximo merito Exarchatum Eccleſiæ donat.

756. Impietatis meritas pendit pœnas Rex Ayſtulphus in venatione miſerè equi caſu oppreſſus & mortuus. Concilium in Palatio Vernis celebratur.

757. Conſtantinus Copronymus Pipini per Legatos exambit amicitiam, aliaque inter dona Organum Muſicum mittit. S. Ambroſius Epiſcopus Cadurcenſis celebratur.

Saxo-

A. C.

758. Saxones denuo rebelles magno collecto exercitu Pipinus compeſcit, & gratiam petere cogit, imperato tributo annuo 300. Equorum.

759. Vaifarius Tyrannidem in Aquitania exercet, ſacra profanis miſcet Cænobia ſpoliat, Gallias metu turbat.

760. Subigit bello Vaifarium Pipinus, ablata reſtituere cogit, & multis modis Eccleſiis conſulit. S. Andomarus Epiſc. Bononienſis claret.

761. Vaifarius ſacramenta poſtponens omnia, Tyrannicè denuo graſſatur ferro atque igne omnia vaſtat, templa & Cænobia ſpoliat.

762. Pipinus cum filio Carolo contra Vaifarium in Aquitaniam movet, plurimas Urbes ſubjugat, rebelles domat.

763. Quartùm jam Aquitaniam bello ad obſequium cogit Pipinus, è cujus exercitu ſe clanculum ſubducens Dux ThaſſiloBoicam repetit.

764. Pipinus ſolemniſſimum Principum Conventum Cariſiaci celebrat. Idem Cantabris adeſt contra Saracenos præclarè meritus de re Chriſtiana.

765. Bellum in Tyrannum Vaifarium ſtrenue proſequitur Pipinus, & feliciter præliatur. Immigrat ſub hoc tempus Germaniæ è Galliis S. Ariolphus vulgo Arnulphus abdicato Lingonenſi Pontificatu cucullum in Elwangen amplexus.

766 Concilium Gentiliacenſe multo Galliarum

A. C.

bono celebratur, & cultus Sacrarum imaginum ſtrenuè contra Iconomachos aſſeritur.

767. Pipinus hoc anno in Galliis Parlamentum inſtituit, in Aquitania bellum proſequutus Lemovicenſem Urbem potenter expugnat.

768. Sanctiſſimè Vita defungitur in Monaſterio S. Dionyſij Pariſijs Pipinus Rex cum paulo ante Vaifario Tyranno victo & occiſo Regnum feliciſſime tranquillâſſet.

769. Aquitani morte Pipini audita, criſtas denuo erigunt, quos filij Pipini Carolus, capto rebellium Principe Hunoldo inſigniter contundit.

770. Carolus, â rebus dein geſtis Magnus cognominatus Deſiderij Longobardorum Regis filiam ducit, quam tamen paulo poſt repudiat.

771 Supremus hic annus Carolomanno fuit, quo extincto in omnia ſuccedens Regna Magnus Carolus Monarcha efficitur, qui ſolemnem Conventum cogit.

772. Saxones denuo rebelles coacto inſigni exercitu compeſcit Carolus, Idolum eorumdem Irminſul deſtruit, laboranti nimia ſiti exercitui ſiceo torrentis in alveo aquâ prodigiosè miniſtratâ.

773. Carolus pro defenſione rerum S. Petri ab Adriano Papa contra Deſiderium Regem vocatus, hunc duplici prælio triumphat.

774. Dotator Rom. Eccleſiæ magnificus Carolus, Romã occurrens multas provincias

Pon-

A. C.

Pontifici donat, captumq; Deſiderium in exilium mittit.

775. Duplici prælio vincit Saxones Carolus, ſupplices recipit in gratiam. Paulo poſt oppreſſos à Weſtphalis ſuos milites graviter ulciſcitur.

776. Rotgardum Regno Italia inhiantem vincit & triumphat Carolus, rurſumq; per ejus abſentiam, arma reſumentes Saxones graviter atterit.

777. Multa tandem cæde perdomiti Saxones dant Carolo manus, & plurimi Chriſti Eccleſiæ adjunguntur, reliqui nihilominus ſæpius arma reſumunt.

778. Evolat in cælos illuſtre Galliarum ſydus S. Gumbertus Senonenſis Archiepiſcopus. Proſequitur in Hiſpanias victorias Carolus, Vaſcones aliosq; populos bello ſubigit, reverſusq; Saxones denuo atterit.

779. Carolus Saxonibus denuo bello domitis obſides accipit, inde movens in Weſtphalos de ijſdem triumphat.

780. Concilio Lippienſi Carolus bene meretur, Saxonibuſq; & Sclavis ratione fidei plurimum conſulit.

781. Ludovicus Caroli filius, & Pipinus infans ab Adriano Papa Reges inunguntur. Pipino S. Adelardus Abbas Tutor adjungitur Italiam ſancte moderatur.

782. Conventum in Saxonia celebrat Carolus, Legatos Danorum & Hunnorum audit. Legatos cum exercitu in Sclavos mittens dum hi ſuaſore Windekindo à Saxonibus

A. C.

bus opprimuntur & occiduntur, 4500. Saxones decollari jubet.

783. S. Hildegardis uxor Caroli moritur, quam paulo poſt Bertha quoque Caroli mater ad æternitatem conſequitur. Idem denuo Saxones edomat.

784. Elipandi Epiſcopi Hæreſim profligant SS. Ætherius & Beatus Monachi. Junior Carolus à patre adverſum Weſtphalos miſſus feliciter præliatur.

785. Conjuratio Orientalium Francorum contra Carolum erumpit, proſpetrimè tamen conſopitur. Windekindus Carolo & mox Chriſto dat nomen.

786. Carolus miſſo in Britones exercitu eoſdem compeſcit, qui in auctores ſeditionis graviter animadvertit. Ipſe Romam orandi cauſa proficiſcitur.

787. Tyrannidem in Italia arripiens Aragiſus Beneventi Princeps, territus ſolo adventu Caroli dat manus & obſides. Hujus filia Rotrudes Conſtantino Orientis Imperatori deſponſatur.

788. Taſſilo Boiorum Dux accitis adverſus Carolum Hunnis bello victus exauctoratus Cænobio intruditur, Hunnis gravi clade protritis.

789. Sclavinos hoc anno armis ſubigit Carolus, provinciaſq; eorumdem ſibi ſubjicit, cui fidele auxilium Saxones præſtitere.

790. Vix pacatior unquam Gallia hoc anno & tempore fuit, floruitq; ſummopere Religio, Cænobiis innumeram Sanctorum ſobo-

A. C.

ſobolem, in meſſem agri dominici educantibus. Carolus totum annum Wormatiæ exigit.

791. Alcuinus Abbas ſavente inprimis Carolo, adnitente Ordine Monaſtico, celeberrimam Pariſiis inſtituit Academiam. Carolus triplici exercitu Hunnorum ingreſſus provincias ferro & igne graſſatur.

792. Pipinus ſcelere adulatorum contra patrem conjurat, in quos rigidè animadvertit Carolus.

793. Saraceni Gallias infeſtant, quibuſcum congreſſi Galli cæduntur. Verum Carolus recurrens Arelati eoſdem expugnat, graviqueclade Gallia ejicit.

794. Faſtrada Caroli uxor moritur & Moguntiæ ſepelitur. Hæreſis Feliciana damnatur. Saxones denuo bello comprimere Carolus cogitur, qui tertiam virorum partem in alias provincias ablegans partitur.

795. Alcuinus Abbas de Carolo & Regno Galliarum immortaliter meretur. Wiza Obotritorum Dux ad Carolum profectus â Saxonibus mactatur, quos rigidè plectit Carolus. Hunni per Legatos provinciam ſuam Carolo ſubjiciunt.

796. Carolus miſſo Pipino filio atque Forojulienſium Duce Hunnorum provinciam ſibi oblatam occupat, Tudun Duce illorum ſacris undis expiato.

797. Iterum inquieti Saxones plectuntur â Carolo, provincia ad Oceanum uſq; vaſtata.

Barci-

A. C.

Barcinona Hiſpaniæ urbs eidem deditionem facit.

798. Hyemen in Saxonia traducit Carolus, & Saxones trans Albim, qui Legatos ejus occiderant, igni ferroq; opprimit. Irenes Orientis Imperatrix pacem exambit.

799. Leo Papæ præciſa lingua excæcatus, mirè ſanatus & per Wirundam Abbatem hoſtium manibus ereptus ad Carolum confugit. Britannia Ciſmarina per Wittonem Ducem ſubjicitur.

800. Carolus Magnus S. Leonem III. ſedi ſuæ reſtituit, ab ipſo, Romano Imperio Occidenti reddito, primus creatus Imperator ipſo Natali Domini.

801. Carolus novus Imperator Occidentis dum in reos læſæ Majeſtatis Pontificia rigidiſſimè animadvertere ſtatuit, â S. Leone prohibetur.

802. Irene Orientis Imperatrix denuo pacem exambit & Carolo munera mittit. Iterum exercitus in Saxones trans Albim miſſus, rebelles mulctat.

803. Nicephorus dejecta Irene, ut ſibi Imperium Orientis firmaret, Occidentale ultro Carolo cedit & concedit, Amicitia inter utrumq; firmata.

804. Beatur inæſtimabili theſauro SS. Sanguinis lateris JESU novum Caroli Imperium, quod inaudiens, rogat elevationi ipſum intereſſe S. Leonem Papa qui viſis prodigijs Aquiſgrani ipſus Cæſarem convenit, & rei edocet veritatem.

Exora-

A. C.

805. Exoratus Hunnis ſuppetias fert contra Sclavos Carolus, & horum Duce occiſo illis ſedes ſtabilit. Carolus Junior â patre miſſus, Bohemiam Rege Lechone occiſo ſubjugat.

806. Carolus inter filios Regna partitur. Carolus Junior Sorabos premit eorumque Ducem Miliduch interimit; Pipinus Mauros Corſica ejicit. Iterum Bohemi preſſi.

807. Mauros pro Corſica nihil non tentantes miſſa inſigni claſſe repellit Carolus, penituſque exterminat. Aaron Perſarum Rex pretioſa Carolo mittit munera, eaque inter Horologium artificioſum.

808. Ardulphus Northumbriæ Rex Regno pulſus ad Carolum confugit qui ipſum potenter Regno reſtituit.

809. Godofridus Rex Daniæ Obotritos Carolo fidos graviter affligit gratiſſimumque ipſi Principem Traſconem è medio tollit.

810. Contra Godofridum dum Imperator movet, ſubito â ſuismet cæſum intelligit Hemmingo ejus filio pacem petente. Moritur Pipinus Rex.

811. Comitia Aquiſgrani Cæſar celebrat, duoſq; exercitus Hunnis Slaviſq; conciliandis, unum adverſum Britones fauſto omine mittit. Moritur Carolus Junior ejuſdem filius.

812. Terribilis Cometa apparet. Occiſo Danorum Rege Hæredes apud Carolum per Legatos pacis confirmationem petunt. Comi-

A. C.

813. Comitijs Aquiſgrani celebratis Carolus Ludovicum filium Auguſtum declarat, & paci publicæ ac bono conſulit. Plura Concilia in Galliis.

814. Idem glorioſiſſimus & vere Magnus Imperator ſancta morte defungitur, Aquiſgrani, ibidem tumulatus Succedit filius Ludovicus verè Pius

815. Ludovicus Regni rebus ſtabiliendis plures conventus cogit. Haroldum Daniæ Regem ad ſe confugientem Saxonibus commendat.

816. Sorabi Vaſconeſq; rebellare conati à Ludovico opprimuntur. Ludovicus Remis ſolemniter à S. Stephano Papa coronatur. Synodo collecta adnitente Cæſare multa de Religione Cænobiorum ſanctè diſponuntur.

817. Ludovicus Lotharium filium collegam Imperij aſſumit. Bernardus Italiæ Rex manifeſtus defectionis, patruo ad deditionem venit, & exoculatur.

818. Ludovicus Ciſmarinos Britannos defectionem molientes ad obſequium cogit. Irmingardis Imperatrix moritur.

819. Plures Conventus celebrat Ludovicus & rei Chriſtianæ plurimum conſulit. Ipſo anno ducit Juditham Guelphonis I. filiam, cognatam Principem, S. Hildegardis matris ſuæ ex ſorore neptem, quod multi Epiſcopi improbarunt.

820. Ludovicus Imperator Pannonios bello domat, tribus in eoſdem miſſis exercitibus, è ni-

A. C.

è nimietate pluviarum ingens peſtilentia oritur.

821. Ludovicus Regna inter filios partitur, exilia relaxat, debita cunctis dimittit, poſſeſſiones in fiſcum redactas reſtituit Conradum & Rudolphum Judithæ conjugis fratres, egregios Principes, magnis honoribus colit.

822. Lotharius in Italiam, Pipinus in Aquitaniam Reges mittuntur. Ludovicus malas Regni conſuetudines tollit. S. Adelhardum Abbatem ut patrem Veneratus, ejus Conſilio utitur.

823. Conventu Compendioſi multa Eccleſiæ & Regno utilia ſtatuuntur, Eccleſiæ bona uſurpantes coërcentur. Lotharius Romæ Imperator coronatur.

824. Reverſus nuper Roma Lotharius ad tumultus componendos eodem remittitur. Ludovicus ipſe rebellantem Britanniam igne & ferro domat.

825. Peſſimus Imp. Orientis Michaël, Ludovico perſuadere conatur Synodum ſuper cultu imaginum Pariſiis celebrandam, at hic ad Papam remittit.

826. Ludovicus Ingelheimij conventum Principum inſtituit, multaq; bono publico decernit. Ingens Sanctorum copia in Galliis, cænobiis inprimis Corbeienſi, Floriacenſi, Gemmeticenſi, de quibus aliàs.

827. Aizo quidam Gotthus ex Aula Cæſaris digreſſus Saracenos adverſus eundem evocat, hi territorium Barcinonenſe & Gerun-

A. C.

Gerundenſe, Pipino Rege tardius reſiſtente infeſtant.

828. Ludovicus Lotharium filium contra Saracenos in Hiſpanias, Ludovicum Juniorem contra Bulgaros Pannoniam vaſtantes mittit.

829. Optimus Cæſar, captus amore Bernardi cujuſdam Hiſpani Comitis, dum ipſum Aulæ præficit, filiorum omniumque odium incurrit.

830. Peſſime exagitati â filijs Auguſtus & Auguſta, hæc inſuper in Cænobium extruditur, ſed & fratres ejus Conradus & Rudolphus Aula extruſi tondentur & Monaſterio includuntur.

831. Dum in Authores ſeditionis pro meritis animadvertit Pius Imperator, filios contra ſe & Judithaam Auguſtam magis concitat.

832. Cæſar contra Lotharium filium Auguſtam progreſſus, hoc reſiſtente, converſis in Aquitaniam armis Pipinum captum carceri includit.

833. Imperator â ſuis turpiſſimè proditus ac derelictus, in poteſtatem filiarum deveniens, peſsimo exemplo exauctoratur.

834. Offenſi filiorum ſcelere Germani & Galli, armis correptis Cæſarem reſtituunt. Reconciliantur Pipinus & Ludovicus, revocantur Auguſta ejuſque fratres, qui maximis honoribus coluntur, Conradus Major Palatij creatur.

835. Imperator cum filijs Pipino & Ludovico ſolemnem Conventum Lugduni celebrat,

A. C.

brat, Drogo Metenſis plurimum de Regno meretur Principibus reconciliatis, rebuſq; compoſitis.

836. Aquiſgrani & Lugduni Conventus celebrat pro Eccleſia & Regno, verè Pius Imperator, Lothariumque filium Eccleſiæ infeſtum revocat.

837. Gallias implent gloria & fulgoribus ſanctitatis SS. Bernardus Viennenſis, & Stephanus Bituricenſis Archiepiſcopi, Theodulphus Aurelianenſis, Aldricus Cenomanenſis & plurimi alij Epiſc.

838. Imperator Conventum Noviomagi celebrat & Pipino mortuo novam Regnorum diviſionem inſtituit, Carolo Juniori Judithæ filio optimam Regni partem aſſignat.

839. Minus contenti nova Regnorum diviſione Pipinus Junior & Ludovicus dum pacem turbant à Cæſare compeſcuntur.

840. Moritur Ludovicus verè Pius Auguſtuſque Imperator, deſignato ſucceſſore Lothario filio qui tum in Italia aberat, Metis ſepulchro illatus.

841. Lotharius Monarchiam appetere viſus, bello à fratribus Ludovico & Carolo petitur. Hi apud Fontinatam congreſsi inſigni victoria potiuntur.

842. Lotharius multa, ſed fruſtra, contra fratres molitur, hiſce mutuo ſeſe propugnantibus donec hoc ipſo anno Conventu Principum lis componeretur.

843. Regna pacificè nunc fratres partiuntur, magno omnium populorum ſolatio, Re-

A. C.

gnorum emolumento. Moritur Judith Imperatrix mater Caroli.

844. Conſequitur morte ſororem Auguſtam Conradus frater Major Palatij, Burgundiæ Dux, pater Roberti Fortis, â quibus deinceps recta ſerie Capetini Galliarum Reges uſque hodie deſcenderunt. Caroli Gall. Regis exercitus â Pipini Ducibus vincitur.

845. Synodus Meldenſis multo Galliarum bono celebratur. Nordmanni Galliam & Germaniam infeſtant. Carolus Rex cum Britannis infeliciter pugnat.

846. Colliditur cum fratre juniore Carolo Lotharius Imp. quod Giſalbertus quidam ejus belli Dux filiam Cæſaris vi rapuiſſet, Ludovico rem componere ſatagente.

847. Normanni denuo inquieti pacem turbant, prædas agunt, Regibus interea de ſua reconciliatione laborantibus.

848. Concilium Cariſiacum celebratur. Illuſtrat Gallias maximi nominis Præſul Hinckmarus è monacho S. Dionyſij *R*emenſis Archiepiſc. Floret item Freculphus Lexovienſis vir eruditiſſimus.

849. Neomenius Dux vaſtat Gallias, & contumacior ſolemni Patrum deteſtatio in Concilio damnatur.

850. Neomenius multorum ſacrilegiorum reus, impietatis meritiſſimas dat pœnas, & miſerè moritur.

851. Sorabos Francorum fines infeſtantes Ludovicus *R*ex armis repellit. Pipinus & Caro-

A. C.

Carolus ſuſpecti Carolo Calvo patruo ſuo in Monaſteria detruduntur.

852. Normanni denuo Galliam vaſtantes multa expilant Monaſteria & loca minus munita, quo tempore plurimi Martyrio coronantur.

853. Concilium Sueſſionenſe celebratur, quo multa cùm Eccleſiæ tum Regno utilia ſtatuuntur. Claret S Prudentius Trecenſis Epiſcopus.

854 Contaminatiſſimi tot ſacrilegijs & cædibus Nortmanni, mutuis, ulciſcente graviter Numine, vulneribus concidunt.

855. Stupente ad rei novitatem Orbe univerſo Lotharius Imp. ultro Imperium abdicat & cucullum amplectitur, Monaſticen Prumiæ profeſſus, pro quo Imperium Ludovicus filius obtinet.

856. Illuſtriſſimo ſanctitatis fulgore Gallias illuminant SS. Remigius Lugdunenſis, & Adventitius Metenſis Epiſcopi.

857. Ludovicus Rex Caroli frater miſſo in Bohemiam exercitu Sclavitæ Tyranni inſolentiam compeſcit.

858. Lotharius Junior Senioris filius cum patruo Carolo Galliarum Rege contra Ludovicum Germanicum conjurat, hic in Gallias movet, mox Soraborum defectione ſequenti anno revocatus.

859. Purgat ſe idem Ludovicus Imperatori ſuper infeſtato fratris Regno, & cum Carolo paciſci atq; reconciliari expetit.

860. Nunc denique pax Galliæ redditur reconciliatis fratribus, ipſo Cæſare eorumdem

A. C.

ex fratre nepote, ſtrenuè rerum ſatagente.

861. Effloreſcit mirificè in Galliis Ordo monaſticus & per dictam Regni â colliſione fratrum Regum turbationem maximi Principes quietem ſolidam in cucullo exambierunt & meruerunt.

862. Conciliabulum Metenſe celebratur cujus conſenſu Lotharius Rex Lotharingiæ (ab ipſo cognominati Regni) legitima rejecta conjuge Waldradam concubinam duxit.

863. Citantur Romam conciliabuli & ſceleris Principes, & in Synodo celebrata Lotharius niſi reſipiſcat excommunicatur.

864. Carolus Galliarum & Ludovicus Germaniæ Reges fratres, amiciſſime convenientes debita ſibi invicem relaxant, fœdera confirmant.

865. Arſenius Nicolai Papæ Legatus Lothario Regi legitimam conjugem reconciliat, â Carolo Rege honorifice exceptus. Concilium Sueſſionenſe.

866. Moritur hoc anno S. Radulphus Archiepiſc. Bituricenſis, Aquitaniæ primas, magnorum meritorum vir, inter Divos relatus. Supremus idem annus Rudolpho Judithæ Auguſtæ fratri fuit, Primati Palatij Regij, Regis Caroli avunculo.

867. Nortman. denuo Galliam infeſtantibus Robertus Comes Palatij, alter Judas Machab. qui multis præliis hoſtes obtriverat, glorioſè occumbit, Fortis cognomento honoratus, cujus in locum frater, Hugo cogn.

A. C.

cogn. Abbas ſucceſſit, quod Robertus & Odo filij minorennes etiamnum eſſent.

868. Nonnulli hoc primùm anno Roberti Fortis mortem ponunt, cujus res geſtas & gloriam mirè celebrant. Fuit is Judithæ Auguſtæ ex fratre nepos, cujus demortui vices non minus fortiter hoc anno frater ejus Hugo explevit, & grandi clade Normannos profligavit.

869. Conciliabulum Metenſe celebratur, quo Carolus Rex coronam Lotharij Regis nepotis accepit, quæ fratri ejus Ludovico debebatur.

870. Attiniacenſe Concilium in cauſa Hincmari Junioris Laudunenſis Epiſcopi. Vocatur hæc ſynodus latrocinalis. Claret S. Iſaac Lingonenſis, & S. Vulphandus Archiepiſcopus Veſontinenſis.

871. Iterum aliud Concilium Duciacenſe celebratur. Extinguitur ſplendidiſſimum Galliæ Sydus S. Egilus Archiepiſcopus Senonenſis.

872. Iterum Gallias Normanni vaſtant, Pictavium, Aurelianum aliasque urbes repente oppreſſas expilant, quos Hugo Guelphicus magna cum clade repellit. Carolus Rex Mecœnas litteratorum.

873. Celeberrimus ille Senonenſium ex Abbate S. Petri Vivi Archiepiſcopus Anſegiſus claret, & ſub hoc ferè tempus Capitularia Regum Franciæ colligit. Iterum infeſti Galliis Normanni ſunt.

874. Carolus Calvus ut pacem Regno redimeret, Normannis quater mille auri libras

A. C.

numerat, ſed fidei datæ immemores illi Andeganum occupant & miſſos contra ſe Duces triumphant, donec ipſe Carolus cum Salomone Britanniæ Rege ipſos obſideret, aurum reddere cogeret & Regno ejiceret.

875. Moritur Ludovicus Imperator, in cujus locum ſuccedit Carolus Calvus Galliarum Rex, cujus abſentis Regnum Ludovicus Germanicus invadit.

876. Pulſus adventu Caroli Ludovicus paulo poſt moritur, Regnum ejus invadente Carolo, quem fortiter in Gallias repellunt filij Ludovici.

877. Moritur in expeditione Italica Sedeciæ Judæi Medici ſcelere Carolus Imp.& Gall. Rex unicus Mecænas litteratorum, Ludovico filio in Regnum ſuccedente.

878. Lamberto Comite Vrbem invadente Papa in Gallias profugit Regemque Gall. Ludovicum Imperatorem coronat in concilio Trecenſi 383. Epiſcoporum.

879. Moritur immaturè nimis Ludovicus Balbus Imp. & Gall. Rex â cujus morte filius ejuſdem poſthumus Carolus cogn. Simplex naſcitur, Ludovico & Carolomanno ex Anſgarde concubina natis, Regium titulum uſurpantibus.

880. Odo Roberti Fortis filius Judithæ Aug. ex fratre Conrado pronepos â Galliarum Principibus Tutor Caroli Regis deſignatur, Regnum feliciſſimè gubernans.

881. Galliam Belgicam invadunt Normanni, nobiliſſimas urbes expugnant ſpoliant, cremant,

A.C.

mant, miſſumque contra ſe Ludovici Regis exercitum profligant.

882. Moritur magnus ille Hinckmarus Rhemenſis ex Monacho S. Dioniſij Archiepiſcopus, de Regno ac Regibus meritiſſimus. Incurſant iterum Gallias Normanni, & ſpoliatis Cænobijs totum Martyrum exercitum cælis tranſmittunt.

883. Ludovicus Ludovici Balbi naturalis filius telo fortè in venatione trajectus miſerè occumbit, quod alij biennio maturius referunt, contra cujus fratrem Galli Carolum Craſſum Ludovici Germanici filium Regem eligunt.

884. Carolomannus Lud. Balbi naturalis filius, in venatione item, ſive ut nonnulli volunt equi præcoci curſu fracta ad oſtium cervice moritur.

885. Nunc primum Galliarum Regno Carolus Craſſus, poſtquam diem ſuum obierat Carolomannus, potitur, cum puerulus etiamnum Carolus Simplex eſſet.

886. Non minor Hinckmaro Rhemenſium Archipontifex Fulco S. Bertini Abbas creatur, Rhemenſis Academiæ meritiſſimus Fundator.

887. Carolus Craſſus Imp. & Rex Galliæ corpore & animo deficiens exauctoratur, & Arnulphus ſubſtituitur Odo Normannos profligat.

888. Odo Roberti fortis filius, Tutor Caroli Simplicis, primus e ſtirpe Guelphica Franciæ ſceptrum concedente Arnulpho

A. C.

Imp. obtinet, ejuſq; patruelis Rudolphus Conradi Junioris filius diadema Burgundiæ.

889. Fulgoribus ſanctitatis inſigniter Gallias illuſtrant SS. Theodardus Narbonenſis Archipræſul, & Geraldus Matiſconenſis Epiſcopus.

890. Alanus Britonum Dux Normannos denuo Galliam incurſantes mirè profligat, quos non minore felicitate Odo Rex proterit.

891. Carolus juvenis Rex ab Haganone quodam philtro ineſcatus multa Rege indigna agit, & ab illo dirigi ſe paſſus graviter Principes omnes Regni offendit, nullis rationibus nec precibus averti ſe paſſus.

892. Idem Carolus coronam Regni contra Odonem aſſumens, magnis motibus turbat Gallias. Concilium Rhenus celebratur.

893. Inquietiſſimum Galliarum Regnum, dum magnis collectis viribus Odo & Carolus de corona certant, & Carolus à Fulcone Rhemenſi Archiepiſcopo ſolemniter coronaretur.

894. Sunt qui Arnulphum Imp. contendant hoc anno ex Italia reducem Carolo Regi juveni ſuppetias tuliſſe, ſed longè aliter contractus & alij. Odo Carolum Regno exigit, Gallis Haganonis cauſa Carolum execrantibus.

895. Ad Arnulphum Cæſarem proficiſcitur Rex Odo, pacem cum ipſo confirmans. Sequitur non multo poſt Carolus & munera offert Arnulpho ipſi auxilium denegante.

A. C.

gante. Ipſo anno Concilium Triburienſe celebratur.

896. Pergunt acriter contendere de Regno Odo & Carolus. Convertitur ad fidem Chriſti Rollo Normannorum Dux, & Robertus appellatur, Odoni Regi factus auxiliaris.

897. Claret Sebulo S. Dionyſij Abbas, ob admirandam ſapientiam & famam ſumma apud Reges auctoritate. Fridericus Caroli Calvi filius è monacho Fuldenſi Patriarcha Aquilegienſis Feſtum Conceptionis B.M.V. primus inſtituit, æternum Regiæ familiæ ornamentum.

898. Memorabili merito obſiſtit Carolo Regi, Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus, cum fœdus inire cum infidelibus pro Regno ſibi ſtabiliendo ſtatuiſſet, cujus factum mire extollit Baronius.

899. Extinguitur hujus anni initio ſine præcedentibus fine æmulus Caroli Rex Odo, quem eodem jure conſenſioneque quo quondam Pipinus, regnaſſe contendens ejus frater Robertus, Regnum ambit.

900. S. Fulco ex Abbate S. Bortini Rhemenſis Archiepiſcopus, Tutor Regis Caroli, Regni columen glorioſo Martyrio pro Eccleſia afficitur. Concilium Sueſſionenſe pro Eccleſiaſtica diſciplina celebratur.

901. Memorabili contemptarum mundi illecebrarum exemplo, Fortunius Vaſconum & Navarræ Rex Monaſticen profitetur.

902. Robertus vulgo Rollo Normannus ſtrenuam operam Eduardo Angliæ Regi navat,

A. C.

vat, hic medietatem Regni ipſi pollicetur, Rollo denique in Gallias redit.

903. Splendidiſſimum Galliarum lumen S. Euticius Abbas Balmenſis claret, qui multis modis Galliæ conſulit, Magiſter & Abbas S. Bernonis qui poſtea primus Cluniaco præfuit.

904. Hoc anno B. Fulco ex Abbate S. Vedaſti Rhemenſis Archiepiſcopus de quo ſupra Martyrium paſſus â nonnullis ſcribitur. Poſt Fulconem præeſt Rhemenſi Eccleſię Hervæus Caroli Cancellarius.

905. In converſione Normannorum, memorabili Galliarum fructu plurimum laborant diverſi, Ordinis Benedictini, ſancti Monachi.

906. Irritati tot ſuorum converſione Nortmanni Monachos & Monaſteriani atrociter ſęviunt, inde plurimi Martyrio coronantur.

907. Turbata rerum in Gallia facies Carolo Simplice regnante, & cùm Roberto Pariſiorum Comite, tùm Normannis Regno inſidiantibus.

908. Pergunt furere in viros ſacros Normanni, & nobiliſſima Cænobia & Baſilicas vaſtare & ſpoliare, donec denique cum Rolone conveniret.

909. Madalbertus ſive Malbertus claret, Archiepiſcopus Bituricenſis ob ſingularem prudentiam Janus cognominatus.

910. Cluniacenſe Archiſterium conditur â Guilielmo Duce Aquitaniæ, ex quo innumera

A. C.

ra dein Galliæ totique Orbi Sanctorum copia profluxit.

911. Eidem Cænobio primus Abbas præficitur B. Berno è Burgundiæ Comitibus oriundus, Balmenſis Monachus. Carolus Simplex, res cum Normanno componit, filiamque ipſi conjugem concedit.

912. *R*ollo ſive *R*udolphus Normannorum Dux Chriſto adjungitur & â Francone *R*otomagenſi Archiepiſcopo baptizatur.

913. Peſtilenti lue vexatur Gallia, juxta rerum omnium inopiam & famem. *R*ex Carolus electioni Conradi *R*om. Imp. adverſatur.

914. *R*ollo Normanniæ Dux *R*otomagenſem Metropolitanam Eccleſiam reſtaurat, & multa quæ olim Eccleſiis abſtulerat largitur.

915. Hunni atque Sarraceni Europæ infuſi etiam Gallias vexant.

916. Claret Herbertus ſive Hebernus ex Abbate Majoris Monaſterij Turonenſis Archiepiſcopus, qui ſcripſit miracula Sanct. Martini.

917. Carolus *R*ex in Lotharingiam movet, Metas occupat, & Conradi Imp. militem ejicit. Mira exſplendeſcit ſanctitate Sanct. Theogerus ejuſdem Urbis Epiſcop. hoc an ſequenti anno electus.

918. *R*ollo nunc *R*obertus Normannorum Dux rem ſuam ſtrenuè promovet, multaque per Picardiam loca occupat.

919. Inteſtino bello affligitur Gallia *Ru-*

A. C.

perto Andegavenſium, & Otthone Anguienſi, graviter cum Rege colliſis.

920. Gemmeticenſe verè gemmeum Cænobium, incredibili ſanctorum copia frequentiſſimum â Gunthario Rotomagenſi Archiepiſcopo reſtauratur Rollo deſertor fidei, cum rebellibus in extremas redigit anguſtias Regem Carolum.

921. Infeliciter plerunque cum Rollone congreditur Carolus, ille Chriſtianos crudeliter perſequitur. Betho ex monacho S. Columbæ Autiſiodorenſis Epiſcopus claret.

922. Felicius ſuccedunt res Regi Carolo cæſis hoſtium 11249. multiſq; locis recuperatis. Berengario Italiæ Rege rejecto Rudolphus Burgundus eligitur. Robertum fortem inungit contra Carolum Herveus Remenſis Archiepiſc. ac triduo poſt moritur.

923. Robertus cum Carolo armis congreſſus, victus in prælio cadit, reſtaurante bellum Hugone Roberti filio â quo Carolus capitur. Contra hunc Rudolphus Burgundus opera Hugonis & Heberti eligitur, & coronatur.

924. Synodus apud Troſleium, præſidente Sculpho Remenſi Archiepiſcopo celebratur. Hungari â Rudolpho Rege profligantur.

925. Ermengardis dolo deſeritur â ſuis Rudolphus Burgundus Italiæ Rex, & in Tranſalpina ſe recipit. Sculphus Archiepiſcopus Heriberti Comitis dolo veneno tollitur,

A. C.

litur, & hujus filius Hugo quinquennis puer intruditur.

926. Itali contra Rudolphum, Hugonem Arelatenſem, Regem ſalutant. Moritur S. Berno primus Cluniacenſium Abbas, cui S. Odo ſufficitur.

927. Simultatibus ortis inter Rudolphum Regem & Heribertum Aquitanum hic Carolum Simplicem liberat. S. Theogerus Metenſis Epiſc. moritur.

928. Heribertus Aquitanus Rudolpho reconciliatur, & Carolus Simplex denuo incarceratur.

929. Extinguitur in carcere Carolus, Simplex ob animi benignitatem dictus, ut Chronicon S. Benigni habet, qui nunc Sanctus vocari poſſit, Berengarius Biſuntinus Archiepiſc. ab Hæreticis excæcatur.

930. Fame & peſtilenti lue laborat Gallia. Gerontius Bituricenſis Archiepiſcopus, magnificus Cænobiorum dotator claret.

931. Graſſantur latè per Gallias, famis luiſq; occaſione latrones à quibus Robertus Turonenſis Archiepiſc. occiditur.

932. B. Benno Metenſis Epiſc. indigniſſimè à ſuis excæcatur. Concilium Remenſe ſuper Eccleſiaſtica diſciplina celebratur.

933. Contra Hugonem Arelatenſem, Itali Arnulphum Boium evocant, & Regem ſalutant. Moritur Gualdricus ex mon. S. Germani Autiſiodor. Epiſc.

934. S. Odo Cluniac. Abbas Gallias & Orbem Chriſtianum mirè demeretur Monaſticum ordinem latè reformando.

A. C.

935. Hoc, ut nonnulli volunt anno, alij ſequenti, mortuo Rudolpho Galliarum Rege, vocatur ad Regnum Ludovicus Ultromannus Caroli Simpl. filius.

936. S. Odo Cluniac. Abbas Romam â Leone VII. vocatus, graviſſimam diſſenſionem inter Hugonem Italiæ Regem, & Albericum Rom. Principem conſopit.

937. Idem S. Odo multa mala â Gallia cum per ſe, tum per ſuos avertit, ſumitq; incredibilia ferè incrementa Cluniacenſium reformatio.

938. Eberhardus & Giſlebertus quod ex poſteris Caroli Magni eſſent, contra Otthonem Magnum inſurgunt, quibus Ludovicus Rex Patrocinatur.

939. Novas in Hugonem Regem Itali Tragœdias excitant. Eberhardus & Giſlebertus occumbunt, quorum cladem ulciſci parat Rex Ludovicus.

940. Miſcent varia fortuna prælia aliquot per Burgundiam & Lotharingiam Rex Ludovicus & Ottho Imp. Concilium Sueſſionenſe celebratur.

941. Cluniacum toti orbi Venerabile redditur, inde velut ab Oraculo Delphico conſilium rogant Principes. Sanct. Odoni ſupra 2000. Cœnobia ſe ſubjiciunt.

942. Ludovicus Rex Otthoni Magno reconciliatur ducta Gerbirga ſorore ejuſdem Giſelberti Lotharingi vidua.

943. Magnus ille & prodigioſè ſanctitatis Abbas Odo feliciſſimè vita defungitur, cui B. Aymard. Comes Engoliſmenſ. ſufficitur.

Hugo

A. C

944. Hugo Arelatenſis Italiæ Rex feliciter rem contra Saracenos gerit, & Fraxineto potitur. Synodus Tornuſiana celebratur.

945. Ludovicus Galliarum Rex à Normannis capitur. Hugo Italiæ Rex Monaſticen profitetur. Guilhelmus II. Norman. Dux idipſum ſtatuens proditorie jugulatur.

946. Ad regnum æternitatis evocatur B. Turpinus Lemovicenſis Epiſc. inſigne Galliarum ſuo tempore ornamentum. Ludovicus Rex liberatur.

947. Concilium Virdunenſe celebratur. Haraldus Noruegiæ Rex, Richardo puero Normanniæ Duci opem laturus Gallias vaſtat, Ottho Imperator ejus invadens *R*egnum retrocedere cogit.

948. Concilium Moſomenſe celebratur. B. Gauſelinus Tullenſis Epiſc. moritur, Ludovico *R*egi filius naſcitur & ab Artoldo Lugdunenſi baptizatur.

950. Ludovico *R*egi Ottho Magnus Imp. affinis fideliter adeſt contra Normannos & Danos, his demum pacem petentibus.

951. Eblus ex Abbate S. Hilarij Pictavienſis, Epiſcopus Lemovicenſis celebratur. Ottho Imp. Conradi *R*. Burgund. ſororem ducit.

952. Ottho Imp. Conrado Lotharingo belli Italici curam relinquens, hujus opera inſigni victoria potitur, Berengario gratiam petente.

953. Iterum egregia ſanctitate Epiſcopus S. Gerardus Tullenſis, Gallias ſanctitatis radijs illuſtrat. Exſaciata bellis Gallia quieſcit, *R*ege & Hugone reconciliatis.

A. C.

Moritur Launo Archiepiſcopus Bituricenſis.

954. B.Aymardus Cluniaci Abbas honore ſe abdicat cæcus effectus,aliis nihilominus vitæ mirabili exemplo facem prætulit, cui S. Majolus eſt ſubrogatus. Moritur Ludovicus Rex,ejuſque filius Lotharius ab Artoldo Remenſi inungitur.

955. Hunni prȩter alias diverſas provincias etiam Gallias multis locis vaſtant,quorum conatus ſanguinolenta pluvia præſignificavit.

956. Nomen æternitati admirandis ſanè meritis conſecrat S.Maiolus AbbasCluniacenſis. Hugo Magnus denuo Gallias turbat,qui paulo poſt moritur, Hugone filio in principatum ſuccedente

957. Magno puniti ambitus exemplo Fulcharus Noviomenſis Epiſcopus, qui malis artibus Epiſcopatum adeptus erat, pediculari morbo abſumitur.

958. Admirandis mentis & prodigioſiſſime geſtis,non Gallias ſolùm , ſed orbem univerſum demeretur & percellit S.Majolus Abbas Cluniacenſis.

959. Hildemannus ex Monacho S. Dionyſij Pariſ. Senonenſium Archiepiſcopus Nonis Auguſti moritur , cui optimo peſſimus ſuccedit Archambaldus, de quo ſuo loco.

960. Cluniacenſes totum omnino orbem meritis graviſſimis demerentur , & nobiliſſimos , eruditiſſimos & ſanctiſſimos Præ-

ſules

A. C.

ſules & Doctores, innumeris fere cathedris & provincijs largiuntur.

961. Moritur magnus ille & meritiſſimus de Regno & Regibus Artaldus Remenſis ex Monacho S. Remigij Archiepiſcopus, in cujus gratiam Cathedra illa mirificè aucta & ornata eſt, Comitatuque Remenſi donata, ut alter Fundator habeatur.

962. Claret Flodoardus ſive Frodoardus Abbas Remenſis ſcriptor inſignis. In Galliis Concilium Meldenſe celebratur.

963. S. Aymardus alter ſuæ ætatis Job Cluniacenſis nuper Abbas, cæcus oculatiſſimus ad præmia patientiæ vocatur, obiit Hildegarius Epiſc. Lemovicenſis.

964. Moritur Adalbero Richemeri Lotharingiæ Ducis filius Metenſis Epiſc. vir præſtantiſſimus, & qui de Monaſtico Ordine pręclarè meruit.

965. Memorabili contempti ſummi honoris exemplo, oblatum ab Otthone Imp. Pontificatum Maximum rejicit S. Majolus Cluniacenſis Abbas.

966. Supremus hic annus fuit Roriconi Laudunenſi Epiſc. naturali filio Caroli Simplicis, ſed magnis dotibus præſtanti, quem Aſſo eruditiſſimum appellat.

967. Studia litterarum mirificè propagantur â Cluniacenſibus, ad quos difficillima orbis Chriſtiani negotia, & quæſtiones deferuntur.

968. Egregium Galliarum ornamentum S Gerardus Tullenſis Epiſc. qui cum facinoroſos & rebelles DEO lucrari conaretur,

parum

A. C.

parum abfuit quin ab illis occideretur, ob inſignia vitæ merita inter Sanctos relatus. Archanbaldus Senonenſis Archiepiſcopus horribili morte ob deſolatum Cænobium plectitur

969. Vivit hoc tempore, haud melioris exempli Natrannus ſive NautranusNivernenſisEpiſcopus, peſſimè commendatus, cujus tamen mortem ſcriptores tacuere.

970. Nortmanni & Dani in Galliis multa loca occupant & infeſta omnia habent, rapina,cædibus & incendiis late graſſantes.

971. Wicardus ex Valle Sanct. Gregorij Benedictino Cænobio ad ArchiepiſcopalemBiſuntinam evectus cathedram præclarè meretur.

972. In cælum emigrat B.Ratherius Lugdunenſ. quondam Epiſcopus Anthropomorphitarum Hæreſeos acerrimus profligator; pro juſtitia & pietate exul.

973. Immortale Galliarum decus S. Adelheides Rudolphi Burgundiæ Regis filia,Otthonis Magni Imp. vidua in cucullo ad miraculum exſplendeſcit. Moritur Vulfarus ex Abbate Floriacenſi Carnotenſis Epiſcopus,vir laudatiſſimus.

974. Richardus ex Monacho S. Germani, Antiſiodorenſ.Epiſc. in tanto honore humillimus, â mira ſimplicitate commendatus.

975. Aymoinus Annal. ſcriptor celeberrimus, Floriacenſ. Monach. de Hiſtoria & orbe univerſo præclarè meretur.

976. Totus pene terrarum orbis è Galliæ Cænobiis,

A. C.

biis, Cluniacenſi inprimis & Doctores petit & exemplaria ſanctitatis.

977. Carolus Lotharij Regis frater ab Otthone Imp. Lotharing. accipit, fitq; ejus Beneficiarius, quod Lothar. ægerrimè tulit.

978. Lotharius Germaniam invadit, Othonem ferè opprimit, hic ſe recolligens Lothar. in fugam conjicit, mox â converſo peſſimè mulctandus, â S. Wolfgango univerſo cum exercitu trans flumen inundatione altiſſimum prodigioſe traducitur.

979. Pergunt moliri hoſtilia Ottho Imp & Lothar. Galliarũ Rex viris ſanctiſſimis omni modo eoſdem conciliare ſatagentibus.

980. In Italiam contra Græcos properans Ottho Imp. cum Lothario paciſcitur & pacem firmat.

981. Hoc etiam anno Carol. Regem Lotharingiæ Lothar. fratrem, magis ſibi demerendum cenſens Ottho multa eidem largitur.

982. Quietiſſimis in Gallia rebus, ſanctorũ copia adeo Regnum omne eluceſcit, velut ſtellarum multitudine Firmamentum.

983. Sevinus ſive Seguinus Senonenſis Archiepiſcopus claret, multa â Rainardo Comite paſſus, princeps optime meritus.

984. Moritur Hugo Bituricenſis Archiepiſc. Comes Bleſenſis & Turonenſis, optime de Republ. meritus, & Theodoricus Metenſis, qui provinciam ſibi creditam â latronibus & ſceleratis egregiè purgavit.

985. Hoc & ſuperiore anno magna de Regno Lotharingiæ & Ducatu Brabantiæ contentio,

A. C.

tentio, Lotharius avunculi filio Otthoni Imp. concedit & cedit.

986. Vita excedit Lotharius Galliarum Rex ſuccedente in Regnum Ludovico filio.

987. Ludovicus Rex Galliarum Regno non niſi annum potitus & ipſe moritur abſq; hærede, cui ſuccedit patruus Carolus, quo tardante Hugo Capetus Regno inhiat.

988. Magno plauſu ſalutatur Rex Hugo Capetus, jam priore anno, ut nonnulli volunt inunctus deteſtantibus univerſis ignaviam Caroli, qui paulo poſt capitur.

989. Totus in regnum ſtabiliundum intentus Hugo, multis præclare geſtis plauſum omnium meretur, quem fruſtra nonnulli, plebeia ſtirpe natum ſcribunt, ſynchronis & religioſiſſimis viris ſtemma docentibus.

990. Concilium Silvanectenſe in Galliis celebratur. Carolus â quibuſdam nunc captus ſcribitur, ſed nunc exauctoratur: ſub quo invaluit Hæreſis: omnia Regibus in Eccleſiam licere.

991. Mortuo in captivitate Carolo, filiis ejus Ottho Imp. Lotharingiam ſervat. Conciliabulum Remenſe celebratur.

992. Arnulpho Remenſi Epiſcopo decretis Conciliabuli dejecto, Rex & complices excommunicantur. Hugo Rex Robertum filium conſecrari Regem impetrat.

993. Alduinus ſive Ilduinus Lemovicenſis Epiſc. claret, qui Judæos omnes intra menſis ſpatium aut baptizari voluit, aut exterminari. Gallia non minus quam Italia

ab

A. C.

ab incendiis Veſuvij territa trepidat.

994. Magnus ille Majolus Cluniac. Abbas moritur, quem S. Petrus cogn. Venerabilis, ait, poſt Deiparam, miraculorum gloria neminem tota Europa parem habuiſſe, ſuccedit magnus ille Odilo â Leutaldo Archiepiſcopo Biſuntino conſecratur.

995. S. Leo Abbas S. Bonifacij in Urbe, miſſus â Joanne XV. Rom. Pont. Concilio Remenſi præſidet, quo multa è re Chriſtiana conſtituuntur.

996. Hugo Arnoldum Flandriæ Comitem inimicum multis bonis, & Arteſia mulctatum in gratiam recipit.

997. Mortuo Richardo Normanniæ in Gallia Principe, ſuccedit Richardus Junior, quem mox multi fluctus bellorum excipiunt & ejiciunt.

998. Ejectus Gallia â ſuiſmet ſubditis Richardus Junior multa millia Normannorum cedit, & pro virili rerum ſuarum ſatagit. Ingens gloria Galliæ, inſtituta primùm apud ipſos ſolemni commemoratione omnium Defunctorum per S. Odilonem Abbatem Cluniacenſem. Moritur Hugo Rex Capetus.

999. Gilbertus ſive Gerbertus ex Archiepiſcopo Ravennate & Monacho Floriacenſi, & Scholarum Remenſium præfecto fit Pontifex Maximus.

1000. Idem Gilbertus æterna patriæ ſuæ gloria, monitu Divino Regios titulos & coronam decernit ac mittit S. Stephano Ungarorum Duci. Fundatur Prioratus Charitatis

A. C.

ritatis pro 80.Monach.membrũ Cluniac.

1001. Roberti Regis,qui patri ſucceſſerat, magna gloria,ſanctiſſimæ Leges, inſignis pietas cum eruditione,unde ſumma Regni felicitas orta.

1002. Electo Electorum in Germania Votis Sanct. Henrico Imp.gravioribus occupato Burgundiam eripit,& Vicarium Landericum ejicit. Claret S.Vulferius Monachus.

1003. Æternum Regni Gallici decus Sylveſter II. primus ſacræ militiæ claſſicum canit, multaſque præclarè ſancitis hoc eodem anno moritur.

1004. S.Wilhelmus Divionenſis S.Benigni Abbas immortali merito Gallias demeretur mira ſanctitatis fama, & Cænobiorum reformatione.Hoc ipſo anno alter S. Wilhelmus Fructuariæ Abbas grandi merito Reges reconciliat.

1005. Concilium Tremonienſe magno fructu celebratur.Lotharingiæ Duce mortuo Balduinus Flander provinciam ambit,cui opem fert Robertus Rex contra Cæſarem, his duobus graviter bello colliſis.

1006. Iterum alius magna ſanctitate Epiſc.Gallias illuſtrat, S.Gilbertus Meldenſis, miraculorum gloria â Numine celebratus.

1007. Magnus & meritiſſimus ille S. Fulbertus ex Abbate S. Martini Carnotenſis Pontifex eligitur,gloria Sacerdotũ,qui mox ſummis meritis innoteſcit,& pro libertate Eccleſiæ mirè pugnat.

1008. S.Ehaornus S. Gildæ Monachus vir ſanctiſſimus Martyrii purpura Gallias ornat, quo

A. C.

quo ipſo tempore S. Gingurianus ejuſdem Monaſterij converſus, omnem ſæculi ſapientiam ſua confundit ſancta humilitate.

1009. S.Fulbertus Berengario ſe ſtrenuè opponit, rebellemque Eccleſiæ lucrari aggreditur. Moritur S Gilbertus Epiſc.Meldenſis,cui Macarius ſuccedit.

1010. Magnus omnino Abbas Odilo, provincias univerſæ Europæ benefaciendo obit, quem Pontifex Rom. Cæſar, Reges omnes patrem conſalutant.

1011. PergitEccleſiaſticarum rerum pervaſoribus ſe opponere S.Fulbertus Carnotenſ.Epiſcopus,cui coronam muralem deberi aſſeverat Baronius, ut qui primus muros Babylonicæ civitatis ſuperaſſe videatur.

1012. Edelredus Angliæ Rex â Suenone Dano armis graviter preſſus in Gallias profugit, & ad Richardum Normanniæ Ducem ſe recipit, quem olim ipſe bello appetierat.

1013. Tanta Cluniacenſium ſama & gloria eſt,ut eos ſibi unicè demerendos S. Imperator Henricus cenſeret, & pomum Imperiale â Papa oblatum ijs dono mitteret

1014. Iterum in eoſdem amorem teſtatus ſuum Cæſar hoc anno Romæ coronatus, Coronam Regiam S. Odiloni deſtinat, qui pretium venditæ in egenos diſtribuit.

1015. Stupenda ſane Regni Galliæ, in ſanctorum multitud.felicitas,quorum ſupra tria millia eodem ferè tempore Cluniacũ educat, & to-

A. C.

& totam implens Europam totidem pari felicitate Regnis & Eccleſiis informat.

1016. Magnus Odilo Caſinum divertens omnium illic, inſigni frequentia Fratrum pedes lavat. Divionenſe Cænobium, Paradyſus Domini dicitur.

1017. Fulberto Carnotenſi & Cluniacenſibus ſatagentibus repullulaſcentem per Gallias Manichæorum Hæreſim Robertus Rex exterminat. Concilium Aurelianenſe in eadem cauſa celebratur. In Aquitania triduum totum ſanguine pluit, indelebili.

1018. Rudolphus Burgundiæ Rex â ſuis ejectus ab Imperatore Regno reſtituitur.

1019. Iterum Cluniacenſibus promoventib' Concilium ſolemne in Galliis, Lemovicenſe nimirum, celebratur. S. Giraldus Abbas Glannenſis Martyr occumbit.

1020. Terræmotu contremiſcit Gallia, & Rhodani inundatione ingentia damna conſequũtur. Hæreſis Berengariana â Monachis refutatur.

1021. Immortaliter de Galliis meretur S. Theodoricus ex Monacho S. Petri Vivi Aurelianenſis Epiſc. Heriberti & Lyſoij Hæreſi oppreſſa & exterminata.

1022. Ottho Carnotenſis Comes hoc & ſuperiore anno cum Richardo Normanniæ Duce colliſus & congreſſus ac victus aliquoties, reconciliatur.

1023. Robertum Gall. Regem Henric. Imp. Sanct' Sanct. convenit, quos inter multo Regnorum plauſu lites compoſitę, pax ſtabilita.

Mor-

A. C.	
1024.	Mortuum hoc anno Benedictum VIII. Rom.Pont. S.Odilo è purgatricib' flammis eripit,qui in Capitulo apparens, inclinato capite gratias agere viſus eſt. Hugo à Roberto patre Rex deſignatur, ſed ante ipſum moritur.
1025.	Guilielmus Aquitaniæ Dux ab Italis ad Regnum vocatus,huic cucullum præfert & Monachum profitetur. Synodus Anſana celebratur. Ad cœlos evolat S. Bartholomæus Majoris Monaſterij Abbas miraculis illuſtriſſimus.
1026.	Continuat bellum contra Hugonem Comitem Richardus Normannus, verum hoc in caſtris extincto Richardus junior, fratri Roberto Ducatum eripit.
1027.	Robertus ope Canuti Daniæ Regis Richardum fratrem diu obſeſſum ad deſperationem, qui cum paucis effugiens in Paleſtinam ſe confert.
1028.	S. Fulbertus Carnotenſis Epiſc. ad præmia æternitatis vocatur, in cujus morte ſtudium Philoſophiæ in Galliis extinctum ſcribitur. Eum Deipara, ut Mellifluum Doctorem proprio lacte ægrum refecit & curavit.
1029.	S.Bruno Tullenſis ex Monacho Epiſcopus, ſanctitatis ſplendoribus Gallias mirè illuſtrat,magnis meritis glorioſus.
1030.	Balduinus Junior Flandriæ Comes, Balduinum patrem bello appetit,hic inGalliam profugiens ope Normanni reſtituitur, & filium plectit.
1031.	S. Wilhelmus Abbas Divionenſis, ingens

bellum

A. C.

bellum conſopit Henrico & Roberto filiis contra Robertum Regem ſeniorem inſurgentibus.

1032. Rudolphus Burgundiæ Rex moritur, Regnumq; quod S.Henrico promiſerat ſucceſſori ejus Conrado teſtamento legat.

1033. Regnum terrenum cæleſti permutat Robertus verè Pius & Sanctus Rex Galliarum, Henrico filio amorem S P. Benedicti & Ordinis ante omnia alia inculcans.

1034. Concilium Lemovicenſe ſecundum, ſed & Bellovacenſe magno Galliarum & totius Eccleſiæ fructu ſolemniter celebrantur.

1035. Iterum aliud, haud impari bono, Triburienſe Concilium convocatur. Mira induſtria contra Berengarianos Cluniacenſes laborant.

1036. Inſigne ſydus Galliarum Regni S Hugo Archiepiſc Biſuntinus egregiis ſe meritis commendat.

1037. Conradus Imperator magno cum exercitu Burgundia potitur, quam Ottho Brabantinus, ceu hæreditario jure occupaverat.

1038. Ottho denuo Burgundiam per abſentiam Cæſaris repetit, Tullo & multis locis potitur, mox á Godilone Cæſaris Vicario profligatus, in fuga interimitur.

1039. Burgundionum res plenè componit Conradus Imperator. Vix Cænobium in Gallia ſub hoc tempus reperitur, quod viris ſanctis refert non prædicetur.

1040. S. Robertus Cluniacenſis Caſæ DEI fundator,

A. C.

tor, vir admirandæ ſanctitatis & prodigijs illuſtriſſimus moritur.

1041. Cluniacenſi Cænobio immortaliter debet RegnūPoloniæ redditum hoc anno ſanctiſſime inſtitutum Regem Caſimirum, 7.annor.Monachum,Pontificis Rom.diſpenſatione ad relicta ſceptra revocatū.

1042. Odelricus Lugdunenſis Archiepiſcopus,ætate & ſapientia provectus eruditione ſummus celebratur, non multo poſt ſcelere impiorum veneno ſublatus.

1043. Etiam Germaniæ, Italiæ, Poloniæ, Hiſpaniæ ſubmittit ſanctiſſimos erudititiſſimos, & utiliſſimos Præſules Cluniacum, cui ſupra 2000. Cęnobiorum ultro & ſponte ſe ſubmittunt.

1044. Eligitur Alinardus ex Abbate S. Benigni Divionenſis, divinitus revelatus creatur Lugduni Epiſcopus cælo teſte reveraMagnus & inter Galliæ ſydera cenſendus.

1045. Patris patriæ Titulum meretur apud Polonos B. Caſimirus Rex nuper Cluniacenſis Monachus, immortaliter de Regno meritus. Godefridus Dux ope Regis GalliarumLotharingia;EduardusRegno Angliæ ope Normanni potitur.

1046. Godefridus à Cæſare denuo ejicitur & capitur, è carcere tamen poſtea elapſus.In cælum evolat S.Richardus S. VitoniAbbas, vir prodigioſe ſanctitatis, cujus diſciplinæ 21. Cænobia ſe ſubdiderunt.

1047. Godefridus Dux per abſentiamCęſaris Lotharingiam denuo invadit, eamque igne & ferro vaſtans, ſibi ſubjicit.

‡ F Wil-

A. C.

1048. Wilhelmus Dux Normanniæ cum Henrico Rege colliditur, invaleſcit nimium in Gallijs Hæreſis Berengariana, cui viri ſancti plurimum obnituntur. Ipſo anno magnus Odilo moritur, cui minimè impar ſanctitate S. Hugo ſufficitur.

1049. Ex Syderibus Galliæ ſolem orbis Chriſtiani agere jubetur S. Bruno Tullenſis ex Monacho Epiſcopus, Summus Pontifex ſalutatus, & Leo IX. appellatus. Concilium Remenſe pro reformanda diſciplina Eccleſiaſtica celebratur.

1950. Plurimum Galliæ conſulit S. Leo IX. duobus iterum celebratis Conciliis quibus Berengarij Hæreſis fuit damnata. S. Gerardus Sylvæ majoris Abbas, & S. Athanaſia Deiparæ gratiſſima Abbatiſſa, moriuntur

1051. Totum orbem fama ſanctitatis magnisque meritis implet Sanct. Hugo Cluniacenſis, quem nummi infimique colunt, Rom. Pontifex, Cæſar, omneſq; Reges ac Principes. Cæſar autem nunc evocat, ut filium è ſacro fonte levaret.

1052. Alinardus, ex Paradyſo Domini S. Benigni Divionenſis Cænobio aſſumptus, Lugdunenſis Archiepiſcopus moritur, qui, ut Benigniana monimenta habent: Duxit Apoſtolicam factis & nomine vitam.

1053. Sanctus & Magnus Hugo immiſſis illuſtribus Sanctorum virorum colonijs Hiſpanias mirè demeretur, Regibus ſummæ venerationi.

1054. Ad cælos rapitur magnum illud Tullenſium & Gal-

A. C.

& Galliæ, poſtea UniverſæEccleſiæ ſydus S.Leo IX. Pont. Max. cum ſui æternam memoriam reliquiſſet.

1055. Duo hoc anno in Galliis Concilia celebrantur Lugdunenſe & Turonenſe, quibus cum Regni tùm Eccleſiæ univerſæ conſultum fuit, in his prodigioſam Eccleſiæ navat operam S. Hildebrandus Cluniacenſis S.R.C. Cardin.

1056. Idem ſanctiſſimus Cardinalis immortali merito in confundenda Sacramentariorum Hæreſi & proterenda, ſed & Symoniaca exterminanda totus eſt.

1057. Iterum magno Galliarum ornamento ad Vicariam Chriſti in terris poteſtatem eligitur è familia Lotharingica Fridericus Gozilonis Ducis filius, CaſinenſisAbbas, Stephanus IX. appellatus, vir egregia ſanctitate conſpicuus.

1058. Reſtitutor Regni Polonici B. Caſimir. Rex. Cluniacenſis Monachus, ad Palatia æterna emigrat. Relapſo tertium in Hæreſim Berengario mira magnamitate Algerus Cluniacenſis aliique viri docti ex eadem familia obſiſtunt.

1059. Magnus ille Theologus S.Lanfrancus, Beccenſis Monachus Cadomenſis Abbas, eruditionis & ſanctitatis ſplendoribus Eccleſiam implet Hæreſes confundit. NormanniæDux Gallias türbat, multaq; Regi eripit.

1060. Henricus I. Gall. Rex moritur, ſuccedit Philippus filius, patre ſuperſtite coronatus

A. C.

cui & reliquis liberis Tutorem aſſignat Balduinum Comitem Flandriæ.

1061. Vaſconia & Aquitania â puero Rege deficit, magniſque motibus Gallia concutitur. S. Lanfrancus præcipuus Theologiæ Scholaſticæ Author habetur.

1062. Rex Philippus cum Godefrido & Marcello Comitibus in Aquitaniam movens pleraq; loca occupat, quibus occurrens cum exercitu Wilhelmus vincitur capitur nec multo poſt mœrore cõtabeſcẽs moritur.

1063. Illuſtrat ſanctitatis radijs & vitæ exemplo docet Gallias S. Auſtindus Auſciorum ſive Auſcenſium in Novempopulonia & Vaſconia Archiepiſcopus.

1064. Normanniæ Dux Wilhelmus Angliæ Rex â morituro abſque hæredibus Eduardo deſignatur.

1065. Toſticus ejuſque frater Haraldus mortuo Eduardo avunculo, ceu legitimi hæredes Regnum invadunt, mox inter ſe colliſi ille ab iſto ejicitur.

1066. Haraldum ope Haraldi Daniç Regis Toſticus aggreditur magna Regni parte potitur, â fratre denique victus occumbit, verum Victor â Wilhelmo Normanno profligatur.

1067. Wilhelmus occiſo competitore quietè Regno potitur. Cælo immigrat S. Mauritius Rotomagenſis Archiepiſcopus, cum in feretro reviviſcens, populum de beatitate ſua informaſſat, mox felici denuo ſomno reſolutus.

1068. Compoſitis in Vaſconia & Aquitania rebus Rex

A. C.

Rex Philippus Bertham Tutoris ſui Balduini Flandri filiam ducit conjugem.

1069. Admirandæ & eruditionis & ſanctitatis fama Gallias imo orbem implet Magnus ille & Sanctiſſimus vir AnſelmusBeccenſis Monachus Lanfranci diſcipulus, miraculum ſuæ ætatis habitus.

1070. Incomparabili de cælis terriſque merito S. Elſinus Remenſis Abbas primus inter ſuos inſtituit Feſtum ſeu Commemorationem ſolemnem immaculatæ Conceptionis, quod dein factus Archiepiſcopus S. Anſelmus latè propagat.

1071. Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus claret, vir ſummæ auctoritatis Eccleſiaſticæ libertatis vindex acerrimus, Ordinis Monaſt. pater.

1072. Synodus Æduenſis multo fructu celebratur, præſidente B. Geraldo Cardin. altero Petro Damiani, qui hoc anno deceſſerat, ad purpuram è Monaſterio Cluniacenſi, abrepto.

1073. Incredibili Galliarum plauſu S. Hildebrandus Cluniacenſis, Pontifex Maximus ſub nomine Gregorij VII. ſalutatur, miraculum hominis, prodigioſo conſenſu repente acclamante univerſo populo: Hildebrandum S. Petrus elegit.

1074. Hæreſes & Symoniam inprimis profligat idem SanctiſſimusPontifex, ob quod ipſũ Cæſarem adverſarium patitur, Epiſcopatus eouſque vendentem.

1075. Moritur Robertus Roberti Pij filius BurgundiæDux Regis Philippi patruus ſimiliter.

A. C.

liter S. Goderannus ex Monacho Cluniacenſi Sanctonenſis Epiſcopus.

1076. Memorabili Galliarum fructu & gloria Sanctiſſima Grandimontenſis ſub Regula S. P. Benedicti Congregatio â S. Stephano propagatur. S Gregorius VII. nec Galliç quidem parcens multos male meritos Epiſcopos plectit.

1077. Sigefridus ex Abbate Fuldenſi Elector Moguntinus, inde Cluniacenſis monachus, Simoniacis ſedem invadentibus â S. Hugone juſſus reſumit lituum. Juſſu S. Greg. VII. Lingonenſis Synodus contra Symoniacos celebratur.

1078. Meritiſſimus ille de cælorum Auguſta S. Erluinus Abbas moritur, Feſti Conceptionis B. M. V. primus inſtitutor S. Hugo Cluniac. orbis Oraculum habetur.

1079. Innumera unius Gregorij VII. referenda merita eſſent, toti orbi conſulentis, quæ omnia ad æternam Cluniaci ſpectant gloriam.

1080. Illuſtriſſimus ille admiranda ſanctitate Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus, ex Monaſterio S. Medardi ad cathedram extrahitur, quo unico anno Greg. VII. juſſu tria in Galliis Cõcilia Lugdun. Avenion. & Meldenſe celebrantur.

1081. Moritur Euſebius qui & Bruno dictus, Epiſcopus Andegavenſis, vir doctus, pravæ tamen opinionis de Ven. Sacramento Euchariſtico ſuſpectus.

1082. Inſigni rurſus Gallicæ nationis gloria, apud eoſdem Carthuſianorum Ordo â Divo

Bru-

A. C.

Brunone ope S. Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi inſtituitur, cum hic ipſi Carthuſianos montes dono dediſſet.

1083. Magnus ille Hugo Cluniacenſis nõ Gallias ſolùm ſed Europam univerſam ſui admiratione obſtupefacit, non morborum ſolummodo prodigioſus Medicus, ſed protritor cacodæmonum, ita ante congreſſum ejus energumenos deſererent.

1084. Moritur S. Theodoricus Abbas in vita & â morte prodigijs illuſtriſſimus.

1085. Triſtiſſimus Galliæ & orbi Catholico hic annus Gregorio VII. Eccleſiæ militanti erepto, Triumphanti aſſerto, innumeris de Hæreſibus triumphis celebratiſſimo, præclare ſancitis immortali.

1086. Meretur immortaliter de Galllia S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus, caſæ Dei Monachus contra Hæreſes potens & omne genus vitiorum.

1087. Supremus hic annus S. Arnulpho Sueſſionenſium Epiſcopo prodigioſæ ſanctitatis vir, Monachus S. Medardi, quem ipſo Aſſumptionis feſto Deipara evocat.

1088. Iterum è Galliis & Cluniacenſi Cænobio univerſalis Eccleſiæ Paſtor eligitur B. Vrbanus II. antea Guido dictus, ſpiritum Gregorij VII. aſſequutus.

1089. Rapitur ad præmia æternitatis S. Gerbertus Fontanellæ Abbas vir magnorum meritorum & eximiæ ſanctitatis, S. Mauritij familiariſſimus.

1090. Maximo orbis Chriſtiani bono plura Concilia

A. C.

cilia celebranda incidit B. Urbanus, quæ inter Toloſanum in Galliis cogitur.

1091. Confeſſariorum & pœnitentium omnium Tutelaris ſingularis S. Aibertus Criſpinienſis Monachus, innumeros è cœno vitiorum eripit.

1092. Evocatur ad cęleſtes triumphos ipſo Aſcenſionis feſto S. Berengarius S. Papuli in Septimania Monachus in omni vita miraculis glorioſiſſimus.

1093. Hoc anno è Galliis & Beccenſi Cænobio ad Primatam Angliæ & Cantuariæ Archiepiſcopalem Cathedram S. Anſelmus vocatur, vir planè admirandus.

1094. Oſtionenſe in Galliis Concilium S. Urbanus Papa indicit. S. Anſelmus memorabili felicitate repullulaſcentem Sabellianorum Hæreſim profligat.

1095. Claromontanum Concilium celebrat B. Urbanus, in quo Philippum Galliarum Regem, memorabili Zeli Sancti exemplo in proprio Regno excommunicat.

1096. Idem æterna Regni Gallici gloria primus Bullæ Cruciatæ author 300000. cont. Saracenos conſcribit. Idem Curſum ſeu Officium B.M.V. inſtituit.

1097. Robertus Normanniæ Dux & lectiſſimi Galliæ Principes Crucem generoſe aſſumunt. Anſelmus pleno Concilio Eccleſiam mirè contra Græcos defendit.

1098. Magnum Galliæ ſydus occumbit Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis unus ex tribus quem moriens Greg. VII. dignum Pontificatu ſummo exiſtimavit.

Immor-

A. C.

1099. Immortalibus de Eccleſia meritis clariſſimus moritur B. Urbanus II. cui pari ſanctitate ex iiſdem Regno & Monaſterio ſufficitur B. Paſchalis II.

1100. Extinguitur magnum Galliarum jubar B. Robertus primus Ciſtercij Abbas mirificus Ordinis Reformator, jam in utero matris à Deipara ſponſus electus.

1101. Paſchalis Papa nihil reveritus ſuæ patriæ Regem, malè meritum Philippum excommunicat. Claret Dæmonum & Hæreticorum terror B. Algerus Cluniacenſis Monachus, relictis ingenij monimentis immortalis.

1102. Eudo ſive Eudus Burgundiæ Dux moritur alias Ottho, conditor Cœnobij Ciſtercienſis, ibidem conditus, cum ſacram militiam ſequeretur.

1103. Magnus ille Anſelmus jam non ſemel pro libertate Eccleſiæ exul in patriam revertitur, ipſis etiam fidei hoſtibus venerandus.

1104. E Galliis & Cluniacenſi Monaſterio, primus Compoſtellanus Archiepiſcopus poſtulatur Dalmachius. In Armeniam quoq; Perſiam, Paleſthinam & Æthyopiam inde Coloniæ expetuntur.

1105. Concilium Tremonienſe celebratur. B. Adelmus Lugdunenſis, Caſæ DEI Abbas, prodigijs illuſtriſſimus, in Hiſpanias poſtulatur.

1106. Moritur præſtantiſſimus ille Hugo Lugdun. Archiepiſc. Paſchalis Papa in Galliam

A. C.

uſqueCiſalpinam ipſe iterſuſcipit,&Guaſtallæ Concilium celebrat.

1107. Iterum magnum Galliæ extinguitur Sanct. Stephanus II. Ciſtercij Abbas Deiparæ in terris etiamnum familiaris, innumeris alijs eluceſcentibus.

1108. Ludovicus Craſſus Regis Philippi filius repudiata Guidonis Rupefortij filia ſocerum,ejuſdem fratres bello appetit, multaque loca occupat. Moritur Hugo ex Duce Burgundiæ Cluniacenſis Monachus.

1109 Magnus ille Hugo AbbasCluniac.ejuſdemque amiciſſimus Magnus Anſelmus moriuntur, quibus duos pretioſiſſimos in cælo thalam. præparari S.Fulgent.Abbas conſpexit.Extinguitur etiam Rex Philippus Ludovico filio ſuccedente.

1110. Regreſſus è Paleſthina Robertus Normanniæ Dux cum Henrico Angliæ Rege fratre ſuo colliſus,ipſum bello impetit,vincit & capit. Ludovicus Rex Galliæ Guidonem Com. de Creſſiaco ſimiliter vincit & capit. B.Aleydes S. Bern. mater obijt.

1111. Nunc in reſtitutum Regno Henricum Anglum Gallus movet, hic tamen poſt magnam utrinque cladem, vincitur, bellum nihilominus continuat.

1112. Philippus Ludovici Regis frater Galliam turbat, cui mox ipſe Rex obviat, multa ſtrage ipſum atterit, neque ſua ſolum recipit,ſed plura expugnat.

1113. Nobilitant tanto poſt ipſam etiam Paleſtinam

A. C.

nam ſuo ſanguine Cluniacenſes Monachi, quem Chriſti ſanguini ſacrant, plurimi in monte Thabor occiſi.

1114. Moritur Gualo ſeu Gallo Archiepiſcopus Pariſienſis ex mon. S. Quintini Legatus Apoſtolicus, vir meritiſſimus, qui Eccleſiæ ſuæ magnam S.† portionem meruit.

1115. Non Gallias ſolum ſed orbem fama implet B. Guido Burgundiæ Comes ex Monacho Archiepiſcopus Viennenſis mirè à ſanctis viris laudatus. Moritur S. Vitalis primus Abbas & Fundator Cænobij Savigniacenſis præclarus Ord. monaſt. reformator.

1116. BB. Bernardus Tironenſis & Robertus de Abruſcellis, dum Ordinem reformant, Gallias viris Sanctis implent, ingenti mox fructu conſequente.

1117. Decantatiſſimus multorum ſcriptis Raynaldus Lugdunenſis ex Abbate Vigiliacenſi Epiſcopus claret, ſedet S. Landricus ex Metenſi Epiſcopo, Sonegienſis monachus Apoſtolicis ſe meritis cælo commendat.

1118. Moritur Paſchalis II. Pont. Max. Cluniac. monachus meritis de Eccleſia immortalis, eodemq; anno S. Godefridus Ambianenſis ex Abb. Epiſc. Vir incomparabilis.

1119. Concilium Viennenſe celebrat B. Gelaſius Papa, & Cluniacum delatus inter Sanctos Sanctus moritur, iterumq; ex Gallia, & eodem Cænobio eligitur Calixtus II. ante Guido vocatus Archiepiſcopus

A. C.	
	Vienn. Galli ab Anglo profligantur.
1120.	Debet hoc anno Viennenſis Eccleſia B. Calixto II. Primatus acceptam in Gallijs dignitatem. Wilhelmus capti ab Anglo Roberti filius ope Galliarum Regis Nortmanniam armis recipit. S. Adjutor mon. Sequanæ charybdim tollit.
1121.	Admirabili ſanctitate & magnis meritis elucet S. Bartholomæus Laudunenſis Epiſc. Fuſniaci mon. qui Ordini novo S. Nortberti Præmonſtratum donat, unde cognominantur, idem præcipuus eorumdem promotor.
1122.	Ingentia merita de ampliſſimo Regno Galliarum cùm Cluniacenſium tum Ciſtercienſium, quorum Sanctis Colonijs mundus impletur.
1122.	Mellifluus Doctor Bernardus Univerſam Chriſti Eccleſiam mira percellit ſanctitate, idem nunc ſtrenuus cum S. Hugone Epiſcopo in Sacra Carthuſ. familia commendanda & promovenda, quæ egregia ſydera Galliæ largitur.
1123.	B. Callixtus II. moritur inſigne Galliæ decus, cum Eccleſiam à Tyrannide Imperatorum liberaſſet. S. Bernardus etiam Præmonſtratenſes demeretur.
1124.	Illuſtrat Gallias B. Hildebertus Cluniac. monachus Cenomanenſium Pontifex, Sancti Hugonis diſcipulus, egregijs meritis conſpicuus.
1125.	S. Petrus Mauritius cognomento Venerabilis de Regno Galliarum & Eccleſia univerſa

A. C.

verſa plurimum meretur, Petrobuſſianæ Hæreſeos obtritor.

1126. Alius peregregius è Galliis & Cluniacenſi Cænobio, Petri Ven. diſcipulus ſe prodit B. Matthæus S.R. C. Cardinalis, magnis nunc Legationibus perfunctus.

1127. Idem nunc nomine Romani Pont. Trecenſi Concilio præſidet. Tyro in Palæſthina recepto primus Archiepiſcop. præficitur Wilhelmus Cluniac. m.

1128. Alius rurſum è Gallijs inſigniter pro meritis promovetur, Stephanus S. Joan. Carnotenſis Abbas, Patriarcha Jeroſolymitanus renunciatus. Concilio Trecenſi ſumma auctoritas Divi Bernardi celebratur.

1129. Epiſcopos corrigit & inutiles dejicit B. Matthæus Cluniac. Balduino cognato Regi pro libertate Eccleſiæ ſtrenuè obnititur Stephanus Patriarcha paulo poſt veneno ſublatus. Avenionis Comes & Rex Galliæ colliſi acriter congrediuntur.

1130. Mellifluus Doctor Concilio Srampenſi tantiſit, ut Patres univerſi in ejus ſententiam compromitterent, ipſo Innocentium Legitimum paſtorem proclamante, Idem poteſt Concilio Anicienſi S. Hugo Epiſc. Gratianopolitanus.

1131. Bernardus pro Eccleſia Authoritatem ſuam paſſim interponit, ſummis Principibus ob manifeſt. m ſanctitatem reverendus & metuendus. Hoc anno Lotharium Imp. ab Inveſtituris deterret.

A. C.

1132. Innocentius Papa Galliæ plurimum conſulit. Noviomenſes ipſum irridentes metuendo urbis luunt incendio. Moritur S. Hugo Epiſc. Gratianopolitanus.

1133. Hæreſes in Armorica profligat Hugo Rotomag. Archiepiſc. ex Priore Cluniacenſi. Claret ex eodem Monaſterio Hildebertus Turonenſis Archiepiſc. â S. Bernardo, magna Eccleſiæ columna, pro meritis appellatus.

1134. S. Hugo noſter altero ab obitu anno, Concilio Piſano inter Divos refertur, S. Bernardus præcipuus Schiſmaticorum profligator Piſis mira operatur.

1135. Extinguitur magnum Galliæ lumen S. Matthæus Cluniac. S. R. C. Cardinalis. Wilhelmum Aquitaniæ Ducem prodigioſe S. Bernardus ad ſaniora cogit.

1136. Mira Regni Gallici felicitas Sugerio Abbate Sanct. Dionyſij Regnum & Regem dirigente. Ludovicus Rex non ſolum cucullum indui, ſed Monachum profiteri voluit, priusquam moreretur.

1137. Rogerius Tyrannus â Raynulpho Comite, prodigiosè precibus S. Bernardi vincitur, Ludovicus VI. Galliarum Rex monachus moritur. S. Hugo ex mon. S. Germani Autiſiodorenſis Epiſcopus, & S. Aymo Savigniacenſis viri maximi moriuntur.

1138. Ludovicus VII. patri ſuccedens, quo vivo coron. fuerant, ducta unica Wilhelmi Aquitaniæ Ducis filia, Aquitaniam & Comitatum Andegavenſem nanciſcitur.

Arnal-

A. C.

1139. Arna'd'ſtarum Hæreſis â viris Sanctis & Innocentio Papa opprimitur, Magno Bernardo admirationi eſt B. Robertus humilis Ciſterc. converſus.

1140 Abailardus Hæreſiarcha ſuperbiſſimus, cum S Bernardo congredi auſus, â Petro Venerabili convictus Cluniaci Monachum profitetur.

1141. Vixit ſub hoc tempus B. Odo, cui mortuo Abbas proprius ejuſdem S. Bernardus ob reverentiam ſanctitatis pedes oſculatus eſt Rex Galliæ & Theobaldus Comes Bleſenſis graviter colliduntur, inde multa ſanguinis effuſio.

1142. SS. Petrus Cluniacenſis, Bernardus Claræ-vallenſis & Sugerius S. Dionyſij Abbates præclare merentur, in Pontifice & Rege Gall. conciliandis.

1143. Crudeliter juvenili fervore in Comitatus Theobaldi ſævit Rex Ludovicus, quem, uti Theodoſium Ambroſius feliciſſimè redarguit S. Bernardus.

1144. Ingens S Petri Ven. & Cluniacenſium Auctoritas, ad quos ex toto orbe cauſæ definiendæ deferuntur.

1145. Lucio Papa mortuo ad ſummum Pontificatum evehitur B. Eugenius diſcipulus S. Bernardi, ad quem mox iſte libros ſcribit de conſideratione.

1146. Sacrum bellum contra infideles denuo ſuſcipitur, ad quod S. Bernardus pace Germ, reddita juratiſſimos hoſtes Conrad. Imp. & Guelphonem Ducem perſuadet, quibus Galliæ Rex jungitur.

Expe-

A. C.

1147. Expeditio ſolemniter ſuſcipitur, Sugerio Abbati per abſentiam Regis Regnum committitur, abſque omni invidia Principum, tantum virum ſuſpicientium.

1148. Etiam uſque in Portugalliam ex Gallia ſeſe Divi Bernardi merita exporrigunt, Alphonſo Rege Scalabim ejus precibus expugnante.

1148. Conrado Imp. in Germaniam regreſſo animoſè durat in continuatione belli ſacri Rex Ludovicus. Sugerius Abbas alter Salomon celebratur.

1149. Sceleſtiſſimus Orientis Imp. Galliarum Regem nequiter capit, quem tamen Rogerius Rex paulo poſt liberat. Moritur Gilbertus Pictavienſis Epiſc. eruditione maximus, etſi in errorem lapſus, mox ipſum deteſtatus.

1150. S. Petrus Venerab. inſigni merito pacem Imperatorem inter & Rogerium Siciliæ Regem conciliat, & hunc contra Saracenos accendit. Tres uno eodemq; tempore ad Sacram Purpuram è ſolo Ciſtercio evocantur.

1151. Sugerius Abbas, alter Galliarum Regni animus moritur, cui morienti per litteras adeſt, cum aliter non poſſet, Bernardus, ipſique gloriam cæleſtem promittit. Rex Ludovicus dum ſepelitur amariſſimè deflet, certus patrem amiſiſſe.

1152. Leonora Aquitanica à Ludovico Rege ob conſanguinitatem ſeparata, Henrico Nortmanno nubit, cui Aquitaniam dotis nomi-

A. C.

nomine affert, hic vero ſequenti anno etiam Regno Angliæ potitur.

1153. Cælum Gallijs totiq; Eccleſiæ magnum eripit theſaurumS Bernardum, Doctorem verè *M*ellifluum Deiparæ dilectiſſimum, quo ipſo anno etiam Eugenius moritur.

1154. Venit in Gallias Gummarus Sardiniæ Rex, & florentiſſimis ætate & rebus cucullum in Claravalle amplectitur. *M*oritur Sanct. Lambertus Vencienſis & Lirinenſi *M*onacho Epiſcopus, Epilepticorum mirificus dein medicus.

1155. Gallias ſacro horrore implet mira ſanctitate & innumeris prodigiis S. Petrus Tarentaſienſis ex Abbate Stamedienſi Epiſcopus, vir incomparabilis.

1156. *M*agnum iterum lumen Galliæ occidit B. Theobaldus Campaniæ quondam Comes & â Rege ſecundus, ClarævallisMonach. vir in omni vita admirandus. Obiit eodem anno S. Wilhel. Aquitan. quondam Dux dein novi Ord. Monachorum.

1157. Sed & hic quoque annus Galliæ triſtiſſimus morte S. Petri Ven. Abb. Cluniacenſis, orbis miraculi & oraculi, Hæreſum potentiſſimi protritoris.

1158. Gallias omnis fortuna deſerere viſa eſt cum tot illuſtribus ſyderibus privaretur, hoc etiam anno B. Roberto orbata digniſſimo Bernardi ſucceſſore, qui ipſum eligi moverat, quem tota Gallia ut patrem colebat.

1159. In tanto tot Sanctorum Galliæ Vale-

dicen-

A. C.

cui & reliquis liberis Tutorem aſſignat Bãlduinum Comitem Flandriæ.

1061. Vaſconia & Aquitania â puero Rege deficit, magniſque motibus Gallia concutitur. S. Lanfrancus præcipuus Theologiæ Scholaſticæ Author habetur.

1062. Rex Philippus cum Godefrido & Marcello Comitibus in Aquitaniam movens pleraq; loca occupat, quibus occurrens cum exercitu Wilhelmus vincitur capitur nec multo poſt mœrore cõtabeſcẽs moritur.

1063. Illuſtrat ſanctitatis radijs & vitæ exemplo docet Gallias S. Auſtindus Auſciorum ſive Auſcenſium in Novempopulonia & Vaſconia Archiepiſcopus.

1064. Normanniæ Dux Wilhelmus Angliæ Rex â morituro abſque hæredibus Eduardo deſignatur.

1065. Toſticus ejuſque frater Haraldus mortuo Eduardo avunculo, ceu legitimi hæredes Regnum invadunt, mox inter ſe colliſi ille ab iſto ejicitur.

1066. Haraldum ope Haraldi Daniæ Regis Toſticus aggreditur magna Regni parte potitur, â fratre denique victus occumbit, verum Victor â Wilhelmo Normanno profligatur.

1067. Wilhelmus occiſo competitore quietè Regno potitur. Cælo immigrat S. Mauritius Rotomagenſis Archiepiſcopus, cum in feretro reviviſcens, populum de beatitate ſua informaſſat, mox felici denuo ſomno reſolutus.

1068. Compoſitis in Vaſconia & Aquitania rebus Rex

A. C.

Rex Philippus Bertham Tutoris ſui Balduini Flandri filiam ducit conjugem.

1069. Admirandæ & eruditionis & ſanctitatis fama Gallias imo orbem implet Magnus ille & Sanctiſſimus vir AnſelmusBeccenſis Monachus Lanfranci diſcipulus, miraculum ſuæ ætatis habitus.

1070. Incomparabili de cælis terriſque merito S. Elſinus Remenſis Abbas primus inter ſuos inſtituit Feſtum ſeu Commemorationem ſolemnem immaculatæ Conceptionis, quod dein factus Archiepiſcopus S. Anſelmus latè propagat.

1071. Richardus Bituricenſis Archiepiſcopus claret, vir ſummæ auctoritatis Eccleſiaſticæ libertatis vindex acerrimus, Ordinis Monaſt. pater.

1072. Synodus Æduenſis multo fructu celebratur, præſidente B. Geraldo Cardin. altero Petro Damiani, qui hoc anno deceſſerat, ad purpuram è Monaſterio Cluniacenſi, abrepto.

1073. Incredibili Galliarum plauſu S. Hildebrandus Cluniacenſis, Pontifex Maximus ſub nomine Gregorij VII. ſalutatur, miraculum hominis, prodigioſo conſenſu repente acclamante univerſo populo: Hildebrandum S. Petrus elegit.

1074. Hæreſes & Symoniam inprimis profligat idem SanctiſſimusPontifex, ob quod ipſũ Cæſarem adverſarium patitur, Epiſcopatus eouſque vendentem.

1075. Moritur Robertus Roberti Pij filius BurgundiæDux Regis Philippi patruus ſimiliter.

A. C.

liter S. Goderannus ex Monacho Cluniacenſi Sanctonenſis Epiſcopus.

1076. Memorabili Galliarum fructu & gloria Sanctiſſima Grandimontenſis ſub Regula S. P. Benedicti Congregatio â S. Stephano propagatur. S Gregorius VII. nec Galliç quidem parcens multos male meritos Epiſcopos plectit.

1077. Sigefridus ex Abbate Fuldenſi Elector Moguntinus, inde Cluniacenſis monachus, Simoniacis ſedem invadenribus â S. Hugone juſſus reſumit lituum. Juſſu S. Greg. VII. Lingonenſis Synodus contra Symoniacos celebratur.

1078. Meritiſſimus ille de cælorum Auguſta S. Erluinus Abbas moritur, Feſti Conceptionis B. M. V. primus inſtitutor S. Hugo Cluniac. orbis Oraculum habetur.

1079. Innumera unius Gregorij VII. referenda merita eſſent, toti orbi conſulentis, quæ omnia ad æternam Cluniaci ſpectant gloriam.

1080. Illuſtriſſimus ille admiranda ſanctitate Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus, ex Monaſterio S. Medardi ad cathedram extrahitur, quo unico anno Greg. VII. juſſu tria in Galliis Cōcilia Lugdun. Avenion. & Meldenſe celebrantur.

1081. Moritur Euſebius qui & Bruno dictus, Epiſcopus Andegavenſis, vir doctus, pravæ tamen opinionis de Ven. Sacramento Euchariſtico ſuſpectus.

1082. Inſigni rurſus Gallicæ nationis gloria, apud eoſdem Carthuſianorum Ordo â Divo Bru-

A. C.

Brunone ope S. Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi inſtituitur, cum hic ipſi Carthuſianos montes dono dediſſet.

1083. Magnus ille Hugo Cluniacenſis nõ Gallias ſolum ſed Europam univerſam ſui admiratione obſtupefacit, non morborum ſolummodo prodigioſus Medicus, ſed protritor cacodæmonum, ita ante congreſſum ejus energumenos deſererent.

1084. Moritur S. Theodoricus Abbas in vita & â morte prodigijs illuſtriſſimus.

1085. Triſtiſſimus Galliæ & orbi Catholico hic annus Gregorio VII. Eccleſiæ militanti erepto, Triumphanti aſſerto, innumeris de Hæreſibus triumphis celebratiſſimo, præclare ſancitis immortali.

1086. Meretur immortaliter de Galllia S. Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus, caſæ DEI Monachus contra Hæreſes potens & omne genus vitiorum.

1087. Supremus hic annus S. Arnulpho Sueſſionenſium Epiſcopo prodigioſæ ſanctitatis vir, Monachus S. Medardi, quem ipſo Aſſumptionis feſto Deipara evocat.

1088. Iterum è Galliis & Cluniacenſi Cænobio univerſalis Eccleſiæ Paſtor eligitur B. Vrbanus II. antea Guido dictus, ſpiritum Gregorij VII. aſſequutus.

1089. Rapitur àd præmia æternitatis S. Gerbertus Fontanellæ Abbas vir magnorum meritorum & eximiæ ſanctitatis, S. Mauritij familiariſſimus.

1090. Maximo orbis Chriſtiani bono plura Con-

A. C.

cilia celebranda incidit B. Urbanus, quæ inter Toloſanum in Galliis cogitur.

1091. Confeſſariorum & pœnitentium omnium Tutelaris ſingularis S. Aibertus Criſpinienſis Monachus, innumeros è cœno vitiorum eripit.

1092. Evocatur ad cęleſtes triumphos ipſo Aſcenſionis feſto S. Berengarius S. Papuli in Septimania Monachus in omni vita miraculis glorioſiſſimus.

1093. Hoc anno è Galliis & Beccenſi Cænobio ad Primatam Angliæ & Cantuariæ Archiepiſcopalem Cathedram S. Anſelmus vocatur, vir planè admirandus.

1094. Oſtionenſe in Galliis Concilium S. Urbanus Papa indicit. S. Anſelmus memorabili felicitate. repullulaſcentem Sabellianorum Hæreſim profligat.

1095. Claromontanum Concilium celebrat B. Urbanus, in quo Philippum Galliarum Regem, memorabili Zeli Sancti exemplo in proprio Regno excommunicat.

1096. Idem æterna Regni Gallici gloria primus Bullæ Cruciatæ author 300000. cont. Saracenos conſcribit. Idem Curſum ſeu Officium B.M.V. inſtituit.

1097. Robertus Normanniæ Dux & lectiſſimi Galliæ Principes Crucem generoſe aſſumunt. Anſelmus pleno Concilio Eccleſiam mirè contra Græcos defendit.

1098. Magnum Galliæ ſydus occumbit Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis unus ex tribus quem moriens Greg. VII. dignum Pontificatu ſummo exiſtimavit.

Immor-

A. C.

1099. Immortalibus de Eccleſia meritis clariſſimus moritur B. Urbanus II. cui pari ſanctitate ex iiſdem Regno & Monaſterio ſufficitur B. Paſchalis II.

1100. Extinguitur magnum Galliarum jubar B. Robertus primus Ciſtercij Abbas mirificus Ordinis Reformator, jam in utero matris à Deipara ſponſus electus.

1101. Paſchalis Papa nihil reveritus ſuæ patriæ Regem, malè meritum Philippum excommunicat. Claret Dæmonum & Hæreticorum terror B. Algerus Cluniacenſis Monachus, relictis ingenij monimentis immortalis.

1102. Eudo ſive Eudus Burgundiæ Dux moritur aliàs Ottho, conditor Cænobij Ciſtercienſis, ibidem conditus, cum ſacram militiam ſequeretur.

1103. Magnus ille Anſelmus jam non ſemel pro libertate Eccleſiæ exul in patriam revertitur, ipſis etiam fidei hoſtibus venerandus.

1104. E Galliis & Cluniacenſi Monaſterio, primus Compoſtellanus Archiepiſcopus poſtulatur Dalmachius. In Armeniam quoq; Perſiam, Paleſthinam & Æthyopiam inde Coloniæ expetuntur.

1105. Concilium Tremonienſe celebratur. B. Adelmus Lugdunenſis, Caſæ DEI Abbas, prodigijs illuſtriſſimus, in Hiſpanias poſtulatur.

1106. Moritur præſtantiſſimus ille Hugo Lugdun. Archiepiſc. Paſchalis Papa in Galliam

A. C.

nam ſuo ſanguine Cluniacenſes Monachi, quem Chriſti ſanguini ſacrant, plurimi in monte Thabor occiſi.

1114. Moritur Gualo ſeu Gallo Archiepiſcopus Pariſienſis ex mon. S. Quintini Legatus Apoſtolicus, vir meritiſſimus, qui Eccleſiæ ſuæ magnam S.† portionem meruit.

1115. Non Gallias ſolum ſed orbem fama implet B. Guido Burgundiæ Comes ex Monacho Archiepiſcopus Viennenſis mirè à ſanctis viris laudatus. Moritur S. Vitalis primus Abbas & Fundator Cænobij Savigniacenſis præclarus Ord. monaſt. reformator.

1116. BB. Bernardus Tironenſis & Robertus de Abruſcellis, dum Ordinem reformant, Gallias viris Sanctis implent, ingenti mox fructu conſequente.

1117. Decantatiſſimus multorum ſcriptis Raynaldus Lugdunenſis ex Abbate Vigiliacenſi Epiſcopus claret, ſedet S. Landricus ex Metenſi Epiſcopo, Sonegienſis monachus Apoſtolicis ſe meritis cælo commendat.

1118. Moritur Paſchalis II. Pont. Max. Cluniac. monachus meritis de Eccleſia immortalis, eodemq; anno S. Godefridus Ambianenſis ex Abb. Epiſc. Vir incomparabilis.

1119. Concilium Viennenſe celebrat B. Gelaſius Papa, & Cluniacum delatus inter Sanctos Sanctus moritur, iterumq; ex Gallia, & eodem Cænobio eligitur Calixtus II. ante Guido vocatus Archiepiſcopus

A. C.

Vienn. Galli ab Anglo profligantur.

1120. Debet hoc anno Viennenſis Eccleſia B. Calixto II. Primatus acceptam in Galliis dignitatem. Wilhelmus capti ab Anglo Roberti filius ope Galliarum Regis Nortmanniam armis recipit. S. Adjutor mon. Sequanæ charybdim tollit.

1121. Admirabili ſanctitate & magnis meritis elucet S. Bartholomæus Laudunenſis Episc. Fuſniaci mon. qui Ordini novo S. Nortberti Præmonſtratum donat, unde cognominantur, idem præcipuus eorumdem promotor.

1122. Ingentia merita de ampliſſimo Regno Galliarum cùm Cluniacenſium tum Ciſtercienſium, quorum Sanctis Colonijs mundùs impletur.

1122. Mellifluus Doctor Bernardus Univerſam Chriſti Eccleſiam mira percellit ſanctitate, idem nunc ſtrenuus cum S. Hugone Episcopo in Sacra Carthuſ. familia commendanda & promovenda, quæ egregia ſydera Galliæ largitur.

1123. B. Callixtus II. moritur inſigne Galliæ decus, cum Eccleſiam à Tyrannide Imperatorum liberaſſet. S. Bernardus etiam Præmonſtratenſes demeretur.

1124. Illuſtrat Gallias B. Hildebertus Cluniac. monachus Cenomanenſium Pontifex; Sancti Hugonis diſcipulus, egregijs meritis conſpicuus.

1125. S. Petrus Mauritius cognomento Venerabilis de Regno Galliarum & Eccleſia univerſa

A. C.

verſa plurimum meretur, Petrobuſſianæ Hæreſeos obtritor.

1126. Alius peregregius è Galliis & Cluniacenſi Cænobio, Petri Ven. diſcipulus ſe prodit B. Matthæus S.R. C. Cardinalis, magnis nunc Legationibus perfunctus.

1127. Idem nunc nomine Romani Pont. Trecenſi Concilio præſidet. Tyro in Palæſthina recepto primus Archiepiſcop. præficitur Wilhelmus Cluniac. m.

1128. Alius rurſum è Gallijs inſigniter pro meritis promovetur, Stephanus S. Joan. Carnotenſis Abbas, Patriarcha Jeroſolymitanus renunciatus. Concilio Trecenſi ſumma auctoritas Divi Bernardi celebratur.

1129. Epiſcopos corrigit & inutiles dejicit B. Matthæus Cluniac. Balduino cognato Regi pro libertate Eccleſiæ ſtrenuè obnititur Stephanus Patriarcha paulo poſt veneno ſublatus. Avenionis Comes & Rex Galliæ colliſi acriter congrediuntur.

1130. Mellifluus Doctor Concilio Srampenſi tanti fit, ut Patres univerſi in ejus ſententiam compromitterent, ipſo Innocentium Legitimum paſtorem proclamante, Idem poteſt Concilio Anicienſi S. Hugo Epiſc. Gratianopolitanus.

1131. Bernardus pro Eccleſia Authoritatem ſuam paſſim interponit, ſummis Principibus ob manifeſt. m ſanctitatem reverendus & metuendus. Hoc anno Lotharium Imp. ab Inveſtituris deterret.

A. C.

1132. Innocentius Papa Galliæ plurimum conſulit. Noviomenſes ipſum irridentes metuendo urbis luunt incendio. Moritur S. Hugo Epiſc. Gratianopolitanus.

1133. Hæreſes in Armorica profligat Hugo Rotomag. Archiepiſc. ex Priore Cluniacenſi. Claret ex eodem Monaſterio Hildebertus Turonenſis Archiepiſc. â S. Bernardo, magna Eccleſiæ columna, pro meritis appellatus.

1134. S. Hugo noſter altero ab obitu anno, Concilio Piſano inter Divos refertur, S. Bernardus præcipuus Schiſmaticorum profligator Piſis mira operatur.

1135. Extinguitur magnum Galliæ lumen S. Matthæus Cluniac. S.R.C. Cardinalis. Wilhelmum Aquitaniæ Ducem prodigioſe S. Bernardus ad ſaniora cogit.

1136. Mira Regni Gallici felicitas Sugerio Abbate Sanct. Dionyſij Regnum & Regem dirigente. Ludovicus Rex non ſolum cucullum indui, ſed Monachum profiteri voluit, priusquam moreretur.

1137. Rogerius Tyrannus â Raynulpho Comite, prodigiosè precibus S. Bernardi vincitur, Ludovicus VI. Galliarum Rex monachus moritur. S. Hugo ex mon. S. Germani Autiſiodorenſis Epiſcopus, & S. Aymo Savigniacenſis viri maximi moriuntur.

1138. Ludovicus VII. patri ſuccedens, quo vivo coron. fuerant, ducta unica Wilhelmi Aquitaniæ Ducis filia, Aquitaniam & Comitatum Andegavenſem nanciſcitur.

Arnal-

A. C.

1139. Arna'd ſtarum Hæreſis â viris Sanctis & Innocentio Papa opprimitur, Magno Bernardo admirationi eſt B. Robertus humilis Ciſterc. converſus.

1140 AbailardusHæreſiarcha ſuperbiſſimus, cum S Bernardo congredi auſus, â Petro Venerabili convictus Cluniaci Monachum profitetur.

1141. Vixit ſub hoc tempus B. Odo, cui mortuo Abbas proprius ejuſdem S. Bernardus ob reverentiam ſanctitatis pedes oſculatus eſt Rex Galliæ & Theobaldus Comes Bleſenſis graviter colliduntur, inde multa ſanguinis effuſio.

1142. SS. Petrus Cluniacenſis, Bernardus Claræ-vallenſis & Sugerius S. Dionyſij Abbates præclare merentur, in Pontifice & Rege Gall. conciliandis.

1143. Crudeliter juvenili fervore in Comitatus Theobaldi ſævit Rex Ludovicus, quem, uti Theodoſium Ambroſius feliciſſimè redarguit S. Bernardus.

1144. Ingen. S Petri Ven. & Cluniacenſium Auctoritas, ad quos ex toto orbe cauſæ definiendæ deferuntur.

1145. Lucio Papa mortuo ad ſummum Pontificatum evehitur B. Eugenius diſcipulus S. Bernardi, ad quem mox iſte libros ſcribit de conſideratione.

1146. Sacrum bellum contra infideles denuo ſuſcipitur, ad quod S. Bernardus pace Germ, reddita juratiſſimos hoſtes Conrad. Imp. & Guelphonem Ducem perſuadet, quibus Galliæ Rex jungitur.

Expe-

A. C.	
1147.	Expeditio ſolemniter ſuſcipitur, Sugerio Abbati per abſentiam Regis Regnum committitur, abſque omni invidia Principum, tantum virum ſuſpicientium.
1148.	Etiam uſque in Portugalliam ex Gallia ſeſe Divi Bernardi merita exporrigunt, Alphonſo Rege Scalabim ejus precibus expugnante.
1148.	Conrado Imp. in Germaniam regreſſo animoſè durat in continuatione belli ſacri Rex Ludovicus. Sugerius Abbas alter Salomon celebratur.
1149.	Sceleſtiſſimus Orientis Imp. Galliarum Regem nequiter capit, quem tamen Rogerius Rex paulo poſt liberat. Moritur Gilbertus Pictavienſis Epiſc. eruditione maximus, etſi in errorem lapſus, mox ipſum deteſtatus.
1150.	S. Petrus Venerab. inſigni merito pacem Imperatorem inter & Rogerium Siciliæ Regem conciliat, & hunc contra Saracenos accendit. Tres uno eodemq; tempore ad Sacram Purpuram è ſolo Ciſtercio evocantur.
1151.	Sugerius Abbas, alter Galliarum Regni animus moritur, cui morienti per litteras adeſt, cum aliter non poſſet, Bernardus, ipſique gloriam cæleſtem promittit. Rex Ludovicus dum ſepelitur amariſſimè deflet; certus patrem amiſiſſe.
1152.	Leonora Aquitanica à Ludovico Rege ob conſanguinitatem ſeparata, Henrico Nortmanno nubit; cui Aquitaniam dotis nomi-

A. C.

nomine affert, hic vero ſequenti anno etiam Regno Angliæ potitur.

1153. Cælum Gallijs totiq; Eccleſiæ magnum eripit theſaurumS Bernardum, Doctorem verè Mellifluum Deiparæ dilectiſſimum, quo ipſo anno etiam Eugenius moritur.

1154. Venit in Gallias Gummarus Sardiniæ Rex, & florentiſſimis ætate & rebus cucullum in Claravalle amplectitur. Moritur Sanct. Lambertus Vencienſis & Lirinenſi Monacho Epiſcopus, Epilepticorum mirificus dein medicus.

1155. Gallias ſacro horrore implet mira ſanctitate & innumeris prodigiis S. Petrus Tarentaſienſis ex Abbate Stamedienſi Epiſcopus, vir incomparabilis.

1156. Magnum iterum lumen Galliæ occidit B. Theobaldus Campaniæ quondam Comes & â Rege ſecundus, Claræ vallis Monach. vir in omni vita admirandus. Obiit eodem anno S. Wilhel. Aquitan. quondam Dux dein novi Ord. Monachorum.

1157. Sed & hic quoque annus Galliæ triſtiſſimus morte S. Petri Ven. Abb. Cluniacenſis, orbis miraculi & oraculi, Hæreſum potentiſſimi protritoris.

1158. Galſias omnis fortuna deſerere viſa eſt cum tot illuſtribus ſyderibus privaretur, hoc etiam anno B. Roberto orbata digniſſimo Bernardi ſucceſſore, qui ipſum eligi moverat, quem tota Gallia ut patrem colebat.

1159. In tanto tot Sanctorum Galliæ Vale-

dicen-

A. C.

dicentium luctu, feliciſſimum nihilominus Regnum, uti firmamentum & multo felicius rutilabat, cum hoc ipſo tempore Cluniacum, Ciſtercium, Lirinum, Claravallis, Gemmeticum, Floriacum, Luxovium, multa Sanctorum millia ſimul ſemelque alerent & germinarent.

1160. Concilium Claromontanum in cauſa Alexandri Papæ celebratur. Moritur S. Wilhelmus Abbas S Theodorici vir planè extaticus,& admirandus.

1161. Ingens hoc anno malum à Gallijs avertit S. Petrus Tarentaſienſis,Regibus Angliæ & Galliæ conciliatis, & graviſſimo bello conſopito.

1162. Idem magno omnium Regum & Principum exceptus plauſu, tantoque concurſu populi,ob ingentia quæ patrabat ſine numero miracula præcipuus fuit hoc ipſo tempore Schiſmatis profligator.

1163. Supremus hic annus fuit Otthoni III. Burgundiæ Duci & S Faſtredo Ciſtercij Abbati quem moriturum Alexander Papa ipſe inunxit,& præſens Rex incredibiliter deflevit, Regnum univerſum & patrem luxit.

1164. Luctum ſolatur B. Gilberti electio, qui Faſtredo ſucceſſit, quem ob profundiſſimam eruditionem Magnum vulgo appellarunt, idemq; fuit quanti etiam apud DEUM eſſet, magna miraculorum gloria commendatus.

1165. Immortalibus jungitur S. Godefridus ex Priore Claræ vallis Lingonenſis Epiſcop. alter

A. C.

alter Bernardus dictus, in converſione Hæreticorum ſedulus.

1166. Tanta Cluniacenſium & Ciſtercienſium hoc tempore fuit auctoritas, ut maximi Reges & Cæſares ijs accenſeri Fratrum titulo expeterent. Omnes ferè orbis Cathedræ inde ſibi Præſules ac Præſides merentur.

1167. Mirabile & lucroſiſſimum cælo Virginum Fontis Ebraldini inſtitutum â quinquaginta annis ad numerum quater ac prope 5000. Virginum excrevit.

1168. S. Thomas Cantuarienſis pro libertate Eccleſiæ in Galliis exul, cum Rex Galliarum reconciliare ipſum cum Anglo laboraret, hic vero nec hilum de juribus Eccleſiæ remitteret, Rex offenſus ad tempus neceſſaria ſubtrahit.

1169. Galliarum & Angliæ Reges ſæpe colliſi & reconciliati, denuo ad arma proſiliunt, cum ille ferret ægrius iſtum in ſinu Regni, dote conjugis, dominari. Moritur S. Bernardus Nannetenſis Epiſc. monachus Clarævallis.

1170. Pax tandem Cluniacenſium inprimis & Ciſtercienſium opera inter Gallum Anglumque componitur.

1171. Ad præmia æternitatis vocatur magnus ille Schiſmaticorum & Hæreticorum triumphator S. Petrus Tarentaſiæ Archiepiſc. innumeris meritis clarus.

1172. Memorabile exemplar pœnitentiæ B. Conſtantinus Clarævallenſis ex latrone monachus, dono lachrymarum feliciſſimus,

A. C.

ciſſimus, ſancto fine defungitur.

1173. Carthuſianorum egregia ſanctitatis exempla Galliæ & orbi mirificè proſunt. Præeſt nunc Carthuſiæ S. Baſilius Burgundus, cui ſcribunt Petrus Vener. & Petrus Cellenſis.

1174. Savigniaci exſplendeſcit egregia vitæ ſanctitate B. Petrus, Angelicæ converſationis vir. Ciſtercienſes orbem colonijs SS. implent.

1175. Magnum illud Galliarum jubar, orbis admiratio S. Petrus Tarentaſienſis cælis immigrat. Moritur item B. Alexander Ciſtercienſium Generalis.

1176. Albigenſe Concilium celebratur, quo ſceleſtiſſima Hæreſis illa damnata eſt, quæ inde dicta fuit Albigenſium, alias Waldenſium à Petro Waldenſi appellata.

1177. Iterum magnum Pontificij culminis decus in cælum transfertur B. Ruandus ex monacho Ciſt. Venetenſis Epiſcopus magnis meritis conſpicuus. Claret B. Guarinus ex Alpenſi Abbate Sedunenſ. Epiſcopus.

1178. Multi egregij è diverſis Cænobijs Chriſti pugiles contra Albigenſes inſurgunt. Moritur B. Gulielmus Ciſtercij Abbas.

1179. Ludovicus Rex Agnetem filiam Alexio Emmanuelis Imp. Orient. filio deſpondet, mox Philippum filium coronari jubet. Albigenſes Concilio Rom. damnati.

1180. Moritur Lud. Gall. Rex, ſuccedente Philippo II. Ad lauream Chriſti pugilum evocatur

A. C.

catur B. Amalricus ex Abbate Caroli loco Silvanectenſis Epiſc. Albigenſium Hæreticorum malleus.

1181. Inſigne meritum B. Bertholdi Ciſtercienſis Monachi etiam longè extra Galliam exporrigitur, creati ad converſionem gentium Epiſc. qui labores Apoſtolicos denique in Livonia glorioſo ſanguine conſignavit. *Moritur* B. Guarinus ex Abb. Pontiniacenſis Bituricenſis Archiepiſc.

1182. Philippus Galliarum Rex, cum Philip. Flandro ob dotem conjugis colliditur, quod tamen bellum brevi componitur. Ad præmia æternitatis concedit B. Guicard. ex mon. Pontiniaci Lugdun. Archiepiſc. Hæreſum obtritor.

1183. Coterelli Hæretici dum latius in Gallia ſe effundunt, eorum ad ſeptem millia in diæceſi Bituricenſi trucidantur.

1184. *Magnum* in Orientem mittit exercitum Philippus Rex contra Andronicum tyrannum, qui Alexium puerum dejecerat, multaq; loca occupat.

1185. Galli Amphipolim & Theſſalonicam occupant, magniſq; cladibus Græcos afficiunt, inde ipſi Andron. miſerè lacerant & perimunt B. Guilelmus Abb. Ciſt. obiit.

1186. Æternum Regij generis decus S. Pet. cogn. *Monoculus* Claræ vallis Abbas, Deiparæ dilectiſſimus è mundi procellis abripitur.

1187. Urbano III. mortuo B. Henr. ex Claræ vallis Abbate S. R. C. Cardin. dum ipſi ſummus honor offertur conſtanter rejicit, & contra Albigenſes mitti exorat.

Phi-

A. C.

1188. Philippus Galliarum Rex pulcherrimo Chriſtiani Principis exemplo, ad everſionem Chriſti hoſtium cruce ſignatur. S. Stephanus Grandimontenſium inſtitutor canonizatur, offenſus ab Anglo Gallus denuo coll ditur.

1189. Varia mutuo loca occupant Gallus Angluſque quos Imperator fruſtra componere conatus, in Orientem navigat. Moritur Philippi Regis Uxor Iſabella.

1190. Compoſitis tandem rebus, magno Regnorum plauſu Gallus Angluſq; & ipſi ſacræ expeditioni ſe accingunt, & hoc anno in Siciliam uſque evehuntur, cum Gallus prius omnes Judæos Regno ejeciſſet.

1191. Jungunt ſe Chriſtianis in Oriente Gallus Angluſq; & Ptolomaidem occupant.

1192. Philippus atrito peſte exercitu, diffiſus etiam Anglo, & quod de morte Philippi Flandriæ Principis edoctus eſſet, domum revertitur, 10000. relictis.

1193. Philippus vix domum reverſus invadit Flandriam, & quæ ad ſe pertinere arbitrabatur Arteſiam multaque alia loca occupat.

1194. Balduinus Flander. Philippo quæ occupaverat eripit Anglorum opera uſus, quibus Rex irritatus, multa ad Anglos pertinentia expugnat.

1195. Gallus, Anglus, Flander magis magiſq; colliduntur, varioq; Marte pugnantes, nunc vincunt, nunc vincuntur. B. Aſcalina monialis moritur.

1196. Multa millia utrinque cadunt, donec victus

tot

A. C.

tot malis Flander Philippi Regis filio Arteſiam, S. Audomari, Lene, Atrelatum aliaque loca cedit.

1197. Ornamento ſempiterno Galliarum, iterum novus apud eoſdem Ordo inſtituitur Redemptionis Captivorum, authore Ven. Patre Joanne de Matha, ejuſque caput, Monaſterium Cervi frigidi conſtituitur. Pergunt certare Galli Angliq́ue.

1198. Prædictus Ordo ab Innocentio III confirmatur ingenti ſolatio & commodo captivorum apud infideles detentorum. Gallus Angluſque bis congreſſu, hic primum victor, dein victus inſignem Regni Nobilitatem perdit.

1199. Iidem Reges reconciliantur, pactis quinq; annorum inducijs. Verum Anglus cum paulo poſt arma reſumeret, in urbis alicujus expugnatione ſagitta transfigitur.

1200. S. Wilhelmus è Grandimontenſi monacho Bituricenſis Archiepiſc. Regi pro libertate Eccleſiaſtica, & Hæreticis pro fide, heroicè obnititur.

1201. Helinandus Frigidi Fontis Mon. ſcriptis 48. ab O. C. libris præclarè meretur. Contendentibus de Imperio Rom. Philippo & Otthone, ille Gallus præſto eſt. B. Humbertus relicto Principatu Sabaudiæ monachus moritur, à quo Ducum poſteritas.

1202. Philippus Rex, Anglo tanquam feudatario diem dicit, quo non comparente, omni provinciarum jure excidiſſe pronunciat, quas à Galliæ Regno habuiſſet.

Inno-

A.C.

1203. Innocentius Papa ab Anglo exoratus, Armiſtitium imperat, ſed Gallus ad eumdem appellans bellum proſequitur, ob necem Arcturo fratri illatum, quod hic ad Gallum confugiſſet. Rem etiam in Oriente proſpere gerunt Galli.

1204. Galli cum Venetis Conſtantinopolim expugnant, Balduinum Flandrum Imp. creant Albigenſes per Galliam invaleſcunt, eius jungitur Simon Comes Toloſatum.

1205. Cōtra illos B Guilhelmus Archiep. Bituric. exercitum conſcribit contra eo dem fortiter agit B. Fulco ex Abbate Grandiſſylvæ Toloſanus Archiepiſcopus.

1206. Anglus reſpirans aliquandiu Andegavos invadit, paulo poſt pactus inducias & regreſſus, cum viribus ſuis minus confideret.

1207. In Gallijs magna fluminum inundatione merguntur. inde conſequuta peſtilens aëris infectio. S Fulco Fortis Eccleſiæ columna dicitur.

1208. Rex Galliæ Vicecomitem Toargenſem, & Savarum Malleonenſem Principes potentiſſimos profligat. Plures viri ſancti exercitum cruce ſignatorum ſequuti prodigioſas contra Albigenſes victorias precibus impetrant.

1209. Moritur B. Guilhelmus Bituricenſis Archiepiſc. Patronus Nationis Francicæ in Univerſitate Pariſienſi adoptatus

1210. Tholoſanus Comes ad gremium Eccleſiæ revertitur, pœnitentiam publicam ſuſcipit.

A. C.

pit, paulo poſt relabitur, ſervetque vehementius bellum Albigenſe.

1211. Simon Montfortius Catholicorum Dux, plurimas Albigenſium urbes expugnat, exurit, multaque hominum millia contrucidat.

1212. B. Arnaldus Ciſtercienſis Abbas invitus ab ipſomet Rom. Pontifice ordinatur Archiepiſcopus Narbonenſis, idem prodigioſas referens victorias.

1213. B. Petrus de Caſtro Novo, Fontis frigidi Abbas primus Hæreticæ pravitatis in Galliis inquiſitor, glorioſum munus martyrio conſecrat. Alphonſus Aragonum Rex ſubſidio venit Albigenſibus, cumq; illis multa loca occupat.

1214. Illuſtrem de Albigenſibus Victoriam S. Fulco ſolis precibus impetrat, laborant alij ſtrenuè in revocandis ad gremium Eccleſiæ ijſdem.

1215. Excommunicatur denuo *R*aymundus Comes Toloſanus, & Simoni *M*ontfortio pro rebus benè geſtis Toloſanus Comitatus decernitur. B. Arnaldus ſecund. Inquiſitor, idem munus B. Dominico reſignat, quod ejus Ordini perpetuū manſit.

1216. Deficientibus â Joanne Rege Anglis, Ludovicus Delphinus Galliæ, Rex ab ijſdem ſalutatur. verum mortuo Joanne ad Henricum hujus filium converſi ſunt. Ita Ludovicus, theſauris tamen dives, in Gallias ad patrem revertit.

1217. Claret Geroldus de Cros Archiepiſc. Bituricenſis, fide, doctrina, ſanctitate & miraculis

 culis

A. C.

culis clarus. Item B. Petrus ex Parienſi Archiepiſcopo monachus Fontanellæ. Moritur Joannes Anglicus ſecundus Generalis Ord. Redempt. captiv.

1218. Moritur B. Burcardus ex Abbate Pontiniacenſi Bituricenſis Archiepiſcopus virtutibus & miraculis clarus.

1219. Turbatiſſima etiamnum Gallia Albigenſiũ ſecta, etiam inter tot cædes, vires reſumente, & ex deſperatione mira audente.

1220. Cælo multos meritorum manipulos infert moriens B. Guido Cardinalis Præneſtinus ex Abbate Ciſtercij Cleri ſtrenuus reformator, quo authore ſub elevatione pulſus campanæ cœpit, & ſi SS. Sacram. ad ægros deferretur.

1221. Petrus Ludovici VI. Gall. Regis ex Petro filio nepos Orientis Imp. Theodori Laſcaris perfidia captus in carcere obtruncatur.

1222. Duo iterum inſignia Galliæ ſydera eodem anno occumbunt: B. Walther. de Crecqui Deiparæ unicè charus Ciſt. monachus & B. Hermannus Waldſaſsenſis Abbas Angelis in terra familiariſſimus Ciſtercij defunctus.

1223. Moritur Philippus II. Galliarum Rex cum annos 43. imperaſſet, ſuccedente Ludovico VIII. filio qui vivo patre coronatus fuerat. Moritur item B. Guilielmus qui memorabili ſæculo contemptu ex Archiepiſcopo Pariſienſi Pontiniaci Monachus effectus eſt.

1224. Ludovicus Rex Normanniam invadit, celebriora

A. C.

briora loca expugnat, cæſo Anglorum præſidio, quod horum Rex feudatarium ſe non agnoſceret.

1225. Hoc an priori anno novo fædere Ludovicus cum Friderico Imp. jungitur, fraternumque nomen Francis olim cum Germanis commune renovatur. Ad S. Arnaldi preces igneos globos Deipara in Albigenſes dejicit, quibuſcum etiam Rex Aragonum miſerè perit.

1226. Expugnat Avenionem Ludovicus Rex hæreſi infectam, cives omnes mactat, in obſidione autem Toloſæ moritur, ſuccedit Ludovicus filius Sanctus juvenis.

1227. Raymundus Toloſanus morte Regis uſus, plura loca occupat, ſed cum vidua Blanca Regina, ipſa cum ingenti exercitu occurreret, paciſcitur, filiamque fratri Regis deſpondens Comitatum eidem pollicetur.

1228. Hoc denique anno precibus & induſtria S. Fulconis Albigenſes prorſus exturbati ſunt, Raymundo Toloſano denuo Hæreſim ejurante.

1229. Apud Claramvallem moritur B. Adam ex Epiſcopo Bononienſi, humilis ibidem Monachus, illuſtre exemplar contempti honoris & deliciarum.

1230. Robertus & Petrus Duces Britanniæ S. Ludovicum 16. annorum juvenem capere conati Galliam turbant, mox à regio exercitu provincia exuti, & in Angliam profugi Regem illum contra Ludovicum concitant.

A. C.

1231. Æterna gloria Gallorum B. Fulco Archiepiſcopus Toloſanorum, Victor Hæreſum, innumeris meritis locuples ad præmia æternitatis evocatur.

1232. Hugo Comes dum S. Ludovici vitæ ſtruit inſidias, recomperta gravis Pariſijs ſtrages oritur. *Rex* ejus provincias expugnat. Idem Pontificem *Max.* & Rom. Imp. reconciliare ſtrenuè laborat.

1233. Orientem meritis implet Beatæ mem. Gerardus ex Abbate Cluniacenſi Patriarcha Hieroſolymitanus Henericus *Rex* Angliæ concitantibus Hugone & Britaniæ Ducibus acri bello Gallias impetit, cadunt utrobique multa millia.

1234. S. Ludovicus inſigni victoria de Anglis potitur multis millibus occiſis 4000. captis. Idem comperto Cæſaris ſcelere, ipſum deteſtatur.

1235. *Maſſilienſes* ejecto Raymundo vrbis Principe Raymundo Toloſati ſe ſubjiciunt, inde novi motus in Gallia. Claret Ælgrinus vir doctiſſimus ex Monacho Cluniacenſi Archiepiſcopus Biſuntinus dein S.R.E. Cardinalis.

1236. Moti Saracenorum in Hiſpanias irruptione Gallus Angluſque arma ponunt, & pulcherrimo exemplo Hiſpanis ſubſidio adſunt multis millibus hoſtium cæſis. Moritur B. Radulphus ex Abbate Claræ vallis Archiepiſcopus Lugdunenſis.

1237. Iterum magnus Paſtor ad paſcua æternitatis feliciſſimæ è Galliis rapitur S. Guilielmus

A. C.

mus Epiſcopus Briocenſis, ab Innocentio IV. inter Sanctos relatus.

1238. Balduinus Jeroſolymorum Rex venit in Galliam, & S. Ludovicum corona Chriſti ſpinea donans, opem contra Chriſti hoſtes implorat.

1240. Iſabella Ludovici VIII. Regis filia, ſoror S. Ludovici monialis ad S. Clodoaldum è cucullo magis quam purpura exſplendeſcit. In Oriente novus Gallorum exercitus feliciter primum pugnat, ſed Navarræo abſente infeliciter.

1241. Gallias ornat Pontificali majeſtate & egregia vitæ ſanctitate B. Adam Sylvanectenſis ex Abbate Chaliſij Epiſcopus, eruditione etiam ſpectatus.

1242. Feliciſſimum Galliæ Regnum regnante Ludovico Sancto verè ſanctum efficitur, cujus regia aula Cluniaco alicui ſeu Ciſtercio ſimilis videbatur.

1243. Admirabili vitæ ſanctitate Pontificatum ornat, Gallias exemplo accendit B Philippus Berruvier S. Wilhelmi nepos in vita & poſt mortem miraculis clarus.

1244. Concilium Generale Lugduni celebrat S. Innocentius IV. cui ipſe præſidet & Expeditionem ſacram adornat cui S. Ludovicum præficit.

1245. B. Galtherus ex Abbate Quinciaci Antiſiodorenſis Epiſcopus hoſtibus Eccleſiæ contradicens Martyrij laureola Pontificatum coronat.

1246. S. Ludovicus priuſquam in Orientem pergeret, utiliſſimis Regibus Regno cõſulit.

A. C.

Judicum Subſellia excuit, Religioſis providet.

1247. Idem rebus Regni diſpoſitis magnos ad ſacram Expeditionem ſumptus facit, apparatum pro dignitate inſtituit, multos & præcipuos Regni Principes ad belli ſocietatem trahit.

1248. S. Ludovicus ingenti cum exercitu ex oſtijs Rhodani ſolvit, & Cyprum tenet hoc anno Ludovicum comitatur B. Odo Cardinalis Legatus Apoſtolicus Apoſtolico convertendarum gentium ſtudio laudatiſſimus Abbas Urſcampenſis.

1249. Ludovicus Galliarum Rex è Cypro ſolvens Ægyptum primo invadit, Damiatam expugnat & contra Cairum progreditur.

1250. Fulgoribus ſanctitatis mirè illuſtrat Gallias & Europam univerſam S. Bonifacius Epiſc. Lauſanenſis, quem pro Eccleſia ſtantem Fridericus Imp. incarcerat. Sanct. Ludovicus aliquot victorijs potitus, peſte conſumento ſuos capitur.

1251. Redimens captivitatem Ludovicus ſacra loca inviſit, Chriſtianorum urbes reſtituit. Sanct. Bonifacius prodigiosè liberatur.

1252. Sub titulo liberandi in Syria Regis multa millia latronum in Gallia confluunt, Regnum expilant, donec ab Aurelianenſi Duce profligarentur.

1253. Colleginm Sorbonicum in Gallia primum inſtituitur, â Roberto Sorbona, quem falſo nonnulli S. Ludovici fratrem contendunt.

Sola-

A. C.

1254. Solatio captivorum omniumque Chriſtianorum iu Syria ſubſiſtens S. Ludovicus, plurimos redimit, alios juvat & ſolatur, dein revertitur.

1255. Claret in Gallijs B. Guido Abbas Ciſtercij, qui cum Papa B. Arnulphum Converſum Canonizare vellet, obſtitit, ne multitudine Sanctorum cultus vileſceret.

1256. Contra Schiſmaticos & Hæreticos potentiſſimus S. Bonifacius Lanſanenſis Deiparæ unicè charus, ipſis SS Angelis Venerationi fuit, coram ipſo inclinari viſi.

1257 Epiſcopis ſanctioris vitæ facem præfert B. Joannes ex mon. S. Dionyſij & Claræyallis Abbate Mithelenenſ. Archiepiſc.

1258. Sanctiſſimis Legibus Galliæ conſulit S. Ludovicus Regum miraculum, Cænobia dotat, Xenodochia erigit, ſcelera caſtigat.

1259. Non ſine Numine Anglus reveritus tanti Regis ſanctitatem, ſuo in Normanniam jure cedit, ſola Vaſconia in beneficium, cum nonnullis, retenta.

1260. Certat cum Ludovico fratre, ſoror germana B. Iſabella Munialis Longi campi Monaſterij â fratre fundati, quam DEUS miraculis illuſtrat.

1261. Balduinus II. Orientis Imp. Gallici ſanguinis Princeps moritur, ejus Philippus nomen Imp. gerit, ſed Imperio non potitur.

1262. B. Petrus Catalaunenſis ex monacho Ciſtercienſi Epiſc. Veri & Summi Paſtoris exemplo, pro creditis ſibi ovibus Martyrio afficitur.

A. C.

1263. B. Guido Ciſtertij Abbas ab Urbano IV. S. R. E. Cardinalis creatur, quem ipſe Papa Virum Angelicum appellat, olivam in Univerſalis Eccleſiæ Paradyſo plantatam, &c.

1264. S. Ludovicus totus eſt in Magiſtratuum defectibus corrigendis, quod minimè neſciret Juſtitiam gentes exaltare. Dejerantibus frons aduritur.

1265. Iterum è Gallijs univerſæ Eccleſiæ paſtor Clemens IV. petitur. Hic Carolum S. Ludovici fratrem contra Manfredum Tyrannum evocat.

1266. Eundem Carolum Romam evocat. Regem Siciliæ, Jeruſalem, & Cæſarem Orientis renunciat & coronat, qui in Sicilia occurrentem Manfredum vincit.

1267. Conradinus Siciliæ hæres contra Carolum, moturus, Sueviam & omne ſuum in Germania patrimonium vendit Carolus autem ſibi & Siciliæ conſulens, inſignem exercitum comparat.

1268. S. Ludovicus omnibus Regibus exemplar factus, collatum jus Sacerdotum promovendorum, renuit, Privilegium lacerans, ſatis ſibi pro Regni cura Deo reſpondendum dictitans. Conradinus multa Siciliæ recipiens â Carolo vincitur, & capitur.

1269. Carolus Conradinum Judicibus conſignans horum ſententia capitis damnatur una cum Friderico Auſtrio, minimè juſſu Clement. Papæ, qui pridem obierat.

1270. S. Ludovicus ſuaſu fratris Caroli Regis Africanam expeditionem ſuſcipit. Carthaginem

A. C.

nem expugnat, mox in Tuneti obſidione, peſte correptus Sancte moritur, ſupervenit oportune Carolus frater, qui Tuneto potitur.

1271. In Africa ſalutatur poſt patrem, Rex Galliarum Philippus III. qui poſtea reverſus in patriam Rex coronatur. Claret Juo de Poiſeu Abbas Cluniaci, quem Angelum incarnatum Girardus de Aruernia appellat. Moritur V. Philippus Claræ vallis Abbas, qui renunciatus â Papa *Maclovienſis* Epiſc. renuit.

1272. Moritur eminentiſſimus meritis & Vitæ integritate Gujdo Cardinalis innumeris laboribus in ſumma ſpiritus paupertate & patientia pro Eccleſia perfunctus.

1273. Extinguitur & alterum hoc anno ſacræ purpuræ decus Odo Cardin. Tuſculanus, ſecundum corS Ludovici Regis dictus, vir Zelo & ſpiritu Apoſtolicus.

1274. Gregor. X. Concil. Generale ipſus Lugduni celebrat. *M*oritur Doctor Angelicus S. Thomas in Monaſterio Foſſæ novæ, ad Concilium invitatus.

1275. Mittit inſignem in Hiſpan. exercitum contra Sanctium Alphonſi Imp. filium Rex Philip. quod ſuos ex ſorore Blanca nepotes Regno extruderet, mox revocat exercitum Henr. Navarræi morte audita, motuſq; illius Regni compeſcit.

1276. Philippus Rex compoſitis motibus Navarræ Joannam hæredem filio Philippo jungit, ſicque Navarra Galliæ jungitur.

A. C.

Moritur B. Robertus Sylvanectenſis ex monacho Chaliſij Epiſc.

1277. Rex Galliarum Philippus Princeps verè Pacificus, Regno plurimum conſulit, & ſi quid uſpiam inter vicinos Principes diſcordiarum eſſet componit.

1278. Philippus una cum Carolo fratre Hiſpaniam magno cum exercitu obruunt nepotes ex ſorore contra Sancium patruū ad Regnum promoturi, ſed interponente ſe Rom. Pontifice revocantur.

1279. Carolus Neapolis & Siciliæ Rex potentiam Caſinatum ſuſpectam habens, an dominandi libidine foro Capitalinm rerum ipſos exuit, quiritantibus cælo & Divo Benedicto Monachis, ridentibus mali auctoribus.

1280. Philippus Rex Petrum Brochium Cubicularium ſtrangulari jubet, quod Reginam falſi criminis accuſaſſet, Hiſpano ſecreta prodidiſſet.

1281. Carolus Siciliæ Rex ipſo die quo ante biennium Caſinates Monachos privilegiis ſuis ſpoliaverat, Regno Siciliæ exuitur, cæſis condicto Veſperarum ſigno, omnibus toto Regno Gallis, B. Urbano V. Pontif. Maxim. viro Sanctiſſimo, & patria Gallo, eamdem cædis cauſam aſſignante.

1282. Ingemiſcente Carolo, frendente fratre ejus Philippo Petrus Aragonum Rex Regnum Siciliæ occupat, illis pro virili arma parantibus.

A. C.

1283. Caroli Claſſem Siciliam tentantem profligat Petrus, ejuſq; filium capit, quod audiens pater, & Neapolitanos quoque ſibi non favere lethaliter ægrotat.

1284. Reipſa ut nomine Primas Galliarum, Simon de Bello-loco Bituricenſis ex Monacho Cænobij Charitatis Archiepiſc. mirè celebratur.

1285. Memorabilem de Petro Aragonum Rege Victoriam refert Philippus Rex Galliarum, ac dein Genua & Girona expugnatis domum reverſus moritur.

1286. Philippus Pulcher Philippi filius Rex coronatur 6. Januarij, inde Carolus Claudus Caroli filius magno cum exercitu in Siciliam mittitur.

1287. Minus proſperè in Sicilia pugnat Carolus à Rogerio Vicario Jacobi Regis victus, captis Roberto Arteſio & Guidone Tuſciæ Principe.

1288. Egregia Vitæ ſanctitate Gallias illuſtrat S. Boſo Generalis Carthuſ.

1289. Carolus Claudus à Nicolao Rom. Pontif. ſolemniter Rex Siciliæ inauguratur & coronatur.

1290. Jacobus Aragonum Rex & Carolus Claudus acriter ſuper jure Regni Siculi certant, huic magna ſubſidia è Gallijs mittuntur.

1291. Multum in Hiſpanis Gallisque reconciliandis laborat Rom. Pontifex. hoc denique anno pacem perſuadet, etſi non diu duraturam.

1292. Claret egregia vitæ ſanctitate B. Bonaventura

A. C.

tura apud Claramvallem ex Eucenſi Epiſcopo humilis Monachus, multa pro fide & Eccleſiaſtica libertate in Epiſcopatu perpeſſus.

1293. Duobus in Scotia Regibus electis, alteri Gallus, alteri Anglus favet, poſt multam ſanguinis effuſionem Philippus Rex Galliæ pacem conciliat.

1294. Gallus Angluſq; denuo colliſi, cum Satracenos expugnare ſtatuiſſent, traducti enim per Gallias Angli, dum hoſtiliter agunt, hoſtiliter excipiuntur. *M*oritur B. Alanus Ciſtercienſis miraculum hominis eruditi.

1295. Joannes de Creſſij ex monacho Meldenſis Epiſcopus, & S. R. E. Cardinalis ſacram purpuram mirè ornat, & multi alij Pontificias Cathedras ex Monaſterijs Cluniacenſi, Ciſtercienſi, Clarævallenſi.

1296. Anglus contra Gallum infeliciter hoc anno pugnat, in Gallia atque Flandria cæſus. Idem ducta Galli filia reconciliatur.

1297. Sed & Arrago cum Carolo Gallo pacem ſancit, quo offenſi Siculi dum tertium, nimirum Aragonis fratrem eligunt, hic ab utroque profligatur.

1298. Gallus Flandro infeſtus dum plurima occupat loca, ille Adolphi Cæſaris opem implorat, qui opem mittit.

1299. Inſigni Regni acceſſione augetur *R*ex Philippus, cum Albertus Auſtrius cæſo Adolpho Imp. Galli Amicitia ſibi opus eſſe ratus, Regnum Arelatenſe ipſi cædit, ſibique ipſum obnoxium reddit.

Dum

A. C.

1300. Dum Hæreſum in Gallia reliquias extinctas cupiunt Ciſtercienſes multi egregium Zelum & laborem Apoſtolicum Martyrio coronant, in ſolo Firmitatis Cænobio quinquaginta mactati. Galli Flandria ejecti.

1301. Bonifacius Papa & Philippus Rex graviter colliduntur, & hic quod captum Epamenſem Epiſc. à Papa creatum nollet dimittere excommunicatur.

1302. Guilelmus de Nangiaco monachus S. Dionyſij claret, qui Hiſtoriam ab O. C. ad hunc uſq; annum contin. Pugna ad Creſcianum Flander 12. millia Gallor. mactat, in quibus 800. nobiles Equites fuere.

1303. Peſſimo exemplo Philippus Rex Papam Anagniæ capit, ereptumq; ac Romam venientem denuo in cuſtodiam rapit, ipſo mœrore conſumpto.

1304. Bonifacij ſucceſſor Benedict. XI. Regem excommunicatione abſolvit. Rex paulo poſt ſupremum vitæ diſcrimen adijt, de Flandris tamen denique triumphavit. B. Joan. de Monte Mirab Regij generis decus Longi Pontis monach. miraculoſiſs.

1305. Clemens V. Vaſco, ob turbas Italiæ ſedem transfert Avenionem, qui Lugduni coronatur. Pax tandem inter Gallum & Flandros componitur.

1306. Clemens, Inveſtit. Epiſcop. omnium Galliæ, ceu hoſpitij mercedem Regi ad certos annos concedit. Floret Robertus ex Abbate Ciſtercij S.R.E. Cardinalis, de Eccleſia & Regno Galliarum optimè meritus.

A. C.

1307. Clemens Papa Gallijs conſulens, in concilianda cum Anglo pace ſtrenuè laborat. Ludovicus Philippi Regis filius Pampelonæ coronatur.

1308. Nunc deniq; Eduardo ſeniore mortuo pax inter Gallos Angloſq; firmatur, deſponſa Eduardo Juniori, Philippi Regis filia.

1309. Avenionenſe 300. Epiſcoporum Concilium à Clemente celebratur, quo Dulcinorum Hæreſis damnatur.

1310. Inſtinctо Clementis reconciliati Reges inſignem contra Saracenos expeditionem adornant, quæ tamen affectum ſortita non eſt.

1311. Iterum ſolemniſſimum Concilium Clemens Viennæ Allobrogum celebrat, cui 3. Reges interfuere, & præter Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum 300 Epiſc. Actum de ſacra expeditione, Begardi & Templarij damnati.

1312. Nimium inſtante Philippo Rege Templarij eradicati. Celeberrima Univerſitas Aurelianenſis inſtituta Robertus Flander litrum ſolvere contemnit

1313. Mortuo Henrico VII. Imp. Pontifex Robertum Neapolis Regem Vicarium Imperij per Italiam conſtituit. Flander contra Gallum Tornacum expugnat. B. Boſo Magnæ Carthuſiæ Prior, mortuum reſuſcitat, & Gallias mirè illuſtrat.

1314. Philippus Rex in Venatione equo delapſus & ſtapede hærens, miſerè tractus & colliſus moritur. Moritur eodem anno in Gallijs Clemens Papa.

Ludo-

A. C.

13 15. Ludovico Hutino, qui patri ſucceſſerat nimijs exactionibus Regnum vexante, magnis motibus Gallia concutitur.

1316. Poſt longam Cardinalium diſſenſionem Joannes XXII. Lugduni eligitur & coronatur. Moritur Ludovicus Huttinus, ſuccedente fratre Philippo Longo.

1317 Magni in Gallijs apparatus ad bellum ſacrum, in quem uſum jus Decimarum Regi conceſſum. Claret B. Petrus Faverius Carthuſ. Deiparæ charus.

1318. Grandimontenſis ſub Regula Divi Benedicti Ordo, à Joanne Papa amantiſſimè fovetur, multoque cum fructu per Gallias latè propagatur.

1319. Tutelenſis, Lucionenſis, Lombarienſis, Papulenſis, Vabrenſis, & Florienſis novi ex Monaſterijs Epiſcopatus à Joanne Papa iuſtituuntur. Idem in exſcindenda penitus Waldenſium Hæreſi multum laborat.

1320. Judæi in Gallia fontibus infectis peſtilentiam inducunt, qua multa hominum millia abſumpta ſunt. Seduli contra Hæreticos monachi Ciſterc.

13 21 In Fratri cellorum eliminanda Hæreſi plurimum laborat in Galliis Joannes Papa: Carolus Pulcher Philippo mortuo ſufficitur. Judæi paſſim trucidantur.

1322. Nonnulli hoc primum anno mortuum Philippum contendunt. Mortuo Roberto Flandriæ Com. Carolus Rex Ludov. Nivernenſem Ducem creat, duosque alios qui Comitat. invaſerant tollit ſuſpendio:

Dum

A. C.

1323. Dum Turcæ latius graſſantes Capta Syria, Cyprum, Cretam, Rhodum infeſtant, Joannes Papa & Galliarum Rex inſigni claſſe coërcent.

1324. Colliſus denuo cum Anglis Gallus, rogantem opem pro fratre Friderico captivo, Leopoldum Auſtrium juvare non poteſt, etſi cuperet.

1325. Idem Leopoldus deſperans fratris liberationem, Pontifici ſuaſor eſt commendandi contra Ludovicum Bavarum Caroli *R*egis. Fridericus tamen hoc ipſo anno carcere liberatur, dũ jure cædit prætenſo.

1326. Eduardus Anglus cum Iſabella conjuge Caroli *R*egis ſorore colliſus dum nulla proſunt conſilia, Regno deniq; dejicitur & in carcere à cuſtodibus miſerè deinceps ſtrangulatur.

1327. Moritur Carolus Galliarum *R*ex abſq; hæredibus maſculis, ſuccedente Philippo Valeſio, agnato proximo.

1328. Angli Juniorem Eduardum, trium demortuorum Regum ex ſorore nepotem, Gallis obtrudere conantur, inde 120. annorum bella.

1329. Nunc contigit coram Rege Philippo Actio illa Petri Cunerij Advocati Regij contra Epiſcopos, qua omnem illis temporalem Juriſdictionem abrogabat. *R*ex tamen pro Epiſcopis judicavit, inde Catholici nomen conſecutus.

1330. Nicolaus Pſeudo-Pontifex ad Joannem adductus errorem deteſtatur & abſolvitur. Juri Canonico facem præfert Petrus Rogerij

A. C.

gerij ex Abbate Fiſcanenſi Archiepiſcop. Rotomagenſis.

1331. Iſabella Philippi Regis filia Monaſticen in Fonteveralliorum Cænobio profeſſa, plurimos utriuſq; ſexus ad Mundi contemptum accendit.

1332. In Fratricellorum exſcindenda Hæreſi multi egregij in Gallia viri multos labores inſumunt. Jacobus Fornerij ex Abbate Fontis Frigidi S.R.E. Cardinalis, vir Sanctus magis ornat purpuram quam ornetur.

1333. Inter Gallum Anglumq́ue acerrima gliſcunt odia, hoc Gallici Regis jus prætendente, quæ in graviſſima bella exardeſcunt.

1334. Moritur Joannes Papa eligitur Jacobus Fornerij & Benedictus XII. ſalutatur, æternum Galliarum ornamentum.

1335. Benedictus totus eſt in Eccleſiæ & Galliæ inprimis bono promovendo pluralitatem beneficiorum tollit, Epiſcopos ad ſuam quemq; Eccleſiam remittit.

1336. Magno collecto adverſum Gallos exercitu Anglus bellum triſtiſſimum exorditur utrique Regno funeſtiſſimum, dum contra Legis Salicæ princeps caput, jure materno jus in Regnum prætendit.

1337. Accenduntur ſtudio partium Germani, Itali, Hiſpani, Gregorio Papa fruſtra pacem rogante ac imperante, Gallis Vaſconiam, Anglis Xantones opprimentibus.

1338. Anglus cum auxiliaribus Cæſaris, Brabantię, Flan-

A. C.

Flandriæ aliorumque Principum copiis, exercitu 60 millium Gallias tentat, cui cum ingenti exercitu occurrit Gallus, multis millibus utrinq; cæſis.

1339. Pari ferocitate congreſſi hoc anno, multa mortalium millia perdunt. Anglus coronam & omnes theſauros Treverenſi obligat, ut proſequi bellum poſſit, cujus præſidiarij à Gallo magna in Normannià ejiciuntur.

1340. Anglus de claſſe Gallica triumphat, inducijs deinceps ad triennium conceſſis, dum ad Tornacum minus ipſi ſucceſſiſſet.

1341. Benedictus Papa Avenione Palatium Pontificium ſumma magnificentia exſtruit. In Aremorica fratres Principes colliduntur.

1342. Incredibili bonorum luctu Benedictus Papa moritur, cui iterum è Galliis ſufficitur dignus omnino ſucceſſor Petrus Rogerij ex Abbate Fiſcanenſi Cardinalis, Clementis VI. nomen conſequutus.

1343. Armatur denuo in Gallum Anglus, ille vero cum Caſtellæ & Aragonum Regibus fædus init.

1344. Pergant præliari ijdem Reges, nunc huic, nunc illi fortuna favente, premente infortunio, Papa omnia tentante ut ipſos reconciliaret.

1354. Turbatiſſimæ in Gallia res cum Eduardo nunc omnia felicius quam Gallo ſuccederent, & Victorijs inſoleſcens ille nullas pacis conditiones admitteret, omnem humanitatem exueret.

Pugna

A. C.

1346. Pugna ad Creſciacum funeſtiſſima Gallus profligatur, qua Carolus Philippi Regis frater, Joannes Bohemiæ Rex, undecim inſuper Principes Barones 80 Nobiles 1200. & ad 30. millia militum occubuere, Philippo vix evadente.

1347. Anglus poſt anni integri obſidionem Caleto potitur, quod Reges ſucceſſores ad annum uſque Chriſti 1558. obtinuêre.

1348. Hoc tandem anno Reges inter Galliarum & Angliæ pacem conciliat Clemens Papa, pro meritis in Rom. Eccleſiam Chriſtianiſſimi titulo, congeminata donatione Regi & ſucceſſoribus confirmato.

1349. Joanna Navarræ Regina moritur, filio in Regnum ſuccedente. Guilielmus ex monacho Cluniacenſi Archiepiſc. Cæſar auguſtanus pro eximijs meritis S.R.C. Cardinalis renunciatur.

1350. Moritur Philippus Valeſius Galliarum Rex cujus filius Joannes 7. Cal. Octobr. Rhemis coronatur, qui Ordinem Stellæ Equitum auſpicatus eſt.

1351. Effulgent ex gente Gallica, ſingularia ſacræ purpuræ decora Hugo Rogerij Clementis ipſius ſummi Pont. frater germanus ex Tullenſi monacho SS.R.C. Cardin. & Petrus de la Foreſta ex Sanct. Dionyſij aſſumptus.

1352. Maximo bonorum, & Regni inprimis Gallici luctu moritur Clemens Papa ingentibus meritis etiam in terris immortalis, æterna patriæ ſuæ gloria. Eligitur Stephan. Alberti & ipſe Gall. dict. Innoc. VI.

Admi-

A.C.

1353. Admirabili vitæ exemplo contulit Biturigibus B. Rogerius eorumdem Archiepiſcopus, paſtor ſecundum cor DEI, ſed & B. Joannes Birelli Lemovix Carthuſiæ Magnæ Prior & Generalis Gallias illuſtrat.

1354. Innocentius bono publico & patriæ intentus, hoc ſaltem nunc apud Gallum Anglumque efficit, ut inducias prolatarent. Capitur â Gallo Navarræus, & elapſus denuo tenetur, inde denuo Anglus concitatur.

1355. Anglus Navarræus, ceu ſua cauſa captum ulturus, duplici exercitu, altero per Calitium immiſſo, altero ad Carcaſſonam, vicinam provinciam latè vaſtat.

1356. Iterum congreſſi cum Anglo Galli exitiali prælio non procul Auguſtorito Pictonum profligantur, captis Joanne Rege & Philippo filio, cæſo Equitum Magiſtro, Delphino fuga elapſo, nobilibus 1500. cum Rege abductis, tremente Gallia.

1357. Navarræus ſpe ex dimiſſione ejus concepta, ſpem omnem & promiſſa fallit, Gallias hoſtiliter turbat, Delphino in Germaniam confugiente. Bituricenſes bona monentem B. Rogerium irridentes mox luunt, univerſa exuſta urbe ſolis Epiſcopi ædibus & Eccleſia mirè ſervatis.

1358. Carolus Navarræ Rex pergit perditos perdere, & ruſticos adverſum Nobiles & Urbes concitare, Anglos accendere & juvare. Triſtis omnino Regni facies.

A. C.

1359. Satur victoriarum, an feſſus cædendo Anglus dum paulum remiſſius ageret, regreſſus animoſiores reperit & exercitatiores, quibus & Navarræus ſe adjunxerat. Moritur Joannes Ciſterc. Generalis miraculis clariſſimus.

1360. Anglus, nimiam inſolentiam ulciſcente Numine, tota pene claſſe merſa, vinci tandem â ROM Pont. precibus patitur & cum REGE captivo, etſi iniquis huic conditionibus paciſcitur, quem in Gallias dimittit obæratiſſimum.

1361. In tanta REGNI afflictione multa tamen exſplendeſcunt è tot nubibus ſydera Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Grandimontenſium. Androinus de ROCCA ex Abb. Cluniac. S R.E. Cardinalis optime meretur, verè Pacis Angelus.

1362. Moritur Innocentius Papa, cui denuo Gallus, nec ſine Numine ſufficitur. B. Urban. V. olim S Victoris Maſſiliæ Abbas, longè meritiſſimus.

1363. Androinus Cardinalis novam Deiparæ ſobolem Servorum Ejuſdem Ordinem mirè fovet, alter illorum parens appellandus. B. Urbanus Expeditionem ſacram molitur.

1364. Joannes Galliæ Rex etſi afflictiſſimis rebus ſacræ tamen militiæ intereſſe cupit, ſed dum res firmare cũ Anglo ſatagit, morte intercipitur, ſuccedente Carolo filio, qui dein Sapientis nomen meruit.

1365. Carolo Regi per omnia adeſt B. Urban. Papa, in motibus & latrociniis, Magni cohibendis,

A. C.

dis,qui & recrudeſcentia Gallorum atq; Anglorum odia conſopit.

1366. Carolus IV. Imp. ab Urbano Papa componendis Regum litibus exoratus magno plauſu in Galliis excipitur, verum Regis Caroli morbo, & Reginæ eorumdemq; filiæ morte compoſitio differtur.

1367. B. Urbanus tamdiu exulem apud Gallos Rom.Pont.ſedem,etſi Gallipſe Italiæ & Romæ reddit,miro plauſu exceptus.

1368. Petrus Berchorius monachus S. Eligij Pariſienſis inſignibus ingenij monimentis omni poſteritati conſulit,cujus opera uſq; hodie magni fiunt.

1369. Valliæ Principe nimium Gallos excutiente & onerante, bellum in Anglos recrudeſcit, quod ut ſopiret verus paſtor Urbanus ipſe in Gallias contendit.

1370. Meritiſſimus de re Chriſtiana, & Regno inprimis patrio Urbanus moritur,ſufficitur Gregorius XI. & ipſe Gallus,olim Petrus Rogerius,Angli denuo Galliam vaſtant, facilè pulſi,cum nimium ſecurè vagarentur.

1371. Anglus violati juris Eccleſiaſtici reus, & Wicclefli dogmatibus minus obnixus infelix redditur. Galli ad Rupellam de ijſdem triumphant, claſſe capta ſeu merſa.

1372. Efferveſcit denuo bellum,Gallis proſperiorem deinceps fortunam nactis, Anglis ſævitiam propriam luentibus.

1373. Moritur Petrus de Stamno ex mon. S. Flori Bituric. Archiepiſc. ac dein Cardin.vir de Eccle-

A. C.

Eccleſia meritiſſimus. Claret Joan. de Grangia ex Abbate Fiſcan. Cardinalis.

1374. Galli Anglique inſtante Pontifice anni unius inducias paciſcuntur.

1375. Carolus Galliarum Rex acri prælio Navarræ Regem aggreditur.

1376. Mortuo Eduardo ejuſque filio, nepos ſuccedit Rex Richardus, Gallo quam primum Normanniam invadente & plurima loca occupante.

1377. Carolus Galliarum Rex fortuna uſus, cùm oppugnando & expugnando urbes, tum acie congreſſus tot millia Anglorum cedit, ut penè deleverit.

1378. Carolus IV. Imp. conſtituendæ pacis cauſa profectus in Galliam morbo in reditu correptus Pragæ deceſſit, Schiſma novum Eccleſiæ oritur Urbanum alijs alijs Clementem Antipapam ſequentibus.

1379. Gallus contra Urbanum Legitimum Papam hoſtilia molitus excommunicatur, Joanna Neapolis Regina Clementem in Gallias comitatur, & Ludovicum Andegavenſem Caroli Regis fratrem hæredem inſtituit.

1380. Dum Ludovico fratri juvando in Montpellier intentus Rex ſalis pretium attollit, impatiens populus Salis præfectos & multos è Regis cuſtodia mactat, ſexcentis rebellium capite luentibus, nec multo poſt Rege mortuo.

1381. Carolus junior primus ſucceſſor octodecim auri milliones à patre ſibi relictos, momento quaſi diſſipat. Ludovicus ejus patruus

A. C. truus â Papa Rex Neapolis coronatur, Neapolim expugnat, mox â Carolo Dirrachino ejicitur.

1382. Gandavenſes contra Philippum ſuum Principem graviter tumultuantur. hic Caroli Regis, ſui ex fratre nepotis opem implorat, & rebellium ad 24. millia trucidat.

1383. Pro regno Neapolitano atrociter præliantur Ludovicus Andegavenſis & Carolus Dyrrachinus.

1384. Moritur peſte, an animi, ut nonnulli volunt, mœrore Ludovicus Andegavenſis â Carolo Siculo gravi clade profligatus.

1385. Scotiæ Rex ab Anglo nimium preſſus, Galli opem implorat, hic ſexaginta navium claſſem ſubſidio mittit.

1386. Anglicus ex Monacho S. Rufi prope Valentiam Galliæ Monachus S. R. E. Cardinalis ab ingentibus meritis celebratur.

1387. Carolus Navarræ Rex multarum cladium & triſtium incendiorum in Gallia reus, inſutus lineis vino eliquato imbutis, candela ad filum rumpendum admota, lino inflammato vivus crematus, poſt biduum moritur.

1388. Joanna Brabantiæ Duciſſa â Geldris & Juliacenſibus oppreſſa â Rege Galliarum fortiter propugnatur.

1389. Clemens Antipapa Vrbanum everſurus omnia molitur, & nunc Ludovicum Andegavenſem Juniorem Lud. filium Regem Siciliæ & Jeruſalem coronat.

Gallia

A. C.

1390. Gallia Clementi Pſeudopontifici adhærens variè punitur. Ladislaus Caroli Dyrrachini filius Regno paterno potitur Ludovico fruſtra cum claſſe occurrente.

1391. Afflictiſſima rurſum Galliarum ſtatu imploratus S. Aichardus Abbas, pridem cælo receptus, prodigioſâ ope Regi Carolo adeſt, mentiſque & corporis ſanitatem eidem reſtituens, multis malis Regnum liberat.

1392. In tanta nebularum obſcuritate multi egregia vitæ ſanctitate è Cænobijs Claræyallenſi, Cluniacenſi & alijs exſplendeſcunt, quos inter B. Guilielmus Raynaldi Carthuſ. Generalis, mirè celebratur.

1393. Rex Galliarum larvatus incedens, veſte piloſâ & picata, paulum abeſt quin incendio periret. Ludovicus Andegavenſis repente potitus Neapoli, paulo poſt ejicitur à Ladislao oppreſſus.

1394. Mortuo in Gallijs Clemente VII. Antipapa, Pſeudocardinales Benedictum de Luna eligunt, beſtiam Gallo & Hiſpaniarum Regibus adorantibus.

1395. Interpellatus & informatus à Germaniæ Principibus & Anglo Gallus Benedictũ execratur, multumque deinceps laborant in Schiſmate tollendo.

1396. Miro Regnorum plauſu Gallus Angluſque arctiore jam fœdere junguntur, confirmante & laudante Bonifacio ſummo Pontifice.

A. C.

1397. Egregiè ſe commendat Rom. Eccleſiæ Carolus VI. Rex Galliarum, multoſq; ſumptus facit pro ſchiſmate tollendo, invitans ea de cauſa Cæſarem in Gallias, & fruſtra ignaviſſimum excitare conatus.

1398. Efficacius ut ageret Galliarum Rex Concilium in ſuo Regno celebrari impetrat, quo Benedictus de Luna convenitur per viam abdicationis conſulere Reip. quod abnuens â Gallis rejicitur & Avenione obſidetur.

1399. Iterum Concilium in Gallia cogitur pro pace Eccleſiæ, pactiſq; de ceſſione multum queſtus ac reluctans, cogitur Benedictus ſubſcribere.

1400. Henricus Leceſtriæ Comes extorris in Gallia commoratus, inde contra Richardum Regem evocatur, Rex ſalutatur & ille incarceratur.

1401. Anxius de pace Eccleſiæ reddenda Rex Galliæ Benedictum Pſeudo-Pontificem ſollicite cuſtodiri jubet, hic tamen nihilominus diverſis illudens Regibus Schiſma protrahit.

1402. Claret meritiſſima illa Virago Blanca de Harcour Galliarum Regis cognata, Abbatiſſa Fontis Everardi Abbatiſſa ſub qua mirifice floret ſanctiſſima illa congregatio, paradyſus liliorum verè aureorum Galliarum.

1403. Virtute & eruditione plurimum ſe commendat Joannes Canardi S. Dionyſij Monachus, inde Philippi Burgundionū Ducis Cançellarius demum creatus Atrebatenſis

A. C.

batenſis Epiſcopus, Benedictus è cuſtodia evadit.

1404. Carolus Galliarum Rex graviter offenſus, ſcelere Benedictum è cuſtodia educentium, omnem movet lapidem ad beſtiæ illius everſionem.

1405. Joannes Bellencurtius Rotomagenſis, novam mira arte & felicitate navigationem aggreſſus primus invenit inſulas Canarias, vulgo Fortunatas. Extinguitur B. Jacobus Ciſt. Ord. Gener. ſplendidior ſole celebratus.

1406. Laborat ſtrenuè in Schiſmate tollendo, & plurimum poteſt, B. Bonifacius Ferrerius, S. Vincentij germanus Magnus Carthuſ. Prior Generalis.

1407. Ludovicus Aurelianenſis cum Joanne Burgundiæ Duce de præfectura Pariſienſi contendens, in ipſa Vrbe Pariſiorum mactatur.

1408. Civilibus diſcordijs tota exardeſcit Gallia, haud multum diſſimili â Guelphorum & Gibellinorum factione, illis Burgundi cauſæ, alijs Aurelianenſis faventibus.

1409. Ludovicus Andium Dux â Gregorio Papa contra Ladislaum Regem evocatus, Romam expugnat, hoſtium aliquot millia trucidat.

1410. Pergit præliari contra Ladislaum Dux Andium. Carolus & Philippus Valeſij Joannem Burgundum, ob patrem interfectum, gravi bello premunt.

1411. Continuatur bellum Burgundicum filijs interfecti patris necem graviter ulciſcen-

‡ H 2 tibus

A. C.

tibus, incendijſque & multa ſanguine litantibus.

1412. Waldenſium necdum extinctæ Hæreſi Cluniacenſes ac Ciſtercienſes ſtrenuè obnituntur. claret Joannes ex mon. Barbellenſi Engoliſmenſis Epiſcopus, & multi alij ex prædictis congregationibus evecti.

1413. Ulturus damna accepta Burgundus Pariſijs magnam ſeditionem excitat Aurelianenſes, ipſumq; Regem ac Reginam capit, quos Ludovicus Borbonius eripit, multis utrinque millibus cæſis. Claret S. Petrus de Bono mon. Cluniacenſis.

1414. Burgundus Anglorum opem implorat, ſed cum hi Comitem Engoliſmenſem captum in Angliam raperent, contra illorum voluntatem cũ Burdiano paciſcitur.

1415. Anglus pro filio exambiens Galli filiam, repulſa offenſus magno cum exercitu Normanniam vaſtat, Gallorum copias cæſis 14. millibus profligat.

1416. Mirè illuſtrat Gallias inter offuſam tantam caliginem B. Ludovicus ex Abbate Tornuſij, Maclovienſi dein Epiſcopo Archiepiſcopus Arelatenſis, effulget item Wilhelmus ex Abbate Gimontij Vabrenſis Epiſcopus.

1417. Normanniam denuo invadit Anglus & Cadomum occupat. Orbi Chriſtiano pax redditur Schiſmate Conſtantiæ eliſo & Martino V. electo.

1418 Henricus Angliæ Rex ſubjecta ferè omni Normannia Rotomagum obſidet. Burgun-

A. C.

gundus & Armeniaci Comes per impotentiam Regis de adminiſtratione Reip. contendunt. re tamen compoſita cum Armeniacus pacem rumperet, â furente plebe cum ijs qui ipſi faverant Principibus, & 4000. trucidatur.

1419. Joannes Burgundus occiditur, cujus filius Philippus patrem ulturus Anglo ſe jungit Pariſios Regemque ac Reginam capit & Anglo tradit, hic pro Rege ſe habens Carolum Delphinum exauctorat, & triumphos in Angliam revehitur.

1420. Ludovicus III. Andium Dux ad coronam Regni contra Ioannam Reginam â Neapolitanis vocatur. Pergunt plura per Galliam occupare loca Angli.

1421. Henricus aliquamdiu in Gallia rem ſuam ipſe promovens relicto fratre Humfredo in Angliam redit, illo paulo poſt â Delphino prope Andes cæſo. Moritur Guilielmus Bituricenſis Archiepiſcopus vir doctiſſimus.

1422. Moriuntur hoc anno Gallus atque Anglus, illi ſuccedit Carolus filius Sapiens appellatus, Anglo Henricus VI bimulus, qui Galliæ Regis titulum uſurpabat, Anglis Gallum ex contemptu Biturigum Regulum appellantibus.

1423. Incerta nunc alea, magno licet conatu Angli Gallos, varijs prælijs vexant & fatigant. Carolo Regi Ludovicus XI. naſcitur.

1424. Scoti auxiliares Gallo veniunt, utrique

A. C.	
	ab Anglo victi, cæſis ferè quinque millibus, & Duce Alenconio capto.
1425.	Burgundus denuo auxiliaris adeſt Anglis contra Gallos, multaque cum ijſdem loca occupat, donec ope Scotorum â Gallis profligantur, aliquot millibus cæſis, exuti etiam ijs quæ occupaverant.
1426.	Claret admirabili vitæ ſanctitate B. Touſſanus Prior Monaſterij Cluniacenſis cognatus B. Colettæ, in cujus morte multa prodigioſa viſa ſunt.
1427.	Effulget in Gallijs B. Guillernus de Mota, Carthuſianorum Generalis, de quo monimentum pervetus: Auſpice me antiquæ pacis nova jura reſurgunt. Clarent alij multi ex diverſis Ord. viri illuſtres.
1428.	Iterum Angli infeſtis armis vexant Gallias, & multas urbes expugnant.
1429.	Joan. Gerſon Cæleſtinis fine ætatis adſcriptus religioſiſſimè moritur relictis ingenij monimentis immortalis. Joanna 18. annorum puella Aurelianum defendit, multas urbes expugnat. nunc primum Rex Galliæ coronatur.
1430.	Joanna puella ab Anglis capitur & velut venefica exuritur, quam judices â Papa deſignati injuſtè damnatam pronunciant.
1431.	Hoc anno Academia Cadomenſis conditur, Carolus Regiam Pariſiorum urbem expugnat multis Anglorum millibus illic trucidatis.

Reci-

A. C.

1432. Recipiunt Pariſios Angli eoque evocatum Regem ſuum duodennem coronant, Gallis interea Carnutum capientibus & Anglos ad Cadomum profligantibus, obiit Wilhelmus ex Abbate S. Germani Senonenſis Archiepiſc. meritiſſimus.

1433. Exornant Gallias Bernardus Aquenſis Archiepiſc. S.R.E. Cardinalis, & Franciſcus Gebennenſis Epiſc. pluresque ex Ord. Monach. aſſumpti.

1434. Margarita Mommorantiâ extinctâ ſuccedit Maria de Harcour Fontis Eberardi Abbatiſſæ regij generis immortalia ornamenta, Virtutis exempla.

1435. Joannes Navarræus dum Alphonſo Arragoni adeſt, uterq; â Duce Mediolan. capitur, paulo poſt dimittitur. Gallus & Burgundus reconciliantur.

1436. Carolus Rex Pariſios denuo occupat, multa Anglorum millia mactat, inde plures urbes expugnat, Caleſium obſidens repellitur.

1437. Joannes de Norry ex Archiepiſcopo Viennenſi creatus Veſuntinenſis dum ſolemnem ingreſſum parat moritur. Delphino Scoti Regis filia jungitur.

1438. Sanctio Pragmatica in Concilio Baſileenſi conſtituta, â Carolo Rege approbatur & publicatur. Rex tamen poſtea Papæ ſententiam ſequutus eſt. Moritur Jacobus Borbonius ex Rege Siciliæ Franciſcanus monachus.

1439. Magni fit in Eccleſia Joannes VII. eo nomine

A. C.

mine Ciſtercienſium Generalis Judex in cauſis Fidei á PP. Concilij deſignatus.

14 40. Carolus Aurelianenſis, litro ſoluto ex Anglia revertitur, & ducta Burgundionis filia, odia finiuntur.

1441. Bernardus Aquenſis Archiepiſcop. pro eximijs vitæ meritis S.R.E. Cardinalis creatur. Eugenius novi fæderis jure Galliarum Regem ſedi Apoſtolicæ obligat.

14 42. Renatus Siciliæ Rex deſperatis rebus in Galliam ſe recipit. Alphonſo facile reliqua loca occupante. Quintinus ex Monacho Flavigniaci ad Archiepiſcopatum Veſontinum evectus magnis ſe meritis prodit.

1443. Obijt Amedeus de Talaru vir magnus, Archiepiſcopus Lugdunenſis, & S.R.E. Cardin. cujus extant Epiſt. ad Concilium Baſileenſe.

1444. Anglis cum denuo & Gallis convenire non poſſet, turbatis alias Reipubl. Chriſtianæ rebus, induciæ ad quinquennium prolatatæ.

1445. Admirabili vitæ ſanctitate Gallias illuſtrat B. Joannes Baſſandus Cæleſtini Ord. verè cæleſtis per Galliam & Europam reformator.

1446. *M*oritur Henricus de *A*vangourd Bituricenſis Archiepiſc. cum pius in *M*onaſterium Nigri lacus DEO ſoli vacaturus ſe recepiſſet, Princeps meritiſſimus, qui penè infinitas lites dicitur feliciter compoſuiſſe.

Mor-

A. C.

1447. Mortuo Philippo Mediolani Duce Galli & Ludovicus Aurelianenſis inprimis Regis patruus, jus ſuum in Principatum armis quærunt. Ingens meritum B. Joan. Baſſandi, Schiſma tollentis, & Felicem Antipapam ad abdicandum perſuadentis.

1448. Exardeſcit vehementius bellum Gallorum Mediolanenſe, quod hoc anno varia fortuna gerunt, ſæpe victi ſæpe victores.

1449. Infelix hic annus Gallis in Italia, Sforzia pluries de illis triumphante, Mediolanum expugnante & Ludovicum Aurel. in Gallias repellente.

1450. Carolus Rex Anglis in Normannia S. Urbes adimit, in prælio 5000 cædit. Inde Wilhelmus Archiepiſc. Pariſienſis Proceſſiones celebrat, quarum in unica puerorum 12. millia numerata, annis 12. minorum. Obijt B. Lud Aul.

1451. Pergit proſequi victorias Gall. Rex, iterumque congreſſus 4700. in acie trucidat, plurimas Urbes occupat, Navarræum Anglis renunciare cogit.

1452. Angli â fortuna deſertiſſimi â facie Gallorum ceu fulmine ejiciuntur. Guilielmus Archiep. Rotomag. reformat Univerſitatem Pariſienſem.

1453 Naboth Generalis Angli meliore ſucceſſu aliquot urbes recipit Gallorum præſidio trucidato. Moritur Petrus Burdegal. Epiſcop vir verè ſanctus.

1454. Acerrimo in Petrocorijs prælio 13. Julij, Galli cum Anglis confligunt, & hoc deniq;

A. C.

toto Regno ejiciunt, ſolo ipſis remanente Calitio.

1455. B Ottho de Pereria Abbas Cluniacenſis, ejuſdemque ſanctiſſima Congregatio magnis ſplendoribus Gallias exornat, precibus juvat.

1456. Guilielmus de Toutaville Archiepiſc. Rotomagenſis, iterum magnis ſe meritis commendat. Moritur Philippus de Vienne Epiſcopus Lingonenſis,&c.

1457. In Gallijs claret Maria de Britannia, mirabilis illius & Sanctiſſimi Virginum cætus Fontis Everardi Antiſtita. Rex Galliarum totus eſt in reſtituendis, quæ Anglorum furor vaſtaverat.

1458. Genuenſes variè vexati opem Gallorum implorant dantque ſe in fidem Caroli Regis, â quo miſſus Joannes Renati filius urbem munit.

1459. Illuſtrat Gallias Joannes Juvenalis de Urſinis Remenſis ex Cancellario Regis Archiepiſcopus Author Hiſtoriæ Franciçæ.

1460. Joannes Renati filius cum Gallorum exercitu Ferdinandum Aragonum Regem bello aggreditur,& varia fortuna præliatur.

1461. In Gallijs mortuo Carolo cogn. Victore Rege ſuccedit Ludovicus filius â Joanne Rhemenſi Archiepiſcopo 11. Auguſti conſecratus.

1462. Ludovicus Gall. Rex Rom. Pontifici per Legatos obedientiam & Pragmaticæ Sanctionis abrogationem pollicetur.

Idem

A. C.

Idem Aragonum & Caſtiliæ Reges acriter ſemet impugnantes reconciliat.

1463. B. Margarita Sabaudiæ Princeps Theodori Palæologi vidua, Divo Benedicto dans nomen, mira exſplendeſcit vitæ ſanctitate.

1464. In Regem Gall. conſpirant Britanniæ, Burgundiæ & Borbonius Principes perſuaſo Carolo Biturigum Duce, ut belli Princeps eſſet.

1465. Urgent & perurgent Regem conjurati, multis locis expugnatis dum nec Pax Confluentina à loco dicta componeretur.

1466. Meretur optimè de poſteritate Joannes Chartier S. Dionyſij Monachus Wilhelmi Archiepiſc. Pariſienſis frater ſcriptis Chronicorum libris qui Dionyſianum Chronicon appellantur.

1467. Ulciſcitur modo rebellionem fratrum & Principum Rex Gall. & disjunctos bello aggreditur, quibus, invocatus Carolus Burgundus opitulatur.

1468. Ludovicus Rex Burgundum pro Leodienſibus oraturus ab eo per vim detinetur, & auxilia in hoſtilitatem contra Leodienſes vertere cogitur.

1469. Reverſus in Galliam Ludovicus, fratrem ut à Burgundo disjungeret, Aquitaniam ipſi concedit, Campania ſibi reſervata. Idem Ordinem S. Michaelis, & Senatum Gratianopolitanum inſtituit, Divionenſem reſtituit.

1470. In Gallia Burgundo, Britanno & Aquitano Duce res denuo turbantibus, felicior Rex

A. C.

Ambiano & Fano S. Quintini potitur, cui Delphinus naſcitur.

1741 Rebelles fratrem cognatoſque Ludovicus Rex provincijs exuit, contra quem denuo Carolus Burgundus ingentem exercitum adducit.

1472. Sixtus Papa conciliare Principes conatur, & Gallum ad ſacrum bellum accendere, hic mortuo fratre Aquitaniam recipit.

1473. Dum cum Burgundo præliatur Gallus, nova intervenit contentio cum Aragone de Perpiniano, pro quo acrius diſceptatur.

1474. Galli deniq; Superiores Aragonijs Perpinianum recuperant, uſusq; occaſione *Rex* Burgundo contra Geldros occupato, Helvetios & Lotharingos contra eumdem concitat Julianus de *Ruvere* primus Avenion Archiepiſc. eligitur.

1475. Grandi rurſum bello intenti Gallus & Burgundus, præter omnium expectationem novennij inducias paciſcuntur, hoc in Lotharingum movento.

1476. Burgundus Lotharingo victo dum in Helvetios movet & ſævit ad Murtam vincitur 30000 amiſſis, interim Lotharingo ſua recipiente

1477. Carolus Burgundus ad Nanceium occumbit, Burgundia certis conditionibus Ludovico Regi fidem dante, B. Joannes Cæleſtinus miraculis refulget.

1478. Guilielmus de Eſtonteville S. *R.* E. Cardin. Regij generis Princeps, monachus Sanct. Mar-

A. C.

Martini de Campis Galliæ & Rom. Eccleſiæ inſigne decus claret.

1479. Hoc primùm anno Helvetij â Chriſtianiſſimo Rege ſtipendium accipere cœperunt. Idem Rex cum Papa graviter colliditur.

1480. Godefridus ex monacho Virdunenſi Andegavenſis Epiſcopus, & S R.E. Cardin. ſed & Joannes de Circeio Ciſtercij Abbas, mirè effulgent.

1481. Renatus Andium & Provinciæ Comes, nuncupatus Siciliæ & Neapolis Rex moritur, Provincia ad Reges Galliarum devoluta & hucuſque retenta.

1482. Ludovicus *Rex* Flandriam invadit, quod tamen bellum paulo poſt conſopitur, data Carolo Delphino in conjugem Margarita Flandrica.

1483. Supremus hoc annus Ludovico Gall Regi, litterarum oſori, miri tamen & felicis ingenij, qui filium vetuit Latinè ſcire, niſi qui neſcit diſſimulare neſcit regnare Carolus 13. annorum puer ſuccedit eo nomine octavus.

1484. Ingens in Gallia, de adminiſtrando *Regno*, dum Rex adoleſceret, contentio. Moritur B. Elias Turonenſis Archiep. Cardin. miraculis clarus.

1485. Carolus *Rex* coronatur. Major Domus Joan. Borbon. contra Aureliani Ducem eligitur; hic dum multa turbet, â ſuis Aureliano excluditur.

1486. Joan de Circeio Ciſtercij Abbas, mirè meretur, contra Simoniacam Hæreſim &

A. C.

Commendatarios verbo & opere potens, Aremorica tumultuatur.

1487. Creſcunt motus Britannici, ſubditis contra Ducem arma arripientibus, Petrum ejus Conſiliarium cum exercitu obviam, hoc cæſo, captum ſuſpendentibus.

1488. Memorabilis ad Fanum Albani pugna 5. Cal. Aug. contigit ſub Tremollio Regis præfecto Britannis victis, captisq; Aurelianenſi & Auraſienſi.

1489. Grave bellum inter Carolum Regem & Maximilianum Imp. oritur, illo filiam hujus repudiante, & Annam Britannicam ducente Cæſari promiſſam.

1490. Fervet bellum Cæſarem inter & Regem. Ille Atrebates ſubjugat, & paulum aberat, quin & Ambiano potiretur.

1491. Inter plures contemptu ſæculi illuſtres celebratur nunc Anna Ludovici XII. Regis Gall. ſoror Fonteveralljanæ S. mæ Congreg. Abbatiſſa Cæſar cum Anglo contra Gallum confæderatur, hic Galliam Belgicam invadit.

1492. Moritur Petrus Cadovetus Archiep. Bituricenſis ſummus litium & munerum oſor, verus pauperum pater, mirè laudatus.

1493. Carolus Galliarum Rex jure Neapol. Regni ſibi à Renato relicto, ad illud recipiendum expeditionem ſuſcipit, cura Regni Carolo Borb. relicto.

1494. Carolus in Italia benigne paſſim excipitur, cui cum Petrus Medicæus Reip. arces tradidiſſet Urbe petitur. Rex plurima loca occupat.

Caro-

A. C.

1495. Carolus Neapoli potitur, reverſus Fornovij ad Tarrum de confœderatis triumphat. Ordo puellarum pœnitentium Pariſijs inſtituitur.

1496. Neapolitani vix digreſſo Rege ad Ferdinandum Arragonem deficiunt, Alphonſi, qui metu adventantis Caroli obierat, filium.

1497. Carolus Rex audita Neapolitanorum defectione, dum in urbe Amboſia proceres pilæ luſu ſe exercentes ſpectat, repentina morte obijt.

1498. Ludovicus XII. Valeſius Aureliorum Dux, Carolo defuncto ſanguine proximus, ejuſdemq; Regni ſucceſſor, Mediolanum repetere cogitat.

1499. Ludovicus Rex in Italia rem feliciter gerit, multiſque occupatis urbibus, Mediolano potitus, Victor regreditur, & multo Regni ſui commodo, Rotomagenſem, Aquenſem & Burdegalenſem Senatus inſtituit.

1500. Vix regreſſo Gallo, deficiunt Mediolanenſes & Sfortiam exulem revocant, inde Rex reverſus Mediolano denuo expugnato Sfortiam capit.

1501. B. Joanna Francica Gallias admiratione & meritis implet Inſtitutrix Ordinis Annunciationis. Ludovicus Rex ex Senatu Aquenſi Parlamentum inſtituit. Galli ſacra in expeditione ad Mitilenen cæduntur.

1502. Iterum pro Regno Neapolitano cum Gallis, & Regis Vicario Albigniaco Hiſpani dimi-

A. C.

dimicant, fortuna primùm Gallis favente.

1503. Stephanus de Poncher eligitur Pariſienſis Archiepiſcopus à Joanne Raulino inſigniter laudatus. Gallorum in Italia res periculoſæ.

1504. *Minus* proſpere Gallis ſuccedit res in Regno Neapolitano, cum voto concepto Gonſalvus Magnus mirè triumphans ipſos Regno ejiceret. Moritur B. Henricus Tonnelanus Cæleſtinus Prophetiæ dono inſignis.

1505. Wilhelmus de Cambraij Bituricenſis Archiepiſcopus extinguitur patriæ flos & gemma appellatus, pauperes hæredes inſtituens.

1506. Genuenſes â Gallis deficiunt non tam data occaſione, quam quæſita factionum odio, Rege ægritudine impedito.

1507. Mox ut convaluit Ludovicus Rex expeditione in Ligures ſuſcepta his devictis & Genua expugnata triumphans urbem invehitur.

1508. Cameracenſi Conventu Gallus Cæſari confæderatur, eidemque auxiliares copias contra Venetos adjungit.

1509. Galli Maximiliani Imp. auxiliares 14. Maij inſigni contra Venetos victoria potiuntur decem millibus cæſis cum ipſi vix 500. amiſiſſent.

1510. Georgius de Amboeſia Archiepiſc. Rotomagenſis obiit, populi pater dictus, vir laudatiſſimus, cujus exequijs Rex ipſe interfuit.

A.C.

1511. Galli proſpere præliantur in Italia, Bononia & multis locis potiuntur. Moritur Michael Archiepiſc. Bituricenſis.

1512. *Memorabili* ad Ravennam pugna Pontificios & Hiſpanos profligat Ludovicus Gall. Rex. verum concitato â confæderatis Anglo in Gallias properat.

1513. Venetis nunc Gallo faventibus hic Mediolanum tentat, ſed cum ſtrage 10000. repellitur. Anglus Gallo Tornacum eripit, hic Papæ reconciliatur.

1514. Extinguitur magnum Galliæ Sydus Guilielmus Remenſis dein Narbonenſis Epiſcopus, oraculum Regis, Regni columna appellatus. Gallus cum Anglo reconciliatur, & ille hujus ſororem ducit.

1515. *Moritur* Cal. Jan. Ludovicus Rex ſine liberis ſuccedente Franciſco I. qui mox Mediolanum repetens cæſo Helvet. magno exercitu, eodem potitur. Idem pragmaticam ſanctionem tollit, ideo â Papa nominationem ſacerdotum indeptus.

1516. Claret Petrus Goffier, frater Arturi Magni Franciæ Magiſtri Abbas S. Dionyſij. Galli cum Venetis conciliati, Veronam ipſis tradunt.

1517. Ob inſignia Vitæ merita Antonius Boherius ex Gemmeticenſi monacho Bituricenſis Archiep. ſacra purpura ornatur, & magnis meritis ſe commendat.

1518. *Renatus* de Breſcia & ipſe clarum Galliarum lumen è S. Benigni ad Conſtantienſem Epi-

A. C.	
	tur, confœderatorum exercitus â Freundtſpergio cæditur.
1527.	Borbonius Dux cum exercitu Cæſaris Romam invadit, & dum primus muros conſcendit interimitur. Gallus iterum cum Anglo paciſcitur.
1528.	Mittit exercitum Gallus ad captivum â Cæſareanis & Hiſpanis Pontificem liberandum, verum eo jam dimiſſo Neapolim obſidet, peſte utriuſque partis conatus intercipiente. Moritur Aymardus Gauffier Abbas. Sanct. Dionyſij laudatiſſimus.
1529.	Pax Cameraci inter Franciſcum Regem & Cæſarem facta, redditis obſidibus Franciſci filijs & litro perſoluto.
1530.	Philippus de Coſſe è Cluniacenſi Monacho Conſtantienſis in Normannia Epiſcopus inter illuſtriores Galliæ viros celebratur.
1531.	Magno Gallorum & Germanorum plauſu Eleonora Caroli V. Imp. ſoror Franciſco Galliarum Regi deſponſatur.
1532.	Refloreſcunt mirè in Gallijs litteræ. Clarent Dionyſius Lambinus, Vincentius Laurens, Augerius Ferrerius, Robertus Cœnalis, Petrus Daneſius, Guilelmus Rondeletus, & alij.
1533.	Romanus Pont. & Rex Gall. Maſſiliæ conveniunt, actum de Hæreſi profligenda, qua ipſa occaſione Catharina Medicæa neptis Pont. Regis filio deſpondetur.
1534.	Inſigni Zelo ut & merito, Rex Franciſcus acerrimis Legibus Hæreſes â Galliarum

A. C.

rum Regno avertit, & plurimum proficit.

1535. In cælum è Galliis inſigne ſydus rapitur B. Petrus Bartius Cæleſtinus monachus de Regno & Regibus optimè meritus, contemptis Epiſcopalibus infulis glorioſiſſimus.

1536. Colliduntur denuo Gallus & Cæſar, hic Fanum Pauli & Monſtrolium ille Heſdinum occupat. Delphinus Seguſium & Montcalerium expugnat.

1537. De pace tractatum inter eoſdem ſed fruſtra, inducias tamen ad decennium pacti ſunt. Ipſi Cæſar & Rex ad Foſſas Marianas amicè colloquuntur.

1538. B. Jacobus Callipetus Cæleſtinæ familiæ & Galliæ cæleſte decus cælo infertur, quem Deipara jam pridem in terris coronavit, ſerto florigero impoſito.

1539. Carolus Imp. in Belgium tranſiturus accepta fide per Gallias iter inſtituens, ſplendidiſſimè & amiciſſimè ſumptu Regio paſſim tractatur.

1540. Hugenottas & Waldenſes Hæreticos, ſeveriſſimis pridem legibus proſcriptos, vires nihilominus late ſpargentes, gladio perſequitur Rex Franciſcus multis millibus cùm Regno ejectis tùm trucidatis.

1541. Offenſus Legati ſui cæde, Mediolani patrata, Rex Franciſcus, cum Cæſare denuo colliditur, Tullum Verdunum, multaq; alia loca eidem eripit.

1542. Idem multis Hiſpanorum & Cæſareanorum millibus cæſis Navarram recuperat, & per

A. C.

per Aurelianenſem Luzelburgum occupat,& depilat.

1543. Proſequitur Victorias in Navarra & Aquitania Franciſcus & occupata Albretano Regi legitimo reſtituit. Cæſar domito Geldro in Gallum ſe vertit.

1544. Alphonſus Davalus cum 20000. occupata per Belgium â Gallis expugnat, quæ mox Aurelianenſis rurſus extorquet, & congredi auſum ope Vindocinenſis ingenti ſtrage 12. millium profligat. Verum Cæſar occurrens Regem cogit pacem petere.

1545. Æterna commendatione digniſſimo Zelo Franciſc. Rex Waldenſes Hæret. ſacro appetens bello, toto Regno feliciter exterminat, eodemq; anno trecentarum navium claſſe Oceanum Britannicum occupans, cogit Anglum pacem petere.

1546. Idem Rex adhibito Pontificium & Sanctorum virorum conſilio, totus eſt in reliquijs Waldenſ. errorum diſſipandis, & Catholica Relig. ſtabilienda. Sed & in promovendis litteris, Litterarum Reſtitutor appellatus.

1547. Magno bonorum omnium luctu idem glorioſiſs. Rex vita defungitur Rambovilleti Bononiæ maritimæ recuperandæ intentus, cujus exequijs 10. Cardin. 40. cùm Archiepiſcopi tum Epiſcopi interfuere.

1548. Henricus paternarum virtutum non minus hęres quam Regni, bellum in Anglos ſtrenuè proſequitur, Aquitanos ſeditioſos acriter reprimit & caſtigat.

Idem

A. C.

1549. Idem hoc anno Bononiam expugnat, magna deinceps rerum inclinatione apud Anglos ſequente. Waldenſes denuo ſe Regno inſinuantes igne & ferro tollit.

1550. Petrus de Baulme ex mon. S. Claudij Epiſcopus Genevenſis ac dein Archiepiſcopus Biſunt. & S.R.E. Card. effulget, multa ab Hæreticis perpeſſus. Franciſc. Rex pulſis Cæſarianis Senas occupat; idem cum Anglo reconciliatur.

1551. Inter Gallum Cæſaremque recrudeſcit bellum, quo ille Tullum, Metas, & Virdunum, inſignes Aquilæ plumas extrahit.

1552. Pergit premere Imperatorem Galliarum Rex multaſque cùm per Picardiam, tum per Lucemburgenſem ditionem Urbes occupat.

1553. Imperator poſt longam Metarum obſidionem, magna illic accepta clade ſolvere cogitur. Gallus per Arteſiam multis urbibus potitur.

1554. Minus proſperè ſuccedit Gallis in Italia, quæ cauſa Regem permovit, ut jam congreſſurus cum Imp. prope Rentinum, receptui caneret.

1555. Varia fortuna Cæſar & Gallus, & in Italia & in Belgio præliantur, multis millibus utrobiq; cæſis.

1556. Quinquennales inducias ratione Imperij cum Gallo Imperator init. B. Maurontus viſus cælo deſcendere & Duacum liberare.

1557. Proſperè in Italia Gallo ſuccedit. Verum ad

A. C.

ad S. Quintini grandi clade â Philippi Hiſp. Regis Ducibus profligatur.

1558. Gallitium Guiſio Duce expugnat hoc anno Gallus quod ſupra ducentos annos Angli habuerant, ad Grevelingam autem clade afficitur.

1559. Pax deniq; Gallum inter & Hiſpanum componitur, & affinitate firmatur. Verum Henricus Gall. Rex in ludo equeſtri ſecundum oculum læſus paulo poſt extinguitur ſuccedente in Regnum Franciſco II.

1560. Franciſcus II. 17. annorum juvenis ſummæ expectationis, nato circa aurem ulcere, magnis regnandi periculis eripitur & religioſe moritur.

1561. Colloquium Poſſiacum in Gallia Catholicos inter & Novatores inſtituitur nullo tamen fructu. Carolus IX coronatur.

1562. Franciſcus II. Archiepiſcopus Bituricenſ. moritur, Regni oraculum, Principum & Pontificum merum mellitumque delicium, dictus. Condæus Novatorum Dux multa molitur verum non multo poſt â Guiſio victus capitur. Antonius Rex Navarræ occumbit.

1563. Franciſcus Guiſius in obſidione Aureliani ſcelere Bezæ â Belga quodam occiditur.

1564. Pacem cum Angliæ Regina ſancit Rex Carolus, totus in ſectis ejiciendis, quo anno Calvinus horrendis morbis, ipſo Beza teſte, miſere extinguitur.

1565. Galli tertium jam tentatam Floridam ſeptem

A. C.

ptem navium claſſe occupant, paulo poſt ab Hiſpanis ejecti.

1566. Mira audent & tentant in Gallijs Sectarij â Carolo Regi vigilanti oculo obſervati, mira induſtria & robore atque auctoritate repreſſi.

1567. Condæus rebellium caput Regem ipſum ad Metas intercipere parat, effugientemque Lutetias illic obſidet, ubi acriter dimicatum, *R*ege triumphante.

1568. Condæus dum fruſtra Carnutum obſidet, de pace tractat, quam tamen paulo poſt, quaſi paratis ſibi inſidiis, perfide violat.

1569. Nimium preſſo â Sectarijs Gallo auxilia mittit Rom. Pontifex, pugna apud Xantones miſerè perit Condæus, ſed & Monconturiano prælio Calviniani profligantur.

1570. Fracti viribus Sectarij pacem ambiunt, quæ interveniente Navarræi Regis. cum ſorore Galli conjugio, ſancitur.

1571. Inſigni ſanctioris vitę opinione ſacram meretur purpuram Hieronymus Socherius Clarævallenſis Abbas, idem de *R*egibus & Regnis meritiſſimus,

1572. Gaſpar Colignius caput Calviniſtarum Pariſijs glande ſauciatus poſt biduum cum multis alijs occiditur, & Regio Edicto Calviniſtis conventus omnes interdicuntur, Rupellanis bellum denunciatur.

1573. Henricus Andegavenſis Rupellas obſidet, inde ad *R*egnum Poloniæ evocatus, â fratre Rege pacem toto Regno ſanciri impetrat.

Ca-

A. C.

1574. Carolus Gall. *R*ex Sectariorum fulmen extinguitur, cujus morte audita Henricus frater relicta Polonia ad ſceptrum Galliæ advolat.

1575. Henricus ex Rege Poloniæ Galliarum Rex coronatur 15. Febr. ſub quo nova auſi Novatores aliquot Urbes occupant, quos Guiſius acriter premit.

1576. Franciſcus Alenzonius è cuſtodia evadens Condæo ſe jungit, multas urbes occupat, cum fratre Rege congreſſus triumphat.

1577. Comitia celebrat Rex Henricus. Guiſius Rupellas obſidet, poſt multos tamen conatus repellitur.

1578. Turbant Regni quietem Hugonottæ & Calviniſtæ, quibuſcum invitus paciſci *Rex* cogitur.

1579. Ven. Joſephus le Tellier Pariſinus Generalis Majori Carthuſiæ præeſt, inter tot nubila Hæreſium ſanctitatis opinione clarus.

1580. Feliciores in Gallia Regni contra Novatores ſucceſſus, & pax denuo ſancita, ejus frater Franciſcus Alenzonius â Belgis Gubernator evocatur.

1581. Rex Gall. Henricus cum fratre & Novatoribus paciſcitur, illi auxiliatur, qui felices in Belgio rerum ſucceſſus habet, Dux Brabantiæ ſalutatus.

1582. Admirabili vitæ ſanctitate Gallias mirificè illuſtrat Joannes de la Barriere Fulienſium meritiſſimus Inſtitutor & Abbas.

A C.

1583. Franciſcus Alenzonius Donkerkam aliaque loca occupat, Antuerpiæ ſupremum adit periculum, â civibus repulſus cum jam Urbem occupaſſet.

1584. Idem Franciſcus Alenzonius Regis Galliarum frater, deſignatus Belgicarum provinciarum Princeps, contra Philippum Regem, moritur.

1585. Concilium Remenſe celebratur. Recens inſtitutus S. Spiritus Ordo effloreſcit.

1586. Godefridus de Billy ex monacho S. Dionyſij Laudunenſis Epiſcopus, ejuſque frater Jacobus Abbás S. Michaelis, interpres operum S. Gregorij Nazianzeni ut & multi alij eruditione clariſſimi effulgent.

1587. Henricus Rex Navarræus pacem Galliarum turbat, obnitentemque Ducem Joieuſium cum 12. millibus profligat, verum Henricus Guiſius auxiliarem Navarræi exercitum è Germania occurrentem triumphat.

1588. Invidorum ſcelere, immerito delatus & ſuſpectus Regi redditus Guiſius cum fratre Cardinale interficitur, magnis dein malis Regnum fatigantibus.

1589. Fervente tumultibus Gallia, Henricus Rex â ſubornato porrigente litteras cultello transfeſſus altera die moritur.

1590. Henricus IV. Gall. Rex ſalutatus, inſigni contra confæderatos Victoria apud Urbem Druidum potitur, â Pariſijs retrahitur dum Parmenſis confæderatis adeſſet.

Mora-

A. C.

1591. Moratur nonnihil fortunam Henrici IV. Parmenſis, Auraico interim P. plurima loca occupante per Belgium. Ladigierius Sabaudum profligat.

1592. Gilbertus Genebrardus Mauſacenſis Monachus eruditorum Phœbus, creatur pro meritis Aquenſis Archiepiſc.

1593. Henricus IV. apertè Catholicum ſe profitetur & Hæreſim ejurat, contra quem fruſtra confœderati novum creare Regem moliuntur.

1594. Henricus IV. Carnuti ſolemniſſimè ſacro oleo inungitur, fœderatis paulo poſt ſeſe eidem dedentibus, quem cum Alumnus quidam occidere tentaret innocentiſſimi Societ. Patres in ſuſpicionem tracti, Regno excedere juſſi ſunt.

1595. Bellum Hiſpano indicit Henricus idque in Burgundia & Picardia feliciter aggreditur. Genebrardus totus eſt in evertendis ſectariorum dogmatibus.

1596. Gallus hoc anno Feram munitiſſimam urbem recipit & Atrebatem, ſed agrum vaſtat. Albertus Archidux Calitium expugnat.

1597. Extinguitur lucidiſſimum Galliarum ſydus Genebrardus, de quo Rob. Claudius.

Abſtulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Conticuit ſacræ triſtis facundia linguæ.

Ambianum ſtratagemate ab Hiſpan. captum, iiſdem eodem anno ab Henrico IV. eripitur.

‡I 2 Memo-

A. C.

1598. Memorabili totius orbis Chriſtiani plauſu duo potentiſſimi Reges Gallus & Hiſpanus reconciliantur.

1599. Rebus Regni intendit Henricus IV. multa reformat, magna molitur, ab ingenio & præclarè geſtis Magni nomen haud immerito conſecutus.

1600. Immortale Regni Gallici decus Beat. mem. Joannes Barrerius Fulienſium meritiſſimus Inſtitutor ad immortalium præmia rapitur, cum Gallias viris Sanctis impleſſet, quos nemo non admirando intueretur.

1601. Naſcitur Ludovicus XIII. Galliarum Rex, Henrici IV. filius, cujus dextræ gladij capulum inſerens pater, precatus eſt, ut eo olim ad DEI gloriam uteretur. Colliſus cum Sabaudo idem, ipſi reconciliatur.

1602. Philippus Emmanuel Mercurij Dux Gallus heros invictiſſimus dum ex Ungaria in patriam revertitur, religioſiſſimè ut vixit ſic obijt.

1603. Miranda ſanctitatis exempla Galliæ præbent, plurimoſq; Sectariorum Eccleſiæ gremio lucrantur Patres Fulienſes.

1604. Inter lectiores Galliæ viros claret Joannes Garnier ex Monacho Benedictino Aremarenſi, Magalonenſis Epiſc. pro meritis electus.

1605. Comes Aluerniæ infidelitatis & conſpirationis in Regem reus capitur, & ad perpetuos carceres damnatur.

Petrus

A. C.	
1606.	Petrus â S Bernardo Sanctiſſimæ Fulienſium Congregationis Generalis, ſanctitatis opinione celeber moritur.
1607.	Inſigne Galliarum ſydus Annas de Eſcars, Monachus & Abbas S. Benigni Divionenſis ſacram purpura ſummis virtutibus ornat.
1608.	Extinguitur hoc anno Alphonſus Delbene ex mon. & Abbate Altæcombæ Albienſis Epiſcopus relictis ingenij monimentis memorandus.
1609.	Contremiſcente Europa univerſa, qualem nemo Regum anteceſſorum, ingentem legit exercitum Henricus I V. quo fine, nemini unquam conſtitit.
1610.	Tantis in conatibus idem Rex interceptus multos Principes magno liberavit metu, immani ſcelere â ſicario quodam in curru geminato lethali ictu vulneratus, nec multo poſt, ſacris munitus, carne ſolvitur. Moritur Ven. Placidus Fulienſis mortis præſcius & ſuo agone præcinens.
1611.	Iterum illuſtriſſimum Galliæ ſydus occumbit. Ven. Natalis *Mars* monachus Majoris Monaſterij, qui uſque hodie benefacit patriæ, ad cujus tumulum ingens concurſus eſt ob beneficia ſanitatum.
1612.	Annas de Eſcars S. R. E. Cardinalis, ſacræ Purpuræ & patriæ ſuæ immortale ornamentum, Monachicæ vitæ ad mortem uſque obſervantiſſimus feliciter extinguitur. Reges Gall. & Hiſpan. ſorores invicem ducunt.

A. C.

1613. Tumultuatum graviter in Gallia, cum Regina ad ſummas dignitates homines exteros Hiſpanos maximè atque Italos eveheret.

1614. Ven. Joannes â S. Mauro ſecundus Fulienſium Vicarius Generalis Gallias & Italiam ſplendoribus ſanctitatis illuſtrat. Galli cum *R*egina expoſtulant ob exteros & maximè Ancreum promotum, quin & arma parant.

1615. Ludovicus XIII. ſolemni apparatu Philippi IV. ſororem ducit, inde Novatores arma corripiunt, Hiſpanorum veriti promotionem.

1616. Induciæ armorum, mox pax. Rex ſolemniſſimè Pariſios ingreditur, cujus juſſu Princeps Condæus anteſignanus Novatorum capitur.

1617. Dux de Ancre Italus, *R*egni Gall. Mareſcallus, juſſu Regis occiſus è ſepulchro erutus, miſerè laceratur, & tandem crematur. Inde magna *R*egni conſequuta tranquillitas.

1618. Summo Regni bono Patribus Societ. denuo Scholæ creditæ. Sanctitatis fama latè innoteſcit B. Margarita de Arbous, & fit Abbatiſſa Vallis Gratiæ. Moritur Ven. Antonia de Orleans Inſtitutrix Congregat. de Monte Calvario.

1619. Mater *R*egis ægrius ferens filium, dein majorennem ſolum imperare, â Principibus minùs ſorte ſua contentis contra *R*egem con-

A. C.

concitatur, hic adverſum rebelles movet, multaque loca expugnat.

1620. Reconciliatur facile matri Rex mitiſſimus, ejuſque in gratiam etiam belli authoribus indulget. Moritur V. Joan. â S Hieronymo miraculis clarus.

1621. Bituricenſes muri juſſu Regis diruuntur. B. Margarita Cænobium Pariſios transfert, juxta Tridentinum, Magna Ord. Reformatrix.

1622. Inter ſydera Galliæ poſtrema ætate noſtra Gallias mirè illuſtrat Gabriel â Giffordt ex monacho Benedictino Archiepiſcopus Remenſis Par Franciæ vir Apoſtolico Zelo & meritis inſignis. Dux de Roan Regi ſupplex in gratiam recipitur.

1623. Extinguitur mirabile ſanctioris vitæ exemplar V. Deſiderius â Curia Congregationum SS. Vitoni, Hidulphi, & Mauri inſtitutor, ſed & Beatæ mem. Guilelmus â S. Alexio Fulienſis ad coronam vocatur.

1624. Pergunt obſcuriſſima illuſtrare tempora, multi egregia ſanctitate viri V. Franciſcus â S. Magdalena, Wilhelm. â Sanct. Genovena, Dionyſius Argentier Abb. Cl. Vallis multique alij ex Ord. Monaſtico.

1625. Conjuratio gravis contra Regem detegitur & punitur, Genuenſes â Ladigiario premuntur. Subiſius cum claſſe profligatur.

A. C.

1626. B. Margarita d' Arbous Vallis Gratiæ Abbatiſſa, æternum Galliarum ornamentum, meritiſſima Ord. Reformatrix cælo recipitur in vita & poſt mortem miraculis illuſtriſſima, Virgo planè admiranda.

1627. Colliſus cum Anglo Gallus, ex quo haud minimum detrimenti ob mercaturæ impedimenta, Regnum patitur. Moritur V. Joan. à S. Dionyſio, mirus contempto ſæculi omniumq; deliciarum.

1628. Induciæ primum Gallum inter Anglumque, donec etiam rerum compoſitio ſequeretur. V. Bernardus Aureæ Vallis Abbas verè aureus Epiſcopalium infularum contemptor egregius, ſanctiſſimè defungitur.

1629. Pro Niverſio nihil non tentat Rex, Cæſare illum tanquam Gallo obnoxium adverſante, & Mantuano Ducatu dejectum volente.

1630. Mantua capta & miſerè vaſtata à Cæſarianis Rex Galliarum graviter queritur. Sabaudos premit, & Hiſpanos prope Carignanum cædit.

1631. Magna adverſum Regem conjuratio detecta & oppreſſa, mira rerum mutatione conſequente.

1632. Multi ſumma ſanctitatis opinione clari, è Congregationibus Fulienſi, Ciſtercienſi & S. Mauri exſplendeſcunt. Placet hic metas ponere, quod pleraque in oculis ſuperſtitum geſta ſint, ne plus ſcire videamur

A. C.

deamur oculatis verum teſtibus, & conſcijs omnium Conciliorum. Hoc unum adjungimus, quod oculatorum fide teſtium, eorumdemque & ſummæ eruditionis laude, & perfectionis opinione celebrium aſſertione habemus, rem Monaſticam in Gallijs, hoc perditiſſimo cæteroquin tempore, ita eſſe conſtitutam, ut neque ipſiuſmet Magni Monachorum Patriarchæ Benedicti, ejuſdemque lectiſſimi diſcipuli & conſanguinei S. Mauri ætate, primævo inquam vigore & flore viguerit ſeu floruerint magis, ſanctitate non minus quam eruditione, & virorum cùm genere Illuſtriſſimorum, tùm meritis celebrium multitudine, quod plurimum facere videtur ad Regni longe ampliſſimi ſplendorem & commendationem.

DEVS Benedictus!

RERUM
ANGLICARUM SUCCINCTISSIMA CHRONOLOGIA,

In qua brevi compendio & Anglicæ & Scoticæ gentis memoranda deſcribuntur

Opera & ſtudio

R.P.F. GABRIELIS BUCELINI,
Aſcetæ Theologi Imperialis Monaſterij Weingarttenſis, Prioris S. Joannis in Veldtkirch.

Cum facultate & Privilegio Superiorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus viduæ JOANNIS GÖRLINI.

ANNO M DC LXIV.

REVERENDISSIMO PRÆNOBILI
& Ampliſſimo Præſuli ac
Domino Domino

GEORGIO,

Illuſtriſſimi Beatiſſimæ Virginis & S.
Gregorij, vulgo Scotorum, In Urbe
Vienenſi Cænobij Abbati Digniſſimo, Sacræ
Cæſ. Majeſt. Conſiliario &c. Domino
Domino meo obſervan-
diſſimo.

PRoſuga nunc venit ab Anglis Scotisq́, Anglia & Scotia, Veteres in Germania ſedes quærens. Et quorſum potius, quam ad facilè Princeps Scotorum in Germania diverterent Monaſterium? hoſpita Divi BENEDICTI tecta, Proto-Apoſtoli ſui Gregorij Batrocinia, Georgij ſubſidia rogatura, quæ non uno ab dracone, ſed Lernis multorum capitum innumeris affligerentur, poſtquam incolæ prima primævi Apoſtolatus ſigna dejecerant, devicta Gentilitatis Treophæa ſubruerant, patefacto monſtris omnibus aditu, ſolis excluſis, quibus & ſpes & ſalus Regni debebatur. Perdidit in ſeipſa, ipſamet ſe Anglia, nusquam ſecurior quam extra ſeipſam, abſq; Fide erga DEUM & Reges facta, caput ipſa detruncans ſuum ut Lerna multorum capitum eſſet. Et verò debebantur hæ plagæ primo ſceleri, cum, quod impoſuerat Chriſtus, capiti renunciarent ſuo crederent, quod

tamen turpiſſimo ad omnem poſteritatem exemplo, ipſi detruncarunt. Et quod capitibus huc usq; ſtetit, deinceps ſtabit, Libertas tam fœda quam miſera, ſine capite eſſe contendentium? Contendunt tamen Acephali, eo miſerandi magis, quo magis valere ſe putant, ut ſine capite, ſic cerebro. Condolet hiſce nemo magis, quam qui Benedictino ſunt ſpiritu, & merito, quia quantum illi ante caſum primum Angliæ, tantum Anglia primo felicitatis exordio illis debuit. Atq; utinam adverterent, ubi primum exerraſſent. Ego profugis viam praeo, & Angliam Scotiamq; quæ prima felicitatis ſuæ deſtruxere ſigna, ad proxima adduco, & una hâc Dedicatione, infeliciſſimæ Genti apertè demonſtro, ſi Georgij lanceæ Lernas permittant, Gregorij Magni ſui Apoſtoli fidei ſe credant, Magno Benedicto reſtituant, quæ eripuerant, feliciſſimæ olim genti, omnia denuo ex animi ſententia ſucceſſura. Hac ex cauſa Hiſtoriam Angliæ & Scotiæ Tibi conſecro, & ad pulcherrimum Anglicæ Scoticæq; pietatis in Germania monimentum, Scotos Anglosq; nimium priſcis diſſimiles manuduco, Ad monaſterium Tuum ampliſſimum ſplendidiſſimumq;, ex quo facilè de cæteris quoq; Scotorum in Germania Cœnobijs ominentur, tempora illa cum ſua ætate conferant, & cauſas agnoſcant ſuæ infelicitatis. Vale Reverendiſſime & Ampliſſime Antiſtes, & adductos â me hoſpites, Benedictina charitate fove & lucrare. Veldtkirchij Rhætorum. ipſa Magni Gregorij Tui Monaſterij & Anglorum potentiſſimi Tutelaris anno 1664.

R.mæ Prænob. & Ampliſſimæ
Dnois Tuæ
Servus in Chriſto devotiſſimus
P. F. GABRIEL BUCELINUS.

Angliæ

Angliæ Scotiæq́, Compendioſa Deſcriptio.

BRitanniæ commune olim nomen, Angliam, Scotiam, Hiberniam &c. complectebatur, hodie Anglia cæterarũ omnium potita, ut poteſtate, ſic & nomine complecti cenſenda eſt. Temperatiſſimo ſitu eſt, frigore non minus hyemis, quam calore æſtatis â mediocritate laudatis. Illud gratiſſimum humanæ vitæ, nuſpiam in Europæ dies longiores breviores noctes eſſe, & has quidem nunquam ſine aliqua luce. Illud quoq; rarum, ſyluas omnes â carnivoris beſtijs immunes eſſe, & terram univerſam â ſerpentibus. Abundat frumento & vino, ſed & omnis generis neceſſariis, ovium inprimis innumerabili copia, unde â lacte, caſeo, lana, magni proventus. Inſularum maxima & præcipua eſt Albion, quo nomine Anglia & Scotia continentur, inde laus proxima Hiberniæ. Albionis major pars, quà in meridiem vergit Anglia dicitur, cujus craſſior aura eſt, nubium vero metuenda denſitas; unde nebulæ frequentes, imbres, & ventorum turbines. Terra pinguis eſt, unde frumenti tanta eſt copia, ut Angliam Cereris domicilium, ultro Orpheus appellet. Auri & argenti fodinis non caret provincia, ſtanno tamen & plumbo ditior, quæ ob præſtantiam tota Europa expetuntur, Fluviorum præcipui ſunt Tameſis, Humbrus, Trenta, Ouſa & Sabrina, mare tamen piſcium copia & præſtantia longè fluvios antecellit, oſtreorum ad miraculum

ſapidorum & concharum feraciſſimum. Urbium nobiliores ſunt: Londinum, Eboracum, Cantuaria, Briſtolia, Gloceſtria, Salopia, Vigornia, Oxonia &c. Anglia tota dividitur in Comitatus triginta novem. Ex his Northumbria olim Regio titulo inſignis fuit. Irrigatur fluvijs Tina, Coqueda, Tueda, Blitho, Alauno, & Wanſpeto. Ex urbibus præcipuæ Bervicum & New caſtle, quæ ob portum longe ſecuriſſimum & commodiſſimum celebratur. Cumbriæ Comitatus & ipſe ampliſſimus ſuos quoq; olim Reges habuit. Metallis dives eſt, atq; inprimis cupro, fluminibus irrigua varijs, ornata Urbibus & oppidis, quæ Rom. olim præſidio tenebatur. Cornubiæ Urbes præcipuę ſunt Heilſtõ, ubi ſtannũ ſignatur, Peryn, Arvvenack, Grampound, Leskerd, Strattõ, Bodman Tamerton &c. fluvij & amnes Faway, Vale Loo, Liverus, Haile, Alan & Tamara. Devonia portus commodiſſimos habet, ſtanno dives eſt, fœcunda agris & pratis cultiſſima urbibus ſplendidis, tota civilis, & amica hoſpitibus. Dermouth ob portus commoditatem frequentatur plurimum Plimmouth, etſi alijs multis, præcipuè tamen ut Franciſci Drake Equitis (qui biennio & decem menſibus totum orbem pervolauit) patria celebratur. Exonia & plurimæ aliæ urbes, & ædibus nitent & incolis. Sed & Herculis Promontorium in hâc provincia ut & multa alia inter celebriora referuntur.

Comitatus Somerſetanus præter agri & paſcuarũ commoda, adamantes gignit orientalibus ſplendore nil cedentes, modicum molliores. Civitates inſigniores. Briſtolia, Welles, Bathonia &c.

Dorceſtrienſis Comitatus Parochias ſ ęu celebriores Eccleſias habet 248. fluvios, Carrum, Limam, Trentum, Sturum, Alenum Juellum &c. Urbes, Durnium, Birtport, Limam, Ebiburnum, Weymoth, Poole, Winburn &c.

Glo-

Glocestria præcipuas Eccleſias numerat 280.
Urbs præcipua Gloceſtrium. inde Gampdena, Ciceſter The wkesburg &c.

Eboracenſis Comitatus ampliſſimus & nobiliſſimus Eboracum habet metropolim Eboracum habet, & 39. alias civitates, Eccleſias principaliores 459. fluvij & amnes majores Calderus, Danus, Arus, Werſus Nidus & Ouſa.

Lincolnienſis â metropoli dictus, Parochias & Collegiatas Eccleſias habet 630. fluvios Lud, Trenta, Idel, Dan-Wellandt, alias inter urbes Stanford, Grandam, Ancaſter, Crowland, Spalding, Boſton &c.

Norfolcia, præter mercatu inſignia oppida 625. pagos numerat, fluvijs & nemoribus, ſed & pratis & agris bene inſtructa provincia. Warwicenſis Comitatus â Metropoli dictus nobiliores Eccleſias 158. continet, urbes Leamingthon, Uchindon, Harburij, Mancheſter, Coventry, Stradfort &c.

Northantonienſis Eccleſiarum inſignium, præter minores, 326. habet, â metropoli cognominatur, inde Bracaley, Torceſter, Graſton, Daventrey, Wedon, Higkam, Welledon &c. urbes præcipuæ ſunt, fluvios habet Uſam, Avouam & Wellandum.

Cantabrigia Metropolis cognominis Comitatus, Univerſitatem habet oculum totius Angliæ, Inde urbes, Royſton, Rech, Burwell, & Ely. Eccleſiæ inſignes 163. fluvij Camus & Stuus.

Oxonienſis ab Oxonio dictus, Parochias habet 280. Urbes præter metropolim, Blaback, Burford, Minſterlovel, Withnei, Wodſtock, Banburg, Burceſter, Tama, Dorcheſter & Watlington.

Buchingam Parochias numerat 185. fluvios Tameſin, Colnum & Uſam. Urbes Marlow, Highwicha, Colbrocke, Amersheim, Crendon, Panell, Neuport &c.

Herefordienſis Comitatus parochias 176. continet, amplus elegans, dives eſt Dorius fluvius & Munovius magnam partem irrigant.

Eſſaxienſis Comitatus Parochiarum 415. lata & pinguis eſt provincia. Urbes: Camalodunum, Colcheſter, Leiton, Beamfleot, Leeg, Rochford, Angre, Raleg, Dunmow, Blaiſſy, Earles, Colne, Barcklow, Walden &c. flumina Tameſis, Ley, Chelmer, Froſchwel & Colne.

Southamtonia parochiales Eccleſias habet 253. amnes Sturum, Avonam, Teſt, & Hamble-civitates majores Wintoniam & Southanton.

Mitleſexia tantum 73 Parochias numerat, ſed inter Urbes metropolim totius Angliæ Londonium. inde Weſtmonaſterium &c.

Cantia Cantuariam metropolim habet. fluvios Tameſim, Darentum, Sturum &c.

Suthſexia claudit ſuo ambitu Parochias & Collegiatus Eccleſias 312. Sylvis & pratis amœniſſima, Urbes Ciſtecer, Arundell &c.

Anglia tota cum Scotia & Hibernia, Angelorum olim delectatio, Sanctorum habitatio, hodie fida nemini, DEO ut Regi Regi ut ſibi, ſtagnat ſanguine, vaſta jacet crudelitate, varia, & majorem partem, ut ſibi quiſq; fingit, Religione. Cui bona omnia & pacem animitus boni Omnes apprecantur.

Adumbrata obiter Angliæ facies pro aliquali eiuſdem Cognitione.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

RERUM BRITANNICARVM cùm Sacrarum, tùm profanarum SUCCINCTISSIMA CHRONOLOGIA.

AUTHORE

R. P. F. Gabriele Bucelino, Ordin. S. P. Benedicti Aſceta Presbytero Theologo, Priore S. Joannis Bapt. in Oppido Veldtkirch.

A. C. nati 1.	Naſcitur Chriſtus Orbis Servator Kimbelini Britannorum Regis anno Regni ſexto, quo ipſo tempore, ſumma, uti toto orbe, pax fuit, ſic & Britannia Cæſari tributaria, plurimum floruit.
5.	Kimbelino Regi duo naſcuntur filij, Guiderius & Arviragus.
22.	Kimbelinus Rex moritur, ſuccedit Guiderius filius, qui tributum Romanis pendere recuſat.
34.	Morte ſua gratioſiſſima liberat nos â morte æterna CHRISTUS JESUS

A. C.	
	Servator noſter, anno Guiderij Regis Britanniæ duodecimo.
41.	S. Jacobus Apoſtolus cognomento Major Britannias inviſit.
44.	Tiberius fruſtra tributum exigens, Britanniam bello petit, Guiderius hoſtes repellit, horum tamen fraude perimitur, Arvirago ejus fratre ſuccedente, & rem feliciter initio gerente, mox fortunâ Rom. territo, & tributum ſpondente.
45.	Arvirago Regi copulatur ſolemniter Tiberij filia.
52.	Arviragus â Romanis deficit, contra quem miſſus ab Imperatore Veſpaſianus exſcenſione prohibetur, mox alio loco exſcendens graviter atteritur, conciliat partes Arviragi Regis conjux.
55.	Mirè celebratur Arviragūs â largitate & probitate.
58.	Neronis Imperio, defectionem parantes Britannos in fide Romanorum continet Rex Arviragus.
66,	S. Petrus Apoſtolorum Princeps Britannias ſua præſentia & prædicatione dignatur. 69 Corbredus Scotis imperat.
73.	Arviragus Rex liberaliſſimus & æquiſſimus vita defungitur ſuccedente filio Mario, Principe magnæ prudentiæ. Poſt Corbredum Dardannus Scotis præeſt.
75.	Picti è Scythia adventantes Britanniæ partem occupant, quorum Regem Rodericum vincit, & interficit Rex Marius.
76.	Victis iiſdem, terram ſterilem Albaniam largitur, ſponſas Britannas ambientibus, abnuit,

A. C.

nuit, inde Hybernis copulantur, ex quibus nati, Scoti cognominati dicuntur.

78. Mario defuncto ſuccedit Coillus filius, Romæ enutritus & Senatui gratiſſimus.

87. Pictorum Scotorumq; potentia & Regnum invaleſcit.

94. Cneo Agrippa ſive Agricola, Præſide Rom. in Britannijs mortuo, multæ illic urbes â fide Rom. deficiunt.

95. Cn. Trebellius contra Britannos miſſus, urbes rebelles edomat, resq; feliciter componit.

102. Multum laborat in continendis in fide Romanorum Britannis Rex Coillus, & bene meretur.

108. Corbredus II. Scotis imperat.

115. Coillo jam ſeni Britonum Regi, magna Regni & Regis exultatione naſcitur Lucius filius.

124. Coillo Regi defuncto ſuccedit filius optimus Lucius inſigni plauſu coronatus.

128. Iterum deficiunt â Romanis Britanni, multaque eorumdem millia, aſſertis in libertatem Urbibus trucidant.

129. Miſſus ſubſidio Præſidi ab Adriano Imper. Severus, multas dat clades Britannis & accipit, donec denique rebelles domaret.

135. Britanni ſive licentia & injurijs Romanorum irritati, ſive juvenis etſi optimi Regis, lenitate abuſi, arma denuo in illos corripiunt, paulo poſt conſopiti.

149. Picti & Scoti multas per Britannias urbes Romanis eripiunt multaque eorumdem

A. C.

millia trucidant. Poſt Corbredum II. Luctacus Scotiæ Regem agit.

150. Effervеſcit Bellum Britannicum, Scotorum, Pictorum, Anglorum, Romanorum, varia fortuna, multo ſanguine, acriter dimicantium.

152. Pax deniq; Britanniæ, rebus cùm induſtria, tùm armis Romanorum compoſita, redditur.

156. Lucium Britanniæ Regem, ipſummet hoc anno Romam profectum nonnulli volunt, ut rebus Regni conſuleret, ſive ut Chriſti legem edoceretur. Alij melius differendum cenſent.

166. Angli denuo contra Romanos inſurgunt cum Pictis Scotiſque ſociati.

170. Lucius Rex Martyrum conſtantiam & triumphos miratur, fidem Chriſti ejuſque ſectatores magni facit.

174. Mogaldus Scotici Regni Sceptra tenet.

177. Romam mittit, qui in Chriſtianorum vitam ſolertius inquirerent.

182. S. Eleutherio Romano Pontifici innoteſcit, qui ipſum litteris interpellat. Apud Scotos Gonerus Rex imperat.

185. Idem Rex prædicatores ab Eleutherio petit, Faganum & Deruvianum ſibi miſſos, excipit, audit, convertitur & baptizatur.

186. Præfati viri Apoſtolici Romam reverſi, relationem rei benè geſtæ. Pontifici faciũt, pluresque in meſſem agri Dominici inde abducunt.

187. Dividitur in varios Epiſcopatus Anglia, fides

A. C.

fides latè diſſeminatur.

190. S.Lucius Rex delubra varia Numini ſacrat, fidem latè propagat, neque multo poſt, terrenorum faſtidio Regnum deſerit, Germaniæ immigrat, Auguſto Vindelicorum Chriſtum prædicat, qui etſi decennio maturius urbis illius Annales, & ex his alij referant, efficere tamen tanta tantillo tempore in Anglia non potuit, qualia diverſæ illius Regni Eccleſiæ deprædicant, ipſum Fundatorem agnoſcentes.

192. Sub hunc primum annum ſuperiori immigraſſe Rhætiæ, ejuſque egiſſe Apoſtolum & Epiſcopum vero ſimile videtur, etſi de mortis anno, fieri non poſſe credamus, ut certi quid ſtatuatur.

195. Pertinacis Imp. morte audita Britannicus exercitus Regni præſidem Clodium Albinum Cæſarem ſalutat, ex quo tempore multa denuo inquies Regno oborta. Conerus Scotorum Regem agit.

198. Albinus firmata & præſidio Britannia, grandi cum exercitu Gallijs immigrat & firmiora quævis loca expugnat.

199. Idem cum Severo congreſſus, memorabili victoria ejus exercitum profligat, & in fugam agit. Verum Læto ſuperveniente converſus Severus, Albinum triumphat, captumque interficit.

200. Diverſis ſtudijs jactata & lacerata Britannia Severum denique coacta agnoſcit. Apud Scotos Ethodius Rex imperat.

201. Nunc primum Angliæ Scriptores S. Lu-

A. C.

glis Hiſtoria Britannica tradatur.

220. Dunaldus I. Scotici Regni ſceptra tenet.

230. Britanniam Imperatores Romani, per Duces exercitus gubernant, Regum ſucceſſione pridem extincta.

245. Ethodius II. poſtDunaldum ScotorumRex ægrè honorem contra Romanos tuetur.

250. Hacon Suecorum Dux magno cum exercitu Britanniam invadit,cui Romani fruſtra ſeſe opponunt.

251. Britannia, Scotia, Hibernia ab Hacone miſerè tractantur expugnatis urbibus, præſidijs cæſis, infinita hominum multitudinè extincta.

253. Athirco & poſt ipſum Nathalocus Scotiæ Reges, rerum pro virili contra Suecos ſatagunt.

255. Lues contagioſa haud mediocriter Angliã, Scotiam & Hiberniam evacuat, cæteroquin bellis exhauſtas.

262. Sub hoc ferè tempus Findocus ad Regnum Scotorum evehitur.

264. Gallis denuo in Romanos inſurgentibus, varijsque deficientibus ægrè in officio Britanni continentur.

273. Conſtantium inBritannias mittit Aurelianus Imperator, & in obſequio eoſdem potenter retinet.

275. Conſtantio naſcitur filius Conſtantinus, qui dein â rebus geſtis Magnus eſt cognominatus.

276. Apud Scotos Donaldus eo nomine Secundus imperat.

A. C.

280. Iterum turbatæ Britannorum Res, Bonoſo & Proculo Tyrannidem tota ferè Europa invadentibus.

286. Nunc primum Carauſiū infimæ gentis hominem, Rom. ſe commendaſſe nonnulli volunt, & Præſid. Britanniæ impoſitum.

287. Carauſius movere in pyratas ſimulans, ipſe Pyraticam exercet, promittenſque ſe liberaturum â Tyrannide Romana Britannos ſi Rex eligeretur, mox coronatur, & 9. annis imperat.

290. Auxiliaribus Hollandis Carauſius contra Romanos rem acriter agit, multas expugnat urbes, præſidiarios interficit.

291. Contra Carauſium miſſus Conſtant. Chlorus, varia fortuna præliatur, Carauſio plura loca occupante.

292. Miſſus in Britanniam Alectus â Senatu rem fortiter contra Arauſium agit.

293. Fervet bello Britannia, Alecto nullum non lapidem movente.

294. Conſtantius felici ſucceſſu plurimas recuperat urbes, & Caurafio multa millia profligat.

295. Alectus & Conſtantius acriter proſequuntur bellum, Britannis coronatum â ſe Regem ægrè deſerentibus.

297. Hoc tandem anno Carauſius cum Alecto ſupremo conflictu congreſſus cum viginti millibus profligatur, Alecto Regnum ſibi arrogante.

300 Aſclepiodorus contra Alectum mittitur, multaque loca occupans Britannorum multa millia cædit.

Sub

A. C.

301. Sub hoc ferè tempus, poſt Donaldum tertium, qui ſecundò proximè ſucceſſit Crathilintus in Scotia regnat.

302. Conſtantius rem Romanam in Britannia inſigniter promovet, multa millia Britonum, non ſine ſuorũ ſanguine, profligat.

303. S. Amphibalus presbyter Chriſtum in Britannijs prędicat, & S. Albanum convertit.

304. Abdicantibus Imper. Diocletiano & Maximiano Collegæ ſuccedunt, Conſtantius Chlorus Britannorum victor, & Galerius.

305. Incrementa non modica capit fides Chriſtiana Conſtantij Imp. optimi exemplo, etiam in Britan. & S. Albano cooperante.

306. Conſtantio Imp. mortuo, ſuccedit Conſtantinus M. ejuſdem filius, qui patriæ Britanniæ omni modo conſultum cupit.

312. Profligat Maxentium Conſtantinus Imp. ſub auſpicijs Dominicæ Crucis, Chriſtiq; amplexus fidem, eam latè propagat.

316. Reſtaurant dirutas paſſim Eccleſias Britanni, dum Chriſtiani è cavernis terræ in apertum erumpunt.

317. Accitos Romam è Britannia, Marium, Leolinum & Trahernium avunculos, inter Senatores Rom. cooptat.

318. Miſſus ſub hoc tempus contra Octavium Tyrannidem Britanniæ invadentem Trahernius, pulſo Tyranno Regnum occupat.

319. Occiſo ex inſidijs Trahernio Octavius denuo Regnum invadit, eoque quietè aliquamdiu potitur.

320. Apud Scotos poſt Crathilintum Fincor-

A. C.

machus rerum potitur.

321. Salutiferæ Conſtantini leges etiam Britanniæ inferuntur, & Chriſtianæ Religioni conſulitur.

325. S. Helena Conſtantini mater Cœli Britanniæ Regis filia in Orientem navigat S. Crucis quærendæ ſtudio concitata.

326. Eadem Sanctiſſima Regina & Imperatrix profundè defoſſam S. Crucem cum clavis & titulo Crucis reperit.

330. Ingens Britonum gloria terris decedit, cælis immigrat ſanctiſſima Regina & Imperatrix Helena, alijs anno 327.

331. Conſtantinus Imp. Sanctæ matris ſuæ Helenæ honori & nomini Drepanum Bithyniæ reſtaurat, & Helenopolim appellat.

333. Præcipuis Romanorum Novæ Romæ in Oriente immigrantibus, Occidentis nutat Imperium, Britannis deinceps Romanos aſpernantibus.

337. Vita excedit Sanctus Imperator Conſtantinus, quo extincto diſſimiles patris filij, factionibus contendunt, Octavio Britanniæ Tyranno res ſuas adverſum Romanos firmante.

340. Romachus poſt Fincormachum Scotorum ſceptra gerit.

343. Conſtans Imperator profligato Conſtantino fratre, miſſo in Britanniam exercitu, quæ in fide remanſerant fratris Urbes occupat, Octavio ſeſe continente donec exercitus revocaretur.

345. Cogitur repetere ſuos è Britannia Conſtans, dum

A. C.

dum â Galliarum Rege, Conſtantini confœderato bello impetitur.

346. Fatigati ijdem mutuis cædibus inducias paciſcuntur, Conſtante deinceps cum fratre Conſtantio gravius colliſo, & â proſequendis Britanniæ rebus impedito.

351. Poſt Romachum Anguſianus Scotis imperat.

358. Multis adverſum Conſtantium Imp. inſurgentibus, & ab eodem deſciſcentibus, Britanni rem ſuã curãt, & pace fruuntur.

363. Anguſiano Regi apud Scotos Fethelmachus ſuccedit.

370. Saxones, Picti atque Scoti Angliam incurſionibus mirè exagitant, vaſtant, & longa pace partos theſauros expilant.

372. Theodoſius Valentiniani Imp. Archiſtrategus, contra Saxones & Scotos in Britanniam miſſus, multa millia profligat, inſulamque paci reddit.

375. Decrepitus nunc tandem Octavius Rex Britonũ, unica ſuperſtite filia defungitur.

379. Britanni Maximiano, Senatori Romano, filiam Octavij, Regni hæredem offerunt, qui mox occurrens, Conanum Octavij nepotem cum exercitu congreſſum profligat, cum ipſo deinceps reconciliatus.

380. *M*aximianus idem, Leolini (qui Conſtantini M. erat avunculus) filius in Britannia natus, magno plauſu Rex ſalutatur.

382. Eugenius Fethelmachi ſucceſſor Scotorum Rex, varijs per *R*omanos prælijs exercetur, donec & Regno demum ac vita exueretur.

A. C.	
383.	Maximianus *R*ex Britonum viribus atque opibus auctus, AremoricamGalliam occupat, eamq; Conano conſignat.
384.	Idem Maximianus, aliàs Maximus dictus colonia ex Britannia inAremoricam ducta, ipſam deinceps MinoremBritanniam dici voluit.
385.	Arma ulterius in Imp. promovet Tyrannus Maximus, & Gallias latè vaſtat, robuſtiſſimum quemvis è Britannia evocat.
386.	Conanus Armoricæ Rex âDionotoCornubiæ Rege, novis colonis conjuges petit, miſſa 11000. cum S. Urſula, quæ peregrinationem *R*omam uſque ſuſcipiunt. S. Martinus Turon. Max. interitum prædicit.
387.	S. Urſula cum 11000. Virg. in WannijHunnorum Regis & Melgæ Ducis Pictorum manus incidens, Martyrio coronatur.
388.	Bis victus â Theodoſio Maximus, occiditur. Britannia mirè fatigatur.
389.	Britones, qui inAremoricum, metu hoſtium confugerant, juſſu Theod. patriã repetũt.
390.	In Hibernia multi egregia ſanctitate viri, S. Cellocus, S. Beanus, S. Finlugus, S. Lactin. & plurimi alij inſulam illuſtrant.
394.	S. Patric. Scotus cum ſuis ſororibus, vendit⁹, in Hiberniam tranſportatur, quo ipſo tempore Sedulius floruiſſe memoratur.
397.	Arcadio & Honorio imperantibus, dum â varijs Tyrannis vexatur Imperium, Scoti & Picti moleſtiores Angliæ incumbunt.
400.	S. Kieran. Sagirenſis magnum Britanniæ & Hiberniæ ſydus ſub hoc tempus Romæ verſatur & Epiſcopus ordinatur.

A. C.

402. Idem reverſus Sagirenſe fundat Monaſterium,quo anno S.Sezinus naſcitur.

405. Ferguſius Erthi filius, Fincormachi pronepos, exul aliquamdiu cum patre in Dania, Alarico Gotthorum Regi bello Italico inſigniter ſe probat.

408. S. Patricius multo tempore Romæ verſatus egregia vitæ ſanctitate Romano Pontifici ſe commendat.

410. Romam expugnat atq; expilat Rex Alaricus, cui ſtrenuam navat operam Ferguſius.

411. Extincto repente Alarico,Ferguſius magnis cum theſauris in Daniam revertitur.

413. Fama ab egregijs facinor. innoteſcens gentilibus ſuis Scotis & Pictis Ferguſius, ad capeſſendam coronam invitatur.

414. Uſus fortuna Ferguſius,dum Angliam totã ſpe devorat,vim parat atq; exercet, juſſu Honorij Imperatoris reprimitur.

416. Hæreſiarcha Pelagius,virorum Sanctor. jaculis undique appetitus in Britanniam ſe confert,ſuumq; virus diſſeminat.

418. Pergit in Britannia multos ſuæ ſectæ adjungere Pelagius, contra quem acriter ſcriptis pugnat S.Auguſtinus.

420. Varia fortuna cum Romanis dimicat Scotorum Rex Ferguſius.

421. Concilio Carthaginenſi impius Pelagius, ejuſq; dogmatum ſectatores Britones alijque damnantur. Vexati â Scotis Britanni & Picti, Romanorum implorant auxiliũ.

422. Auxiliar. Roman. copiæ Scotor. compeſcunt inſolentiam & Britanniam magno metu & malo liberant.

A. C.

424. Vix reverſis Romam, qui ſubſidio Britannis venerant, Scoti Picti, & Dani majoribus odijs Britanniam vaſtant.

426. Luit miſerè Britannia dum præter gentilium errores, Pelagianiſmus latius ſerpit, Scotis Pictiſq; armis omnia vaſtantibus.

429. Implorant denuo Romanorum opem Britanni, qui miſſis auxiliaribus rem fortiter agunt.

430. Ferguſius Scotorum Rex hoc & ſuperiore anno cum Romanis varia fortuna manus conferens, nunc deniq; in acie cæſus occubuit.

431. Eugenius ſive Evenus Ferguſio patri ſuccedit cujus primo Regni anno, S. Palladius cum ſocijs à Cæleſtino Papa in Scotiam mittitur.

432. S. Patricius ab eodem Papa in Hyberniam mittitur, Apoſtolico Zelo, multos quam primum etiam Regiæ familiæ Chriſto lucratus.

433. Scotis certatim nomen Chriſto dantibus, ordinatur primus eorumdem Epiſcopus S. Palladius Jam etiam Pelagianus, Pelagij ſectam propagat.

434. Romanis in Italiam ſe recipientibus, Scoti denuo cum Pictis & Dacis Britanniam invadunt, Britonibus fruſtra opem Rom. flagitantibus.

435. Guithelinus Londinenſis Archiepiſcopus, auxilia à Rege Aremoricæ impetrat, & hujus fratrem Conſtantinum adducens Regem creari curat.

436. Deſtituti auxilio Romanorum Britanni ex hoc

A. C.

hoc tempore Romanis tributum dare recuſarunt.

438. Invaleſcunt in Britannia Scoti, & paulatim Regnum illud ſubjugunt.

440. In Hybernia plurima ſtruuntur Cænobia & Chriſti fides â monachis latè propagatur.

445. Conſtantinus Britonum Rex in venatione â miniſtro nefariè mactatur, poſt quem filius ejus Conſtans è Monaſterio ad Regnum extrahitur, paulo poſt tamen artibus & ſcelere Vortigerni occiditur, & hic parricida ſubſtituitur.

446. Optimo conſilio Catholicorum cum nimium Pelagianiſmus invaleſceret, ope Gallorum implorata SS. Germanus Altiſiodorenſis, & Lupus Trecenſis confirmandis fidelibus ſubmittuntur

448. Scotis denuo Britannos grandi exercitu opprimentibus, illis Ducem ſe præbet Sanct. Germanus, & Alleluja præcinens, univerſis conclamantibus, tanto terrore hoſtes concutit, & effuſiſſimi profugerent.

449. Reverſis in Galliam viris Apoſtolicis dum Scoti reverſi Britanniam vexant, impius Rex Vortigernus Saxonum opem implorat.

450. Idem Rex ope Saxonum Victoriam refert, metuque ſubſtituendi in Regnum Legitimi hæredis, plures Saxones evocat, & gentilem Hengiſti Saxonis filiam, ducit, inde ab Epiſcopis excommunicatus.

451. Sub hoc ferè tempus S. Fingar Regis Hiberniæ filius, cum 7. Epiſc, & 770, concivibus

A. C.	
	vibus in Scotiam trajiciens, illic martyrio coronatur.
452.	S. Darercha vidua S. Patricij ſoror cum filijs 17 mira ſanctitate Hiberniam illuſtris, his omnibus ad Epiſcopatum ſive Presbyteratum evectis.
453.	Hengiſtus Saxo perſuaſo Rege, trecentis navibus, multa iterum Saxonum gentilium millia Britanniæ inducit.
454.	Vortimerus filius contra Patrem in ſolium elevatur Vortigernus ejicitur, ille inſigni victoria potitur, deſtructaſque Eccleſias reſtaurat.
455.	Ardmacha à S. Patricio extructa, Metropolitana Regni ſedes conſtituitur. Vortimer⁹ Rex inſigni de hoſtibus Victoria potitur.
456.	Hengiſtus Cantiæ Rex poſt Horſum fratrē, quem in acie Vortimerus occiderat, conſtituitur. qui ter uno anno congreſſus à Vortimero profligatur, ſed & claſſe victus in Saxoniam ſe recipit.
457.	S. Patricius cognomento ſenior, ex Roſdelenſi Epiſcopo, primus Ardmachanus Archipræſul felici morte defungitur.
458.	S. Caſſanus Abbas S. Patricij diſcipulus, poſtea Epiſcopus, Scholas publicas inſtituit, & ipſe agit Profeſſorem.
460.	Vortimerus Rex Britonum, flos juvenum, ſpes patriæ, ſcelere novercæ veneno tollitur, quo ipſo anno Eugenius quoq; Scotię Rex moritur, cum magnam prius Britanniæ partem ſibi feciſſet vectigalem.
461.	Hengiſtus à Vortingerno Regnum denuo invadente evocatus, cum majorem adduxiſſet

duxiſſet

A. C.

duxiſſet exercitum, ſub ſpecie juvandæ Britanniæ, incautos perfidè oppreſſit. In Hibern. multi egregia florent ſanctitate.

462. Saxones Vortigerno Regi capto mortem minantur, niſi nobiliſſimas quaſcunque civitates ipſis traderet.

463. Rerum potiti Saxones immaniter in Eccleſias, ſacros viros & Catholicos graſſantur. Dongardus Scotiæ rex fidem propagat.

464. Catholici opem Armoricorum implorant, & Regis Conſtantini filios evocant, è quibus Aurelium, contra Vortigernum regem conſtituunt.

466. Aurelius Patris necem ulciſcitur, & impium Vortigernum in turri quadam obſeſſum, accenſo circum igne vivum cum ſuis exurit.

467. S. Erenata Darij Principis filia, & multi Sancti clarent in Hibernia.

468. Aurelius rex deſtructas â Saxonibus reparat Eccleſias, mira ſe liberalitate & probitate commendat.

470. Conſtantinus apud Scotos imperat, diſſimillimus fratrum Eugenij & Dongardi, in luxum & luxuriam ſolutus.

471. Hiberniam magnis meritis demerentur SS. Trianus & Mukinus diſcipuli S. Patricij.

473. Aurelius rex cum Hengiſto congreſſus acerrimè, dimicavit tanta utrinque ſanguinis profuſione, ut multis dein annis mutuo armis laceſſere præſumerent.

S. Pa-

A. C.

475. S. Patricius Junior, Hiberniæ dictus Apoſtolus magnis virtutibus & meritis emicat.

479. Conſtantinus Scotiæ Rex, dum Regni omnia negligit, â Pictis alijsque vexatus hoſtibus, munitiſſima loca ijſdem cedit.

480. Aurelius Rex ſtabiliundæ rei Chriſtianæ intentus, multis modis de regno præclarè meretur.

481. Apud Hibernos celebre nomen eſt S. Olcani Epiſcopi, ſanctitate & eruditione clariſſimi.

482. Conſtantinus Scotorum rex, nocte quadam ab Hebridione viro nobili, ob raptum filiæ ſtrangulatur, ſuccedit Congallus Dongardi optimi regis filius. Moritur S. Hierlatius Archiepiſc. Ardmach.

484. In Hibernia celebriores inter viros Sancti duo Aidus ſenior & junior, inter fœminas, SS. Atracta Abbatiſſa & Cinnia Eochodij Principis filia eluceſcunt.

487. Memorabilem de Engiſto victoriam rex Aurelius retulit, & grandi clade profligatum in fugam coëgit.

488. Proſequutus victoriam Aurelius, ut DEO gratias referret, profanatas paſſim â Saxonibus Eccleſias hoſtium ſpolijs ditavit.

489. Idem rex cum Hengiſto denuo congreſſus, feliciſſimè ejus exercitum fudit, ipſum cepit & decapitari præcepit.

490. Aurelius progreſſus contra Octam Hengiſti filium, ſupplici ignoſcit & alias ſedes verſus

A. C.

491. M

492. Sa

493. Mc

494. Ite

496. Pa

497. A

498. O

499. U

500. D

A. C.

verſus Scotiam aſſignans, cum ipſo fœdus init.

491. Memorabili felicitate Regnorum & patris, S. Canocus Brechiniæ Princeps, cum 23. fratribus & ſororibus, inter Divos annumeratis in Hibernia & Britannia claret.

492. Saxones nec quidquam reſiſtentibus Britannis Sutſexe, regionem quæ Auſtralium Saxonum deinceps dicta eſt, occupant.

493. Moritur alter & mirificus omnino Patricius, Moyſi in multis comparatus, Britanniæ, Scotiæ & Hiberniæ Apoſtolus.

494. Iterum nova hoſtium colonia Britanniæ immigrat Cardicus Saxo, qui partem quæ occidentalium dein Saxonum dicta occupavit.

496. Paſcentius Vortigerni Tyranni filius contra Aurelium Regem arma movet, ſed ab hoc glorioſè profligatur.

497. Aurelius Regum optimus artibus Paſcentij veneno tollitur, pro quo frater Uther imperat, & Paſcentium ejuſque auxiliarem Gillomannium Hiberniæ Regem triumphat, & interficit.

498. Octa Hengiſti filius Aurelio mortuo pactis ſolutum ſe credens, dum bellum novo Regi movet, vincitur & capitur.

499. Uther ſtabilitis Regni rebus, filio à Numine donatur, quem Arthurum appellari voluit, â mira dein probitate celebratur.

500. Dongellus Scotiæ Rex, Regis Britanniæ

amicus,

A. C.

amicus, Britones omni modo juvat, multaque adverſum Saxones molitur.

501. S. Patricius cognomento junior, Patricij Magni ex fratre nepos, qui & patrui acta conſcripſit, celebris habetur.

505. S. Libranus Abbas Prophetiæ ſpiritu illuſtratus, & plurimi alij ſanctitate clariſſimi Hiberniam ornant & juvant.

508. Cum *Rex* Uther lecto ægrè decumberet, uſi occaſione Saxones novas res movent, contra quos miſſus exercitus cæditur.

509. OctaHengiſti filius cum Eoſa cognato hucuſque captivus, cuſtodibus auro corruptis evadit in Germaniam, inde magna cum claſſe reverſus, multa Britanniæ damna intulit.

510. Uther conducto pro ſe exercitus DuceLoth viro ſtrenuiſſimo hoſtibus obniti ſtatuit, Britannis Ducis imperium negligentib'.

511. Infirmitate Regis cognita Saxones conjunctis undecunq; viribus totum ſpe regnū devorant, & immaniter graſſantur.

512. Uther Rex optimus lecticadeferri ſe in exercitu jubet, indicto Saxonibus prælio, de quibus feliciter triumphat, Octa & Eoſa in acie cæſis.

513. S. Hierlatius Tuamenſis Epiſcopus & plurimi alij per Hiberniam viri illuſtres & ſancti celebrantur.

514. Scupha & Wigharus Cerdici nepotes Britanniam occidentalem invadunt, Britonibus fruſtra obnitentibus. Moritur Saxonum in Hibernia Rex Ella, cui Ciſſa filius ſuccedit, Ciceſtriæ à ſe cognominatæ

A. C.

natæ conditor.

516. Supremus hic annus Regis Britanniæ fuit, Scelere Saxonum veneno extincti, cui in Regnum Arthurus filius 15. annos natus ſucceſſit, primo ſtatim Regni anno inſigni victoria potitus.

517. Cheldericus Saxonum 700. navium Architalaſſus in Britanniam advolat contra quem Arthurus Armoricæ Regis opem implorat, quindecim armatorum millibus ſubſidio venientibus.

518. Inſigni potitur victoria Arthurus, fugienteſque aſſequutus ſupplices habet, cogitque præda omni & opibus relictis in Germaniam reverti.

520. Cheldricus pœnitens pacti, magna cum claſſe in Angliam revertit, quo comperto Arthurus obſides occidi juſſit, hoſtibuſque occurrens cruenta admodum victoria eos debellavit, Duceſq; interemit.

521. Rurſum inſigni potitur victoria contra Scotos Pictoſque Arthurus qui Hoëlum Regem, in urbe Alclud decumbentem ex morbo, obſederant.

522. Religioſiſſimus Rex Arthurus deſolatis Eccleſijs condolens, eoſdem magno ſumptu reſtituit, & dignis paſtoribus committit.

523. Arthurus conjugem ducit, Regno conſulit, nemini non magni habitus, hoſtibus univerſis formidandus.

524. Magni Monachorum Patriarchæ Benedicti fama percrebreſcēte HiberniæPatres certatim tanti Legislatoris juſſa exambiūt, multi

A. C.

multi ad ipſum in Italiam commigrant.

525. Arthurus Rex movet contra Gillamurium Hiberniæ Regem, quem paulo poſt devictum cepit, totumque Regnum ſubegit.

526. Arthurus diſpoſitis Hiberniæ rebus, Holandiam, Guthlandiam & Orcadum inſulas ferro domans, vectigales facit.

527. Erkenvvinus primus Orientalium Saxonum Rex conſtituitur.

528. Cerdicus ejusque filius Kenricus apud Vectam inſulam cum Britannis congreſſi magnam ſtragem edunt.

530. In Hibernia S. Aidus nepos Lugadij Regis, & plurimi alij ſanctitate eximia eluceſcunt.

531. In Hibernia ſtudia litterarum in Cænobijs magno fructu effloreſcunt.

533. Cerdicus primus Occidentalium Saxonum in Britannia Rex moritur, ſuccedit filius Kenricus. Arthurus Noruegos ſubjugat.

535. S. Edwinus Northumbriæ Rex Catholicus Zelator fidei ſtrenuus Martyrio coronatur. S. Aidanus Epiſcopus fidem Anglo-Saxonibus prædicat.

536. Vetuſto Britonum calculo, Magnus Monachorum Patriarcha Benedictus hoc anno migraſſe in cælum traditur, cujus legibus dum viveret Hiberniæ Patres plurimi, paulo poſt univerſi ſe ſubmisêre.

537. Hoc & ſuperiore anno Arthurus Rex totam ferè Galliam ſubjugavit, & nunc Lucium Rom. Conſulem prope Lengrias victum in acie occidit.

Proſe-

A. C.

538. Proſequitur bellum Gallicum magna felicitate Rex Arthurus.

539. Subactis circa alpes provincijs, idem Rex, iter Romanum adornat.

540. Mordredus Arthuri nepos, per abſentiam Regis Regni relictus gubernator, Regnũ invadit, & Saxonibus conſœderatur copulata etiam Arthuri conjuge, contra quem relicta Romana expeditione Rex iter accelerat.

541. Memorabili, etſi cruentiſſima victoria Mordredum vincit Arthurus, illo cum præcipuis in acie cadente. Rex tamen lethaliter vulneratur.

542. Arthurus victor moriturus ex vulnere, regno prius conſulit Conſtantino cognato ſuo Rege renunciato, ipſe in locum alium ſe conferens, omnique modo cavens, ne mors ſua hoſtib⁹ innoteſceret.

543. Mordredi Tyranni, filij duo contra Conſtantinum inſurgunt, victi paulo poſt, & juſſu Regis trucidati.

545. Conſtantinus Rex Britonum moritur, cui Aurelius Conanus ſucceſſit, qui avunculum, ut ipſe Regno potiretur incarceravit, & duos ejuſdem filios peremit.

546. Eugenius Scotiæ Rex Anglo Saxones ſubinde bello fatigat, fideliſſimus Britonum amicus, nunquam tamen juſta acie congreditur.

547. Diermitius Rex Hiberniæ claret, quo regnante Sanctorum tanta copia Regnum floruit, ut alterum dici poſſit Firmamentum.

A. C.

548. Idas primus Northumbriæ rex ſalutatur.

550. S. Brendanus in Apoſtolica ſua expeditione & converſione Inſularum Fortunatarum deſudat.

553. S. Catanus Epiſcopus S. Patricij diſcipulus, SS. Jovinus, Talmachus, Sedonius, Ultanus, alijque magni viri Hiberniam illuminant.

556. Eugenius Scotorum rex, multa feliciter pro ſocijs gerit, & Saxones ab ulteriore progreſſu retardat.

559. Kenricus Occidentalium Saxonum rex moritur, pro quo Ceaulinus filius annis triginta imperat.

560. Ida quoque Northumbrorum primo Rege defuncto, Regnum in duo Regna, Deirorum nimirum & Berniciorum dividitur, illi Ella, huic Adda, mortui Regis filij præficiuntur.

561. S. Machutus offenſus impietate Britonum eis maledicens in Galliam ſecedit, magnis calamitatibus provinciam invadentibus, donec denuo benediceret.

562. Ingens ſanctorum Monachorum copia è Regnis Hiberniæ & Scotiæ in Gallias & Germanias commigrat, Regulamque S. Benedicti propagat.

564. Magnus ille Gilda, cognomento Badonicus, Hiberniam illuſtrat, cujus magni ingenij & ſanctitatis præclara extant monimenta.

565. Sub hunc annum ad cælos commigrat S.

Fin-

A. C.

Finnianus Abbas, pater trium millium Monachorum.

566. Magnus ille Columbanus Abbas cum diſcipulis ex Hibernia inBritanniam concedit. Æthelbertus Ermerici filius Cantiæ Rex inauguratur.

567. Adda Rege Berniciorum mortuo, pro ipſo Glappa ſufficitur.

568. Ceaulinus RexWeſt-Saxonum cumÆthelberto pugnans hunc in fugam agit. Quo ipſo anno Eugenius Rex Scotiæ deceſſit.

569. Glappa Berniciorum Regi defuncto ſuccedit Theodwaldus.

570. Huic vix annum regnanti & mortuo ſuccedit Fretheulfus.

571. Uffa Rex eſt in Eſt-Anglia rerum potitur. S. Columbanus modo in Gallias commigrat, etſi alij multò poſt factum contendant.

572. Hibernia tota fit penè Monachorum, illecta nimirum prodigioſa tot millium Sanctorum vitæ ratione.

573. Magnus ille Aquilonaris Britanniæ Apoſtolus S. Gildas cùm in Gentilium, tum Hæreticorum converſione mirè laborat.

576. Illuſtriſſimum Germaniæ ſydus deſtinat Hibernia S. Rupertum regij ſanguinis virum, monachum lectiſſimum, qui hoc anno Wormatienſium Epiſcopus creatur, & Apoſtolico zelo ſe commendat.

A. C.	
577.	Fretheulpho Berniciorum Regi mortuo ſuccedit Theodoricus.
578.	Duorum magnorum Regum morte luctuoſus annus, Congalli II Scotorum corona inſigniti, de Eccleſijs optimè meriti, & Aurelij Conani, huic apud Britones Vortiperius, illi Aidanus ſucceſſit.
579.	Sub hoc ferè tempus poſt Uffam Orientalium Anglorum Regem, â quo Reges illius provinciæ Uffingæ dicti, Titillus filius imperat.
580.	Ceaulinus Weſt-Saxonum Rex multa caſtra & loca expugnans potentiam ſuam latè exporrigit.
581.	Valedicit mortalibus Vortiperius Rex, cui Malgo ſufficitur, Heros cætera inſignis, ſed Sodomiæ ſcelere infamis, & deteſtandus.
583.	Malgo Rex bello fortiſſimus ſex comprovinciales Inſulas ſubigit.
584.	Ceaulinus Rex cum Britannis congreſſus vincitur, frater interimitur,
585.	Merciorum Regnum exoritur, & primus Rex Creodda ſalutatur.
586.	Malgoni extincto, Caretius ſufficitur, Deo inviſus & hominibus, ſub quo Regnum Britanniæ planè concidit, dein Anglia dicta.
587.	Erckenwino Orientalium Saxonum Regi morte ablato, Sledda filius in Regnum ſuccedit.
588.	Æthelfridus Berniciorum Rex ducit Accam filiam Ellæ Regis Deirorum, ex qua Ean-

A. C.

Eanfridum, Oſwaldum, Oſwinum, Oſſacum, Oſſwidum, Oſam & Offam ſuſcepit.

589. Sleddæ Orientalium Saxonum *R*egi naſcitur Sebertus, qui dein ſucceſſit.

590. Conſtantinus ex Britonum *R*ege ſanctus *M*onachus in Hibernia, inde in Britanniam reverſus Scotis & Pictis prædicat. Ciſſa Orientalium Saxonum *R*ex abſque hærede moritur, ſuccedit Ceaulinus *R*ex Occid.

591. Luxovienſe Cœnobium â S. Polumbano conditum nonnulli nunc volunt.

592. S. Columba cogn. Kille Hienſis Abbas Pictorum Scotorumque Apoſtolus, utriuſque Scotiæ Patronus moritur.

593. Illuſtrat miris ſanctitatis radijs Britanniam S. Kentigernus Eugonij III. Scotorum Regis filius, contempto Regno Monachus.

593. Extinguitur Ceaulinus Occidentalium Saxonum *R*ex, eodemque anno Ella *R*ex Deirorum, illi Crobricus, huic Eadwinus ſuccedit hic paulo poſt ab Aethelfrido in exilium exactus.

594. Wibbæ Merciorum Regi mortuo ſubſtituitur Cearlus conſanguineus.

595. S. Baithenus Abbas filius Cuanach Hiberniam mirè illuſtrat.

596. S. Auguſtinus cum 40. Monachis collegis ad converſionem Angliæ, â Magno Eccleſiæ Doctore Gregorio Papa mittitur.

597. S. Auguſtinus ex Monacho S. Benedicti primus Anglorum Epiſcopus Ædilbertum

A. C.

Regem, ac Regnũ ejus, Chriſto adjungit.

598. S. Congellus ter millium Monachorum Abbas Hiberniæ Regnum fulgoribus Sanctorum implet.

599. Reduvaldo Orientaliũ Anglorum Regi defuncto, Eorpenwaldus ſucceſſor datur.

600. S. Fintanus, cognomento Os Pſalmorum, & innumera SS Monachorum multitudo Scotiam & Hiberniam illuſtrant.

601. Aidanus Scotorum Rex, Sanctorum & maximè S. Colũbæ ope prodigioſa multas de Pictis & Saxonibus victorias meretur.

602. SS. Meldanus & Beonarus Epiſcopi, nec non Lasreanus & Murus Abbates magnis meritis Hiberniam devinciunt.

603. Æthelfredus Northumbriæ Rex, prædictione S. Auguſtini Britones vincit, quod hujus monitis obtemperare noluiſſent.

604. S. Auguſtinus Iuſtum & Mellitum Roffenſem & Londomenſem Epiſcopos conſecrat. Miſſus ab eodem Mellitus in Regnum Orientalium Saxonum, Regem Sebertum Eccleſiæ adjungit.

605. Auguſtinus & Socij Monachi in converſione Regnorum admirabili zelo, grandi labore fatigantur.

606. S. Sillanus, Magiſter cognominatus Benchorenſis cœnobij Abbas, magnis virtutibus & meritis claret.

607. Aidano mortuo ſuccedit Eugenius III. Scotorum Rex, eodemque anno Ceolrico Occid. Saxonum Regi Ceulphus.

608. Ad cœlos evolat primus Anglorum Archiepiſcop⁹ S. Auguſtinus cui B. Laurentius ſuc-

ſucceſſit, alij ſequenti anno tribuunt.

610. Extinguitur Ceulfus Occidentalium Saxonum rex, ſuccedit Kinegilſus.

611. Mellitus â Laurentio Archiepiſcopo ad Concilium Romanum mittitur, ipſe fidem latè propagat.

612. S. Molibba Epiſcopus Glendalacenſis, ejuſque fratres S S. Conganus, Mobaius & Menochus in Hibernia celebrantur.

613. S. Columbanus reges Galliarum generoſiſſimè corripit,& Apoſtolico zelo regnis conſultum cupit.Edilberto & Saberetho Regibus mortuis, ſuccedunt filij idololatræ, jactatur miſerè Anglia.

614. Detumeſcunt fluctus, ipſo Adelvaldo rege Chriſto manus dante.

615. S.Clodesvidæ Mathenſi ſponſum fugienti velamen capitis â DEO per Angelum mittitur.

616. Pergunt magna induſtria viri Apoſtolici laborare in agro Domini, multaq; millia S.R.Eccleſiæ adjungunt.

617. Congreſſi cruenta pugna AethelfridusNortumbriæ rex, & Reduvaldus Orientalium Anglorum, illi ab iſto vincitur & in acie cadit.

618. Commendat Monachorum in Anglijs ſucceſſus & Zelum Bonifacius Papa, â quibus hoc anno Edilberga Eduvini regis, Uxor convertitur.

619. Scotiæ & Hiberniæ tota Sanctorum agmina in Gallias & Germaniam advolant, & contra idololatriam & Hæreſes dimicant.

A. C.

620. S. Rupertus Juvanienſium Epiſcopus Germaniam mirè demeretur, magnus Bojorum Apoſtolus appellatus, Eugenius III. Rex Scotiæ moritur.

621. S. Laurentius Dorobernenſis Archiepiſcopus, ad laboris Apoſtolici præmia evolat, cui Mellitus ſuccedit.

622. Magnus Abbas Columbanus Regum terror & amor extinguitur.

623. Si Wardo Orientalium Saxonũ Regi defuncto ſuccedit Sigebertus filius cogn. Parvus; qui cum fratre Seberto â fide deficit.

624. Red Waldus Orientalium Anglorum Rex moritur, ſuccedit Eorpen Waldus.

625. Ead Winus Northumbriæ Rex Edelburgem Æthelberti Regis filiam exambit, cui S. Paulinus, tanquàm Angelus pacis adjungitur.

626. Ead Winus de Quichelino Occidentalium Saxonum Rege inſignem triumphum refert precibus S. Paulini Archiepiſcopi.

627. Idem Ead Winus, â Paulino Archiepiſcopo baptizatur, quem mox univerſum Regnũ imitatur, etſi initio nonnulli renuerent.

628. Lindiſſæ provinciam univerſam Chriſti adjungit idem S. Paulinus.

629. Kinigilſus Occidentalium Saxonum, & Penda Merciorum, Reges graviter confligunt, uterq; autem feſſus pugnando pacem inijt.

630. Cæleſtibus Syderibus adjungitur inſignis Anglorum Apoſt. S. Juſtus, cui, ex Monacho item, S Honori⁹ in ſede ſufficitur.

631. Ingentia nunc merita celebrantur S. Aida-

no

A. C.	
	no ex Mon. Lindisfarnenſium Epiſcopi.
632.	Eorpenwaldus Orientâlium Saxonum Rex Chriſto adjungitur. Ferchardus Rex Scotiæ Hæreſi infectus â ſuis captus ſe ipſum conficit.
633.	Edwinus ſive Eadwinus Rex cum Cadwalino Britonum Rege acri congreſſus prælio triumphat.
634.	Cadwalinus ope Salomonis Armoricę Regis, Pendam Merciorum Regem vincit, hujus autem, fidem dantis, adjutorio Eadwinum aggreſſus magna clade ipſum proſternit, & occidit.
635	Oſrico quoque Eadwini filio, qui in Regnum ſucceſſerat, occiſo, S. Oſwaldus coronatus, inſigniq; victoria exorato Numine potitur. Ipſo anno Kinigilſus *Rex* baptizatur, â S Birino converſus.
636.	Sigebertus Orientalium Saxonum *Rex* ſalutatur, qui & Chriſtianam Religionem, & litterarum ſtudia inſigniter promovit.
637.	Pergit Apoſtolicô multos ad gremium adjungere S. Birinus.
638.	S Ebba Abbatiſſa Northumbriæ Regis filia, nares & labrum abſcindit, ne â Gentilibus Cœnobium invadentibus ejus Virginitas periculum pateretur, cujus exemplum moniales imitatæ omnes trucidantur.
640.	Eadbaldus Cantiorum Rex moritur, poſt quem Ercombertus imperat, primus toto Regno idola deſtruens.
641.	Earcongotha Ercomberti Regis filia, Monaſticen in Monaſterio Brigenſi profeſſa, admirabili effulget vitæ ſanctitate.

A. C.

642. Æternum Sancti Regis exemplar S. Oſvvaldus, non Regem ſolum ſed Apoſtolum agit, quem maximi ipſe S. Aidanus Epiſc. facit.

643. Supremus hic annus Kinigilſo Regi fuit cum 32. annis regnaſſet, cui in Regnum ſucceſſit Kivvalcus filius.

644. Magnus ille Rex Oſvvaldus, Anglis, Scotis, Pictis & Britannis feliciter dominatus contra Pendam Merciorum Regem fortiter occumbit, multis dein miraculis â Numine honoratus.

645. Oſvvaldo ſuccedit frater Oſvvius, quo ipſo anno Oſvvinus Rex verè ſanctus Deirorum throno poſt patrem Oſrium, ſublimatur. Penda Kinevvalcum occident. Saxonum Regem, Regno ejicit.

646. Kinevvalcus Regnum ſuum potenter recuperat. Moritur S. Paulinus Roffenſis Epiſcopus vir verè Apoſtolicus.

647. In Hibernia admirandis meritis & vitæ ſanctitate claret S. Furſcus, & ingens Sanctorum Monachorum multitudo. Donaldus Rex Scotiæ dum piſcatur mergitur.

648. Inſigne iterum Sancti Regis exemplar Britanniam exornat. S. Oſvvinus, Princeps per omnia admirandus, Zelator honeſti egregius.

649. Sigebertus Rex Orientalium Saxonum ad fidem opera Oſvvij Regis convertitur. SS. Fiacrius & Syra Donaldi Regis Scotiæ frater & ſoror clarent.

650. Peada Pendæ Regis filius â Patre

Rex

A. C.

Rex declaratus, ducta filia Oſwij Regis, Chriſtiana ſacra amplectitur.

651. S. Oſwinus Rex proditoriè occiditur, poſt quem paulo poſt Sol Britanniæ S. Aidanus ex Monacho Lindisfernenſium Pontifex extinguitur.

652. Oſvvino ſuccedit Oidvvald⁹ Oſvvaldi Regis filius, Egricum Anglorum Orientalium Regem bello vincit Rex Penda, & in acie interimit.

653. S. Oſitha monialis Fritevvaldi Regis filia, Pendæ neptis ab irruentibus Danis Martyrio coronatur.

654. Penda Rex Annam Orientalium Saxonum Regem bello petit, ipſumque cum toto exercitu profligat, ſuccedente in Regnum Æthelberto fratre, S. Foillan Philtani Hiberniæ regis filius Martyrio coronatur.

655. Oſvvius rex voto facto, de filia ſua Numini in cucullo conſecranda memorabili victoria Pendam regem triumphat & interficit.

656. Ermenburga regina percellit Angliam exemplo contemptæ regiæ dignitatis, exorata mariti licentia, Monaſticē profeſſa.

657. Penda rex optimus feſto Paſchatis, ſcelere uxoris proditoriè occiditur ſuccedit Vulfherus filius.

658. Kinevvalcus rex Occident. Saxonum, Britonibus ſubeſſe recuſat regnumq; in libertatem aſſerit.

659. S. Finanus Lindisfarnenſ. Epiſc. converſione gentium illuſtriſſimus ſecundum Annales Hiberniæ ad cælos evocatur.

A. C.

660. S. Tomeanus Archiepiſc. Ardmachanus Hiberniæ primus poſt inſignia merita, mortalitatem exuit.

661. Vulfherus Merciorum Rex rebellantem Kiniwalcum Regem Weſt-Saxonum fugat, terramq; ejus ſpoliat; Auſtralium item Saxonum Regem Ætelwaldum ſubjugatum Chriſto lucratur.

662. Vectam inſulam â ſe armis ſubactam idem Rex Vulfherus ad fidem aggregat.

663. Conventus Strenchhalcenſis ſuper Paſchatis celebratione, quo concluſum, in hoc Romanam Eccleſiam, tanquam matrem omnium attendendam.

664. Ferchardus II. ScotorumRex vir ſceleratus, inter venandum â lupo vulneratus, longa dein tabe conſumptus, pœnitens deniq;, moritur. Extinguitur eodem anno Ercombertus Rex Cantiæ, ſuccedit Egbertus filius.

665. Ingens peſtilentia per Britanniam, cujus horrore, homines gregatim ſe in mare præcipites dedere, ut mortem adeo acerbam præverterent.

666. S. Cuthbertus ex Lindisfarnenſi Epiſcopo, Meilroſenſis Monachus, ApoſtolicoZelo multos â beſtiali vita avocat, fidem propagat.

667. Pergit latè graſſari peſtilens lues, & per Northumbriam validè graſſatur, qua etiam S. Fechinus Abbas celeberrimus in Hibernia extinguitur.

668. Magnus ille & meritiſſimus Ceadda vir Apoſtolicus fit Merciorum Epiſc.

Tho-

A. C.

669. Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis & Hadriani Abbatis opera & merito ſtudia litterarum in Anglia efflore ſcunt.

670. Oſwius Northumbriæ Rex Magnificus, ſenio confect⁹ & morbo deceſſit, pro quo Egfridus filius imperat.

671. Sebba Rex Orientalium Saxonum Regno relicto, in cucullo exſplendeſcit.

672. Kiniwalco Rege mortuo, Sexburga Uxor imperat, ſed expellitur.

673. Magno fructu Concilium Herefordiæ celebrat S Theodorus Archiepiſc.

675. Ingentibus ſe meritis commendat S. Erckenwaldus Londonienſis Epiſc.

676. Cadwalinus RexBritonum moritur, anno Regni 48. ſuccedit Cadwalla filius. Obijt eodem anno Vulſherus Rex Merciorum, ſuccedit frater ejus Æthelredus, ſed & Eaſcuvinus *R.* Occid. Saxonum extinguitur.

677. S. Wereburga Vulſheri nuper defuncti filia Monaſticen profitetur, & mira vitæ ſanctitate exſplendeſcit.

678. S. Wilfridus Eboracenſis Epiſcopus à Rege Egfrido ſede dejectus in Friſiam occurrit, & Apoſtolico labore Friſios Chriſto adjungit.

679. Cælis immigrat B. Ætheldreda Annæ Orientalium Anglorum Regis filia, Tonberti Girviorum Principis, dein Egfridi Regis uxor, Virgo tamen incorrupta, *M*onialis Coludesbergenſis. Egfridus Nortumbriæ *R*ex, & Æthelredus Merciorum acriter congrediunt.

A. C.

680. Præclarè Regnis conſulit S Theodorus Archiepiſcopus Concilio celebrato. Moritur Sanct. Hilda Abbatiſſa Regij generis gemma.

682. Kentvvinus Occid. Sax. Rex Britanniam feliciter armis infeſtat.

683. Sigherus Orient. Sax. Rex moritur, Collega ejus Sebba dein ſolo regnante.

684. Malduinus Scotorum Rex, heros egregius, Uxoris ſcelere ob ſuſpicionem pellicatus ſtrangulatur. Egfridus Rex miſſo exercitu contra Hibernos cum nec ſacris abſtineret, paulo poſt plectitur,

685. Egfridus Nortumbriæ Rex dum contra Pictos ducit exercitus â fugam ſimulantibus in anguſtias montium ſeductus cum ſuis perit, ſucceſſit in Regno ejus frater Ælfridus.

686. S Cuthbertus reſignato Pontificatu, Monaſticis ſe exercitijs ad mortem præparat & ſanctè defungitur.

687. Eadricus Rex moritur Ceadvvalla quam primum Regnum invadente. Idem hoc anno Vectam occupat, & Ethelvvaldum Auſtralium Saxonum Regem interficit, ab hujus paulo poſt Ducibus ejectus.

688. Eugenio V. Scotorum Rege mortuo, regnat Amber Keletus, Ceadvvalla ſcelerum pœnitens Regno ſe abdicat.

689. Ceadvvalla Romam profectus ibidem baptizatur, & albatus etiamnum correptus morbo, Divo Benedicto ſe devovens in cucullo moritur.

690. Ceadvvallæ in Regno Inas ſucceſſit & annis

A. C.

nis 37. præfuit. *Magnus* ille S. Theodorus Cantuar. Archiepiſc. Litterariæ rei per Angliam promotor, eodemq; anno Ælfvvaldus Orient. Angl. Rex moritur.

691. Summo Germaniæ Galliæq; emolumento S. Willebrordus multarum deinceps Gentium Apoſtolus ex Anglia in Galliam occurrit.

692. Witredus & Sivvardus Cantiæ Reges contra invaſores fortiter agunt.

693. Inas Rex occident. Saxonum contra Withredum Cantiæ Reg. magno cum exercitu movens, ab hoc pecunia avertitur.

695. Evvaldi duo fratres, Monachi è Britannia ad convertendos Germanos profecti, Apoſtolatum ſuum Martyrio conſecrant.

696. Oſtrica Regina Merciorum Æthelredi Regis vidua Egfridi Regis Northumbriæ filia, infando ſubditorum ſcelere perimitur.

697. Magnus revera German. Apoſtolus S. Willibrordus, ad Converſionem Friſiorum mittitur, & præclarè meretur.

698 Corpus S. Cuthberti incorruptum reperitur.

699. S Colmannus Abbas Lannenſis in Hibernia celeberrimus moritur, Amber Kelethus Scotiæ Rex contra Pictos movens in caſtris ſagitta perit.

700. Brithricus Northumbrorum Comes dum Egberti Regis ſui mortem ulciſci parat, compenſante vindictam Numine â Pictis occiditur.

701. S. Adamannus Abb. ſanctitate & eruditione clariſ-

A. C.

clariſſimus, magno cum merito, Hibernos ad obſervantiam Paſchatis ex more Rom. Eccleſiæ pertrahit.

702. S. Colmannus Epiſcopus Liſmorenſis potens verbo & opere ſancto fine decedit.

703. Magnorum meritorum Vir S. Benedictus Biſcopius Abbas Anglicus ad præmium æternitatis vocatur, alter Ordinis in Anglia Reſtitutor.

704. Memorabili contempti pulcherrimi Regni exemplo Edilredus Merciorum Rex, Monachum profitetur, cum 31. annis imperaſſet.

705. Ælfridus Northumbriæ Rex moritur, Kinredo ſuccedente.

706. Admirandus Britannijs non ſolum, ſed orbi Chriſtiano S. Guthlacus, Monachus Rependonienſis, magnis prodigijs effulget.

707. SS. Kineſdrida & Kineſwitha Regis Æthelredi ſorores in cucullo mirè ſe probant, & ſanctitate florent.

708. Ina Occidentalium Saxonum Rex cum Gerente Wallenſium Rege congreſſus, poſt cruentum certamen Victoriam obtinet, multa præda ditatus.

709. S. Aldelmus Schireburnenſis ex Abbate Epiſcopus, de Britannia optimè meritus, quam â gravi vendicarat Schiſmate, extinguitur.

710. Kinredus Merciorum Rex optimus Monaſticen profitetur, ſuccedit in Regnum Ceolredus. Idem propoſitum Offa Rex Orientalium Saxonum juvenis generoſiſſimus, etiam ſponſa relicta aſſequitur.

San-

A C.

711. Sanctum & Magnum Wibfridum Eboracenſem Epiſcopum, alij hoc anno, alij biennio ante extinctum volunt, qui â Beda mirè laudatur.

712. In Germania SS. Werinfridus, Willeicus & Achatius Angli, imo verius Angeli, ſimulque Apoſtoli, verbum DEI latè propagant.

713. Alfredus Northumbriæ *R*ex in Mailroſenſi Cænobio fit Monachus.

714. Hollandis & Kenemarijs prædicat ingenti fructu S. Adalbertus Edilwaldi Regis Deirorum filius Epternacenſis Monach'.

715. S. Suitpertus magna Hibernorum gloria, de Germanis Apoſtolico Zelo & fructu æternum meretur.

716. Eugenius VII. Scotorum *R*ex *R*eligioſus, doctus & pacificus moritur. Ina contra Ceobredum Merciorum *R*egem, æquo ferè Marte præliatur.

717. Oſredus Northumbriæ Rex in prælio occumbit, ſuccedit Kenredus.

718. Magnum illud Angliæ ſimulque Germaniæ Jubar S. Bonifacius ad Apoſtolicum prædicandi munus â Gregorio Papa in Teutoniam mittitur.

719. Moriuntur hoc anno Ceolredus Merciorum & Kenredus Northumbiorum *R*eges, illi Æthelbaldus, huic Oſricus ſuccedit.

720. Ingilſus frater Inæ *R*egis diem claudit extremum.

722. Ina *R*ex Eadbertum Sudſexiæ *R*egem in prælio interficit, Withredo Cantuariæ Regi mortuo, Æthelbertus filius ſuccedit.

Eul-

A. C.	
723.	Fulminis inſtar disjicit ac diſſipat Idololatriam S. Bonifacius.
724.	Ingens Sanctorum Monachorum copia Hiberniam implet, è quibus inſignes Coloniæ in Galliam atque Germaniam mittuntur.
725.	Venerabilis Beda, hoc anno Hiſtoriam Anglorum inchoat.
726.	Thobias Roffenſis ex monacho Epiſcopus, vir magnorum meritorum moritur.
727.	Ina Rex glorioſus & felix, contempto quod diu adminiſtraverat feliciter Regno, Monaſticen profitetur, alijs 740. ſuccedit Æthelhardus.
728.	Orbem fama meritorum, & radijs ſanctitatis implet Venerabilis Beda Presbyter, Monachus Wirenſis.
730.	Oſulcuo Northumbriæ Rex cognatorum exempla imitatus, & ipſe Numini ſe devovens Regnum deſerit, & Ceolulpho relinquit.
732.	Mordacus Scot. Rex, Princ. Juſtitiæ, Religionis & pacis amantiſſimus vita excedit, cui Ethfinus ſufficitur.
733.	Immortalibus ſe meritis commendat S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus. Ceolulphus Rex captus, attondetur & in Regnum remittitur.
734.	Æthelbaldus Merciorum Rex, Sommertonenſi caſtro expugnato, imperium latè propagat, & deinceps multis Regibus imperat.
735.	Ceolulphus Regno redditus proſperè regnat, & vitia eradicat.

Regina

A. C.

738. Regina Occidentalium Saxonum, & nobiliſſimi quivis Anglorum turmatim Romam confluunt, S. Petrum ejuſque Vicarium venerati.

739. Æthelhardus Occidentalium Saxon. Rex vita defungitur, Cuthredo fratre in Regnum ſuffecto. Ceolulphus Monachum induit.

740. Gentiles non ſolum ab Idololatria liberat S. Bonifacius, ſed & Hæreſes varias profligat.

741. Æthelbaldus Merciorum Rex cum Cuthredo West-Saxonum Rege, ſæpius varia fortuna præliatur.

743. Iterum diverſas Hæreſes â Germania avertit S. Bonifacius.

744. Æthelbaldus Merciorum, & Cuthredus West-Saxon. Reges Britones affligunt.

745. S. Bonifacius æterna Angliæ gloria primus Germaniæ Primas deſignatur.

746. Memorabilis hic annus multorum & Illuſtr. in Hibern. Sanctor. S. Nuadi, S. FurſæiAbbatum, & plurimorum aliorum

748. Ethfinus. Scotor. Rex egregia virtute Princeps Regnum magna gubernat providentia, ſuis charus, formidandus hoſtibus, Amicis gratioſus.

749. Eadbertus Cantuar. Rex, & Æthelwoldus Oriental Anglorum moriuntur. Kinericus Occidental. Rex Saxonum occiditur.

750. Eadbertus Nortumb. Rex Baſilicam S. Petri Lindesfarnenſem obſidens Kinevvulfum Epiſcopum in vincula rapit.

751. Cuthredus West-Saxonum Rex, de Ethelhun

A. C.

huno Duce refert victoriam.

752. Idem de eodem ejuſque Rege Æthelbaldo memorabili prælio triumphat.

753. Magnus Germanorum Apoſtolus Bonifacius Martyrio coronatur.

755. Iterum congreſſi ſupra dicti Reges, Æthelbaldo in acie interfecto.

756. Guthredus Rex Victorioſus moritur ſuccedente in Regnum Sigeberto, qui cum petulantiſſime dominaretur, dejectus â Subulco quodam occiſus eſt.

757. Eadbertus Rex Nortumbriæ Regno ſponte relicto Monachum profitetur.

758. Beornredus Merciorum Rex ob crudelitatem â ſuis exauctoratur, & Offa regio genere juvenis inauguratur, rebus dein geſtis celeberrimus.

759. Æthelwaldus Nortumbriæ Rex confligens cum Oſwino Duce ipſum interficit.

760. S. Patto oriundus ex Hibernia, Verdenſis Epiſcopus, vir Apoſtolicus moritur.

761. S. Egbertus ex Monacho Eboracenſis Archiepiſcopus Magni Alcuini Magiſter ad præmia æternitatis vocatur, promotor rei litterariæ ſingularis.

762. Ethfinus Scotorum Rex laudatiſſimus moritur, cui Eugenius VIII. ſubrogatur. Æthelberto quoque Doubornenſi Regi extincto Eadbertus ſufficitur.

763. Optimum initio Regem agit Eugenius, & Donaldum Tyrannum Gallovidiæ incumbentem, aliquot prælijs opprimit captumq; ſupremo ſupplicio afficit.

Orbem

A. C.

764. Orbem fama & meritis implent SS Ven.Beda & Magnus Alcuinus.

765. Eugenius Scotorum *R*ex in omnem libidinem effuſiſſimus, ſuiſque omnibus intolerabilis, in publico procerum conventu omnibus conſentientibus confoſſus perit,corpuſq; in cloacam abjiciendum decernitur , ſed Majorum reſpectu ſepelitur.

766. Sub hunc ferè annum , etſi ſummopere varient auctores mors Venerabilis Bedæ videtur referenda,quem Solis nomine non nemo celebravit.

768. Ferguſius I I. Scotorum *R*ex totus ingluviei deditus, ab uxore ob pellicatum noctu ſtrangulatur. S.Egbertus S.Eadbertus ex *R*ege Nortumbriæ monachus obijt.

769. Cataracta civitas â Beornredo nuper Merciorum Rege exauctorato incendio abſumitur,ipſomet non multo poſt incendio pereunte.

770. Ingens Sanctorum Monachorum copia in Hibernia Scotia atque Anglia magnis ſe meritis & exemplis commendat.

771. Offa Merciorum *R*ex bellator robuſtiſſimus totam ferè Angliam armis ſubigit, & ſupra omnes ante ſe Reges *R*egnum exporrigit.

773. Ealdredus Nortumbriæ Rex vita excedit, poſt quem Æthelredus imperat. Offa *R*ex Kentenſes ſanguinolento prælio vincit & ſubjicit.

775. Offa *R*ex Carolum Magnum Galliarum *R*egem ſibi Amicum reddit.

Germa-

A. C.

776. Germanias demerentur immortalibus meritis SS. Wilibaldus, Wunibaldus & Walpurga, S. Richardi Anglorum Regis liberi.

777. Solvathius Scotorum Rex, etſi lectulo plerumq; ob podagram affixus, magna tamen prudentia, motus quoscunque reprimit, populos regit.

778. Æthelredus Northumbriæ Rex, Ducibus Regni contra ipſum inſurgentibus fuga ſe abripit, contra quem Alfwoldus Rex ſalutatur.

779. Offa Rex cum Kinculpho Occident. Saxonum Rege congreſſus, graviter attritum in fugam cogit.

780. ÆthelredusRex exauctoratus, adKinothum Pictorum Regem fugiens, illic obijt.

781. Principes Northumbriæ quendam Regni conſulem plus æquo ſævientem in proprijs ædibus exurunt. Moritur S. Willibaldus Angl. Regis filius.

782. S. Colga filius Crunmail Abbas Luſcanenſis in Hibernia, ſanctè obijt.

784. S. Virgilius Carinthiæ Apoſtolus Epiſc. Salisburg. natione Hibernus moritur.

785. S. Sedulius Dublinienſis Epiſc. ad præmia æterna evolat.

786. Kinculphus Occident. Saxonum Rex bellicoſus in ædibus quibuſdam circumventus â Kinchardo Principe occiditur, hic paulo poſt & ipſe mactatur.

787. Solvathius Scotor. Rex prudentiſſimus extinguitur Achaio ſuccedente. Kinculpho ſuccedit Brictricus filius.

Con-

A. C.

789. Concilio Chaltutenſi, Adriano Papa concitante, rebus fidei in Anglia conſulitur, qua ipſa occaſione Offa Rex Egfridum filium fecit coronari, AlfWaldus Northumbriæ Rex â Patricio quodam miſerabiliter occiditur.

790. AlfWaldo ſuccedit inRegnum OſredusAlcredi filius. Cruces in veſtibus in Anglia apparent, plagam oppreſſionis Danicæ portendentes.

791. Brithricus Occidental. Saxonum Rex Offæ Regis filiam ducit.

792. OſredusRex dolo ſuorum periclitatus dum fuga ſibi conſulit Æthelredus. Mollonis filius ſubſtituitur, dum autem recipere conatur Regnum capitur & occiditur.

793. Æthelredus Rex Northumbriæ Ælfredam ducit,RegisOffæ filiam.OffæRegisUxor Æthelbertum filiumÆthelredi hoſpitem clam mactari jubet.

794. Offa Rex monitus ab Angelo S. Albanum elevari curat.

795. Iterum portentoſa in cælis ſigna Danorum incurſiones annunciant.

796. Sigar Dux, qui AlfWoldum Regem peremerat,digno perit cruciatu.

797. EthelredusRex ſuper inducit conjugi aliam, paulo poſt â ſuis interfect.ſuccedit Oſred' ſed poſt 25.dies moritur,huicEardulphus ſubſtituitur, moritur eod. an. potentiſſimus Rex Offa, filio Egfrido ſuccedente.

798. Kinulphus Mercior.Rex Cantiam invadens Eadbertum Regem captivum trahit, ſed paulo poſt dimittit.

S.Alck-

A. C.

799. S. Alckmundus Northumbriæ Rex *Martyrio* coronatur.

800. Dani Angliam infeſtant & miſerè omnia populantur.

802. Brithricus Occidentalium Saxonum Rex veneno guſtato quod Regina alteri alicui paraverat, extinguitur, ſuccedit Egbertus.

805. Æthelhardus Cantuarienſis Archiepiſcopus moritur, ætatis ſuæ gloria, & Cathedræ ſuæ reſtitutor.

807. Cuthredus Cantuariorum Rex morte abripitur, poſt quem Baldredus regnat.

808. Alfwoldus contra Eardulfum Northumbriæ Regem movens, ipſum Regno ejicit, eoq; biennium potitur.

809. Egbertus Occidental. Saxonum Rex Cornubiam armis ſubjicit.

810. Alfwoldus Northumbriæ Rex vita excedit, ſufficitur Eandredus, Egbertus Rex Aquilonarem Britanniam ſuo imperio ſubjicit.

811. Pergit idem latius ſe exporrigere, & ab Aquilone ad meridiem uſque omnia igne & ferro vaſtare.

813. Eruditionis & ſanctitatis fulgoribus Europam implet B. Claudius Clemens monachus Hibernus, Pariſienſis Univerſitatis Fundator.

816. Achaius Scotiæ Rex magnis ſe Virtutibus commendat, felix in omni vita, idemque primus, qui fœdus cum Gallis inierat, & cum Carolo Imp.

817. Sanct. Ænguſſius Hagiographus, Abbas & Epi-

A. C.

& Epiſcopus Hibernus claret.

818. Memorabili felicitate S. Notburga novem gemellorum mater Hiberna, Germaniam ſanctitatis radijs illuſtrat.

819. Achajus Scotorum *R*ex feliciſſimus magno omnium luctu extinguitur, cui Congallus Dongalli filius Eugenij VII. nepos ſufficitur.

821. Kenulpho Merciorum *R*egi defuncto ſuccedit Kenelmus filius, Sanctus juvenis quem ſoror*R*egis Quendrida Septuennē creditum educavit, ac dein regnandi libidine dicta, in nemore quodam obtruncari fecit.

822. Impia Quendrida ulciſcente Numine luit parricidium, dum innocentis repertum corpus ſiccis intueretur oculis, his illico è capite, ceu violenter extractis decidentibus.

823. Cæolulphus Regno pulſus Bernulphum habet ſucceſſorem.

825. Bernulphum Regem Egbertus Occid. Sax. Rex bello cruentiſſimo vincit.

826. Bernulphus Merciorum Rex tanquam alieni *R*egni uſurpator occiditur.

827. Egbertus *R*ex Occid. Sax miſſo cum exercitu Ethelulpho filio pulſo Baldredo *R*egnum Cantiæ cum Suthſexia occupat.

828. Idem Egbertus Ludicanum Merciorum interficit, ſucceſſoremque ejus Wilaſum, mox etiam Shwithredum Orient. Sax. *R*egem Regno ejicit.

829. Idem ſubactis jam omnibus Occid. Saxonū *R*egnis, contra Eandredum Northum-

A. C.

briæ Regem movens, vectigalem ſibi facit.

830. Dongallus Scotonum Rex prudentiſſimus dum contra Pictos pro Alpino legitimo hærede movet, in trajectu Speiæ amnis rapidiſſimi mergitur. Egbertus in Walliam movens ipſam cum Regibus deditione ultronea occupat.

831. Alpinus Pictorum hæres Dongallo etiam apud Scotos ſuccedit, magnumq; belli apparatum cogit Pictis edomandis.

833. Dani rurſum 35. navium claſſe Angliam infeſtant & ſpolient.

834. Egbertus Rex huc uſq; victorioſus, ingenti cum exercitu Danos aggreſſus, multos ſuorum perdit, hoſtibus prævalentibus.

835. Victor aliquoties Scotiæ Rex Alpinus, captus deniq; â Pictis decapitatur. Walliæ populi cum Danis contra Egbertum juncti, grandi prælio victi & fugati ſunt.

836. Idem Egbertus novum Danorum ſupervenientes exercitum, memorabili victoria contrucidat,&in fugam præcipites cogit.

837. Supremus hic annus Egberto Regi fuit, Æthelulfo filio ſuccedente.

838. Dani rurſum 33. navium claſſe in Angliam vecti ab Ulfvvardo Comite, multis millibus cæſis fugati ſunt. Nec multo poſt alia ſuperveniente claſſe Æthelhelmus Dux rem fortiter agit, demum incautior occiditur.

839. Dani magis ac magis invaleſcunt, dum fraus & proditio apud Anglos cum aliis ſceleribus invaleſcerent, Hereberto â ſuis

A. C.

ſuis deſerto & occiſo.

840. Eandredus Northumbriæ Rex vivere deſinit Aethelredo filio ſuccedet.

841. Dani per Cantiam & Eſt-Angliam diriſſimè graſſantur.

842. Profundius in viſcera Angliæ ſęviunt Dani, & multa mortalium millia, Doroverniæ, Londinij & paſſim contrucidant.

843. S. Nuadus filius Segeni in Hibernia, Martyrio coronatur.

844. Æthelulphus Weſt-Saxonum Rex cum Danis congreſſus vincitur. Æthelredus autem Northumbriæ Rex Regno ejicitur, & Readvulphus ſufficitur, qui mox contra Danos occumbit, & Æthelredus reſtituitur.

845. Earnulfus & Oſnicus Duces, è Danis victoriam referunt.

846. Æthelſtanus Epiſcopus cum Alchero ConſuleClaſſemDanicam armis tentans,novē majores naves debellat, reliquas fugat.

847. Celeberrimus ille & ſanctiſſimus Patricius Ardmachanus Hibernus floret.

848. Æthelberto Northumbriæ Rege interfecto Osbertus ſceptrum meretur.

849. Berthferus Berthulfi Regis Merciorum filius cognatum ſuum B. Wlſtanum injuſte peremit, columna lucis per 30. dies, è loco cædis in cœlum porrecto.

851. Berthulphus Rex contra Danos occurrens, fugatur, quos paulo poſt Rex Weſt-Saxonum Æthelulphus memorabili clade feliciter profligat.

852. Berthulphus Merciorum Rex defungitur,

A. C.

pro quo Buthredus imperat.

853. Ethelulfus WeſtSaxonum & Beornredus Merciorum Reges Mediterraneos Britones bello vincerunt, ſibiq; ſubjecerunt.

854. Æthelulphus Rex decimam Regni partem Deo & B. M. V. offert, ac dein Romam profectus, in reditu Juditham Caroli Gall Regis filiam ducit.

855. Kennethus cognomento Magnus Scotorum Rex moritur, cum Regni alter fuiſſet reſtitutor, Pictis toto Regno ejectis. Eadmundus Orient. Anglorum Rex, pro meritis eligitur, etſi multũ reluctaretur.

857. Æthelulphus WeſtSaxonum Rex religioſiſſimus moritur, cujus filius ſceleratiſſimus Æthelbaldus, mox novercam Juditham conjugem rapit.

859. Nunc tandem pœnitens Æthelbaldus, novercam dimittit, Regnumque deinceps multa cum laude gubernat.

860. Dongallus IV. optimo fratri, nequiſſimus ipſe ſuccedens, cum regnum annis ferè ſex verius deſtruxiſſet quam gubernaſſet, conjectus â ſuis in carcerem, ſeipſum interimit.

861. Æthelbaldus WeſtSaxonum rex immatura morte decedit, poſt quam frater ejus Æthelbertus regio throno ſublimatur.

862. Magnum Angliæ jubar S Swithunus Ventanus Epiſcopus cælo infertur.

863. Dani ſimulata pace in Thaneta inſula cum Inſulanis amicè pacti nocte erumpentes e caſtris Cantiam Orientalem depopulati aufugiunt.

Ingens

A. C.	
864.	Ingens ſanctorum Monachorum multitudo Regnum Hiberniæ demeretur.
866.	Æthelberto rege WeſtSaxonum mortuo, Æthelredus frater rerum potitur.
867.	Northumbri Osbertum Regem ſuum dejiciunt. Ellam creant, verum ſupervenientibus Danis, hi reconciliati, dum hoſti occurrunt, uterque occumbunt. Succedit in Regnum Egbertus quidam Anglicus ſub poteſtate Danorum
868.	Burchredus Merciorum & Ælfredus coactô exercitu, Danos concluſos paciſci ad tempus cogunt, cum eoſdem expugnare diffiderent.
869.	Dani Northumbriam invadunt, totamque illic hyemem commorantur.
870.	Innumera multitudoDanorumScotiam invadit,cædibus omnia miſcentes,quo nūc anno S.EblamAbbatiſſ. cū ſuisVirginibꝰ naribus & labro detruncatis Virginitatē conſervaſſe volunt ac dein combuſtas. S. Eadmundus Rex pro patria, & Religione Martyr occumbit.
871.	Eſt-Anglia peſſumdata Weſt-Saxon. invadunt Dani, quibuſcū congreſſi Æthelredus Rex cū fratreÆlfredo inſigni victoria potitus eſt, duobus eorū Regibus cæſis. Moriturpaulo poſt Rex & frater ſuccedit.
872.	Northumbri regem Egbertum exauctorant, quem Buthredus rex Merciorum amiciſſimè recipit.
873.	Egbertus rex exul moritur Rieſio ſuffecto, Danis Northumbrorum nequitiam hoc ipſo anno graviter plectentibus.

A. C.

874. Invadunt denuo Scotiam Dani Picti eos vocantibus contra quos progreſſus optimus, Rex Conſtantinus, victus, captus & ſecuri percuſſus eſt. Burthredus Merciorum Rex ab ijſdem expulſus Romæ moritur, Regnum Danis tenentibus.

875. Ethus poſt Conſtantinum fratrem Scotis, nec ultra annum præfuit, homo nihili, in carcerem ideo conjectus perijt. Dani in Anglia ſæviunt.

876. Haldenus Danorum Rex Northumbriam occupat, Ricſio Rege inde morbum contrahente & moriente, cui Egbertus ſucceſſit.

877. Ælfredus Rex Danos mari prohibendos cenſens facile triumphat.

878. Ælfredi Regis exercitus tres Reges ſeu Duces Danorum profligat. ſed hi recollecti duce Gytrone Rege. Ælfredum in fugam agunt, qui ſuaſu SS. Neothi & Cuthberti denuo congreſſus Victor eſt, Gytro autem convertitur.

879. Gytro Danorum nuper Sex, factus Chriſtanus Eſtangliam incolit.

880. Iterum ingenti multitudine Dani Angliam occupant & vaſtant.

881. Ælfredus Rex congreſſus cum Danis multa millia profligat.

882. S. Cuthbertus Eadredo Abbati apparens, Cuthredum captivum apud viduam quandam Danam liberari jubet, & provinciæ Regem creari.

883. B Joannes Scotus mira eruditione Orbem Chriſtianum percellit.

Claſ-

A. C.

884. Claſſis Ælfredi Regis claſſem Danorum vincit, ab his poſtea ſomno oppreſſa haud leviter lacerata.

885. Ælfredus contra Danos aliosq; hoſtes conſilio & armis prævalens, late regnum exporrigit, toti Europa admirationi.

886. Ælfredus Rex poſt multas populorum ſtrages Londonium obſidet quam deditione accipiens reſtaurat, ad quē illuc omnes Principes Angliæ confluunt, obtinetq; primus ipſe univerſæ AngliæMonarchiā.

887. Haſtingus Danus aliquamdiu maritima pervagatus expaveſcens ſuper fortuna Ælfredi Regis, in Gallias ſe vertit.

888. Ælfredus ut gratias Numini referret, nobiliſſima Monaſteria & Baſilicas honori Numinis erigit.

889. Non contentus Rex Angliæ Eccleſijs benefacere magnos theſauros Romam mittit.

890. Gytro Danus, Ælfredi dono Orientalium Saxonum Rex moritur Æthelſuita Ælfredi ſoror, Merciorum Regis vidua in cucullo moritur.

891. OptimisLegib⁹ Angliç conſulitRexÆlfrid⁹.

893. Gregorius Scotorum Rex, merito Magni cognomen adeptus, Danis alijsq; hoſtibus ſæpe victis, & Hibernia ſubacta glorioſus moritur.

894. Dani rurſum infeſti Angliæ, ab Ælfredo Rege feliciter cæduntur.

895. Iterum congreatos hoſtes & extrema tentantes idem, cædit & fugat.

896. Danos denuo prope Longonium vincit, eorumq; naves incendit.

A. C.

898. Ælfradus Danis devictis Præfectos & Duces quibuſque locis aſſignat, omniaque adverſum inſultus hoſtium communit.

899. S. Corpreus Epiſcopus Cluanenſis magnis meritis illuſter. obijt.

900. Ælfredus Monarcha Angliæ, temporale Regnum æterno commutat, 5. Cal. Novembr. ſepultus in Monaſterio Novo, quod ipſe fundaverat.

901. Eadwardus poſt patrem Ælfredum Regnans, Regni fines dilatat.

902. Æthelwaldus patruelis Regis, ſpe Regnum devorans Danis jungitur, â Rege tamen, non ſine multo ſanguine vincitur & in acie cadit.

903. Donaldus Scotorum Rex multo nomine celebrandus, cum pro æquitate in factiosum Duces animadvertiſſet, non ſine veneni ſuſpicione moritur.

904. S. Grimbaldus Magiſter quondam Ælredi, meritis maximis ſe commendans pergit ad præmia.

905. Concilium ſolemne in regione Weſt-Saxonum celebratur, & Eccleſijs Angliæ, ac fidelium utilitati proſpicitur.

907. Eadwardus rex Danorum reliquias toto regno exſcindit, diverſosq; reges in deditionem accipit.

909. Eadvvardus rex miſſo exercitu Danos in Northumbria opprimit.

910. S. Oſvvaldi regis & Martyris corpus è Bardeneia ſolemni pompa in *Merciam* tranſfertur.

911. Eadvvardus invadentes Merciam Danos, gravi

A. C.

gravi clade atterit,duoſque eorumdem Reges,cum multis proceribus in acie interimit.

912. Æthelredus Merciorum Regulus Ælfredi quondam Regis affinis moritur, vidua deinceps Elfleda Mercijs imperante.

914. Dani prope Lincolniam & Herefordiam magna ſtrage fuſi.

915. Dum Herevordenſem, Wigornienſem, & Glovernenſem provinciam vaſtantDani, oppreſſi â Rege pleriq; occumbunt.

917. Totus in monitionibus toto Regno exſtruendis Eadvvardus verſatur.

918. Multis victorijs illuſter annus, quibus Eadvvardus, & Regina Elfleda Danorum diverſos exercitus profligarunt.

919. Elfleda Merciorum Regina, relicta unica filia,religioſiſſimè vita defungitur.

921. Scotiæ Rex Conſtantinus,ſed &Reginaldus Danus Northumbriæ Rex odijq̀ue cum Eadvvardo confæderantur.

922. Æthelvvardus Eadvvardi Regis frater moritur. Regnum Angliæ paſſim communitur.

924. Hoc tandem anno glorioſiſſimus Rex, & Monarcha Angliæ Eadvvardus moritur. Succedit Æthelſtanus filius,naſcitur S. Dunſtanus.

925. Æthelſtanus Rex ſororem Eadgitam Sithrico Northumbriæ Regi deſpondet, qui idolis renunciat, paulo poſt tamen relabitur.

A. C.

926. Moritur apoſtata Sithricus, cujus filium ejicit Rex Æthelſtanus, Scotumque inconſtantij ingenij Regem armis cogit.

928. Robertus Normanniæ Dux arctiſſimam contrahit cum Æthelſtano Rege amicitiam.

929. Æthelſtanus ſacra Regni loca inviſit, in Glaſtonienſi autem Virginum Cænobio â S. Ælfleda nepte ſua, prodigiosè aucto potu reficitur.

930. Idem Rex Regnum multis modis demeretur, eidemque variè conſulit, multi egregia ſanctitate Monachi & Pontifices clarent.

932. Sydus illuſtriſſimum Angliæ S. Birſtanus ex Monacho Epiſcopus Wintonienſis, celebratur.

933. Iterum ſua inconſtantia animi Scotus Anglum concitat. Hic magna claſſe & juxta Equeſtribus copijs ipſum cogit ſeſe demittere, & filium magnis cum muneribus dare obſidem.

934. Peſſimo exemplo fratrem proprium Eadwinum ſola ſuſpicione, quod contra ſe aliquando eligendum crederet, mergi jubet Rex Æthelſtanus.

935. Tam enorme ſcelus nunc deteſtatus Rex ſuaſorem mali è medio tollit, ipſe 7. annorum ſuſcipiens pœnitentiam.

936. Ludovicus Caroli Galliarum Regis filius, apud avunculum Anglum hucuſq; educatus, ſolemni pompa ad capeſſendam Galliarum coronam evocatur.

937. Aulafus Hyberniæ Rex, concitanto Scoto ingenti

A. C.

ingenti cum claſſe Angliam invadit, ingenti ſuorum clade repulſus, ægrè cum Scoto ad naves effugiens.

938. Ed.tham Æthelſtani Regis filiam, magna pompa conjugem ducit Ottho I. Imp.

939. Æthelſtanus pro anima fratris innocentis à ſe merſi duo condit Cænobia Middeltunenſe & Michelenenſe.

940. Moritur magnificus omnino Rex Æthelſtanus, cui frater ejus Eadmundus ſucceſſit, qui ſtatim S. Dunſtanum in aulam accivit. Analafus Norvegus Angliam invadit, cui Rex partem Regni concedit.

941. Analafus ſacrilegio ſe contaminans exuſta quadam Eccleſia miſerè moritur.

942. Eadmundus contra Danos movens, eoſdem tota Mercia ejicit.

943. Naſcitur Regi filius Eadgarus, cælo mirè applaudente. Analafus alius Sithrici Regis filius baptizatur. Moritur Conſtantinus inconſtans *Rex* Scotiæ.

944. Mirè Anglias demeretur S. Dunſtanus, â quo *Rex* Eadmundus dependet.

945 Malcolmus Scotiæ Rex prudentiſſimus & optimus Eadmundum Regem amicum nanciſcitur.

946. Eadmundus ſolemniſſimo ex more S. Auguſtini Angliæ Apoſtoli feſto, & epulo, â proſcripto quodam ſcelerato, cultro confoditur, ſu.:cedit Eadredus frater.

947. S. Elphegus Wintonienſis ex monacho Epiſcopus, cælum felici tranſitu, triumpho implet, vir prophetiæ ſpiritu clariſſimus.

948. Northumbros rebelles armis domat

A. C.

Rex Eadredus & fortiter agit.

950. S. Malcalinus Hibernus cum 12. Socijs Gallias inſigniter demeretur.

952. B. Gregorius trium Regum ÆthelſtaniEadmundi &Eadredi frater ex monacho poſtea Einſidlenſis in Germania Abbas, ſanctitate floret.

953. Feliciſſimum Angliæ Regnum, dum Dunſtani conſilio regeretur, etſi id honoris Monacho multi ambitioſi inviderent.

955. Supremus hic annus Eadredo optimo Regi fuit, monito è cælis S. Dunſtano, qui à confeſſionibus ipſi erat: Jam in pace quieviſſe, ſucceſſit Edwinus quem S. Dunſtanus ipſa coronationis die mirè convertit.

956. Mittitur in exilium S. Abbas Dunſtanus, ex quo tempore omnis felicitas Angliam deſeruit.

957. Edwinus à ſuismet Regno ejicitur ejuſque frater Edgarus Rex ſalutatur, qui ſtatim Dunſtanum revocans, felicitatem ſimul Regno reddidit.

958. DefunctoCantuarienſiArchiepiſcopoSanct. Dunſtanus ab Edgaro Rege ſubſtituitur. Edwino pars Regni conceditur.

959. Edwinus nuncSemirex, petulanter geſtum Regnum cum vita deſerit ſolus Edgarus regnat. Malcolmus optimus Scotiæ Rex, dum Regnum latrocinijs purgat, & libidini juvenum obnititur, è medio tollitur.

960. S. Dunſtanus miraculoſum Regni præſidium magnis ſe meritis probat.

Ord-

A. C.

961. Ordgarus Comes pater Ælfridæ reginæ fundat Monaſt. Tamſtocke.

963. Prodigioſæ ſanctitatis vir S. Ethelwoldus ex Abbate Abendonienſi fit Epiſcopus Wintonienſis.

964. Aliud admirabile ſanè ſydus Angliæ illuceſcit S. Oſwaldus ex Monacho Floriacenſi, Wigornienſis Epiſc.

966. Mirificè meretur de regno Angliæ rex Eadgarus, dum viros ſanctiſſimos ad Epiſcopatus provehit, alter etiam eſt Monaſtici Ordinis reſtitutor.

968. Miris modis conſulit regi & regno S. Dunſtanus Cantuarienſis Archiepiſcopus, varia celebrans Concilia pro Eccleſ. diſciplina.

969. Idem rex diſſolutiore vita Clericorum offenſus Cathedrales etiam Eccleſias Monachis tradit.

970. Concilium Generale adverſum incontinentiam Clericorum, ſollicitante S. Dunſtano celebratur, cui ipſe â Papa præſidere jubetur.

971. S. Dunſtanus graviter lapſum regem admiranda magnanimitate corripit. Moritur Eadmundus regis filius.

972. Duffus Scotorum rex optimus, dum latrocinia publica regni ſtrenuè ulciſcitur, reoſque etiam Nobiles ſuſpendio tollit, â conjuratis interficitur.

973. Tanto poſt indeptum regnum Eadgarus rex ſolemni pompa coronatur.

A. C.

974. Idem Rex ab octo Regibus juramentum fidelitatis accipit.

975. Grandi prodigio, pro Monachis contra Clericos fert ſententiam in pleno Concilio, Crucifixi imago. Moritur ipſo anno glorioſiſſimus Rex Eadgarus, Eduardo filio ſuccedente.

976. Cometa horribilis viſus, magna exin fame conſequente, quo tempore, ut & alias S. Ethelwoldus Wintanienſis Epiſc. multa millia pavit.

977. Culenus Scotorum Rex homo omni flagitiorum genere infamis, & inutilis â Rohardo Thano, cujus filiæ per vim ſtuprum intulerat mactatur.

978. S. Eduardus Rex Angliæ, novercæ ſcelere confoditur, ſuccedit hujus filius Æthelredus, ipſa etſi pœnitens, vermibus tota conſumpta ſcribitur.

979. Synodo Calnæ celebratâ, dum Clerici contra Dunſtanum & Monachos inſurgunt, Solario repente concidente, ijs qui cum Dunſtano ſentiebant ſalvis, reliqui vel examinantur, vel perpetuo languore plectuntur.

980. Dani Angliæ denuo infeſti, prout Regi prædixit S. Dunſtanus ejuſque matri ob cædem S. Eduardi.

981. Æthelredo Regi naſcitur filius Eadmundus ſive Edmundus.

982. Piratæ ad Dorſetenſium provinciam appulſi Portlandiam vaſtaverunt.

983. Aethelredus dum â Roffenſi Eccleſiæ pecunias extorquet, neque commonente

Dun-

A. C.

Dunſtano deſiſtit, hic pœnam prædicit, quæ dein ſequuta eſt.

984. Magnum Angliæ Sydus S. Ethelwoldus Wintonienſis Epiſcopus extinguitur.

986. Rex pro eo quod Roffenſi Eccleſiæ detraxerat nunc prædicente Dunſtano tributum pendere Danis cogitur.

987. Magna mortalitate, & homines & jumenta in Anglia conſumuntur.

988. Magnus & mirificus Dunſtanus, â Cherubin & Seraphin ipſis ad æterna præmia evocatur, cumq́; ipſo omnis felicitas Regno Angliæ emigrat.

990 Aethelredus Rex & Richardus Normanniæ Dux graviter colliduntur.

991. Iterum infeſti Angliæ Dani decem millium librarum penſione ſopiuntur.

992. Danis Angliam infeſtantibus Dux Aelfricus ad ipſos tranſit, contra quos Londonienſes feliciter pugnant, cæſis aliquot millibus.

993. Ex ipſis Anglis plures proditores, patriæ nocumento hoſtibus præſulio ſunt.

994. Suanus Rex Daniæ cum Aulafo Rege Norvegiæ Londonias fruſtra obſident, hic ad Chriſtum converſus baptizatur.

995. S Cuthberti corpus cæleſti oraculo ſolemniter transfertur.

997. Wallia & plurimæ Anglorum provinciæ â Danis igne & ferro nemine obſtante, miſerè vaſtantur.

998. Turbata incurſionibus Danorum omnia, Anglis mutuo non fidentibus, quod multi

A. C.

multi Danico orti ſanguine hoſtibus fa-
verent.

999. Cantiam miſerè peſſumdant Dani, quibuſcum congreſſi Cantuarienſes, poſt longum conflictum victi ſunt.

1000. Dum Dani Normanniam hoſtiliter petunt, Æthelredus Rex Anglorum *Monam* inſulam armis ſubjugat. Kennethus *Scotiæ* Rex cætera laudatiſſimus, ſed fratruelis ex ambitione cæde contaminatus, incertum cujus ſcelere perimitur.

1001. Dani ex Normannia reverſi Exonium fruſtra obſident, quibuſcum paulo poſt congreſſi Angli magna cæde victi ſunt. Conſtantinus Scotiæ *Rex* in pugna quadam domeſtica occiditur.

1002. Æthelredus *Rex* iterum cogitur pacem â Danis auro redimere.

1003. Eadrico viro ignobili & proditori idem *Rex* Ducatum Merciorum donat.

1004. Dani velut locuſtæ Angliam totam miſerè depaſcuntur.

1005. Angliam tanta affligit fames, quanta nunquam antea invaſerat.

1006. Eadricus Dux invitatum per ſpeciem amicitiæ Æthelſtanum Ducem inter venandum mactari curat.

1007. Suanus Danorum Rex ingenti exercitu totam peſſumdat Angliam, cogiturque denuo Anglus ingenti pecuniæ vi hoſtem avertere.

1008. Æthelredus Rex claſſem ingentem inſtruit, inutili labore.

Gri-

A. C.	
1010.	Grimus Scotorum Rex ex optimo peſſimus à Malcolmo laceſſitus, captus oculiſque orbatus mœrore moritur. Cum Danis congreſſi Angli victi ſunt.
1011.	Suanus Danorum Rex Cantuariam occupat. S. Ælphegus Archiepiſcopus graviſſimis ſupplicijs excruciatus Martyr occumbit. Danis tributum 48. millium librarum perſolvitur & pax conſtituitur.
1012.	Dani in ſocietatem Anglorum aſſumpti dum inſolentius agunt, ex condicto, toto Regno feſto S. Brictij omnes interimũtur.
1013.	Ulturus ſuorum necem Rex Suanus ingenti claſſe Angliam invadit, ferro & igni omnia vaſtans, Æthelredus Rex in Normanniam profugit.
1014.	Suano, ulciſcente Numine, extincto Cnuto filius Rex inauguratur. Æthelredus in Regnum revocatur, & magna pompa ſuſcipitur.
1015.	Cnuto Rex, Daniæ rebus compoſitis, Angliam obruens, multis provincijs potitur. Moritur Æthelredus, pro quo filius Eadmundus imperat.
1016.	Rex Eadmundus tertio victor de Cnutone, proditione demum Eadrici magnam patitur ſtragem, poſtea ſingulari certamine hoſtem vincens, amicum nanciſcitur, paulo poſt ſcelere Eadrici in latrina confoditur.
1017.	Cnuto ſublato æmulo, etſi jam collega, unus Angliæ imperat, qui mox inſultantem ſibi Eadricum ſtrangulari, & in Thameſim projici jubet.

Cnuto

A. C.

1018. Cnuto Emmam Ethelbredi Regis viduam ducit, cujus ſuaſu exercitum in Daniam remiſit.

1019. Compoſitis Angliæ rebus, ipſe Gruto in Daniam revertit.

1020. Cnuto reverſus in Angliam Regem dein optimum & religioſiſſimum egit, ſub quo Anglia egregiè refloruit.

1021. Mirè beneficus in Eccleſias & Monaſteria Cnuto, quædam de novo ſtruit, quædam egregiè dotat & ornat.

1022. Conventu Oxoniæ celebrato pari conſenſu Dani Anglique in Anglia Daniaque Leges Eduardi Regis tenendas conſtituunt.

1023. Corpus S. Ælphegi ſolemniter transfert Rex Cnuto, parentibus ſuis ſupplex veniam rogat, mirè beneficus & liberalis in Anglos.

1024. Cnuto cum Anglis & Danis in Suenos movens, multos ſuorum perdit. Godwinus Comes cum Anglis, neſciente Rege hoſtes opprimens, innumeros perimit, Rege deinceps Anglos magni faciente.

1025. Cnuto & Emma, Wintonienſe Cænobium auro & gemmis cumulant.

1026. CnutoRexEdmundi anteceſſoris tumulum muneribus ornat.

1027. Cnuto audiens Olavum Regem â Norvegis vilipendi, auro ſibi illos devincit, qui
1028. mox pro capeſcendâ corona invitant.
Cnuto magna advectus claſſe Norvegiam occupat, Olavum ejicit.

A. C.

1029. Ab Hacone Danico Comite præpotente metuens Cnuto, ipſum in exilium ablegat.

1030. Norvegi S. Olavum Regem ſecuri percutiunt, quod nimirum idololatriam & impios ritus profligaret.

1031. Cnuto peregrinationem Romam ſolemniter ſuſcipit, S. Petro ingentia afferens munera,& vitæ emendationem promittens.

1032. Celeberrimum S. Edmundi Monaſterium ab Ægelnotho Archiep. dedicatur.

1033. Cnuto magno cum exercitu Malcomum Scotiæ Regem rebellantem facili negotio ſuperat, inde Abbatiam S. Benedicti de Ulmo fundat.

1035. Idem Suanum filium Norvegiæ, Hardecnutum ex Emma natum Daniæ Regem coronat, reverſus autem in Angliam paulo poſt moritur.

1036. Heraldus ex concubina natus â nonnullis, prælatus legitimusRex Angliæ ſalutatur. Emma Regina ab hoc ejicitur, & ad Balduinum Flandriæ Comitem ſe recipit, Godwino Cantiæ Comite, pro Emmæ filio laborante.

1037. Ælfredus ÆthelrediRegis filius è Normannia advectus cum claſſe,ſpecie amicitiæ è Godwino exceptus capitur, & juſſu Haraldi exoculatur.

1038. Magna confuſione rerum Anglia jactatur, diverſis diverſa ſpectantibus.

1039. Hardecnutus Daniæ Rex ad matremEmmam in Flandriam pergit.

Mal-

A. C.

1040. *M*alcolmus Scotiæ *R*ex dum ſenili avaritia opulentiores gravius mulctat, â corruptis pecunia miniſtris nocte trucidatur. Moritur Angliæ *R*ex Haraldus, Hardecnudus coronatur, qui Haraldi corpus demergit.

1041. Hardecnuti *R*egis ſoror, Henrico Imperatori ingenti pompa jungitur.

1042. Hardecnutus in ſolemni quodam convivio, repente concidens, linguæ uſu privatus 6. Id. Junij extinguitur Eduardo fratre ſuccedente.

1044. *R*ex Eduardus Æditham Godwini potentiſſimi Conſulis filiam ducit.

1045. Idem magnam inſtruit claſſem contra Norvegiæ *R*egem, qui Angliam tentaturus dicebatur.

1046. Duncanus Scotiæ *R*ex laudatus, bello & pace clarus, conſobrini inſidijs Macbeti ad Ennerneſſum obtruncatur.

1047. Macbetus Scotiæ Tyrannus potentiores Regni magnis largitionibus ſibi devincit, & prudenter aliquamdiu imperat.

1048. Danos Angliæ denuo infeſtos nonnulli ſcribunt, ſed & Norvegos Eduardo *R*egi vim intentaſſe.

1050. S. Joannes monachus Hybernus, primus Mechelburgenſium in Germania Epiſcopus Apoſtolico labore æternum meretur.

1051. Eduardus Rex graviſſimo vectigali Anglos abſolvit. Wilhelmus Normanniæ Dux in Angliam veniens ab eo honorificè excipitur. Godwinus & filij gravius of-

fenſi

A. C.

ſenſi Anglia excedunt, in Flandriam profugi.

1052. Emma *R*egina, Æthelredi & Cnutonis *R*egum vidua moritur Godwinus & filij Angliam armis infeſtant. Pax denique inter ipſos ſancitur.

1053. Godwinus ſibi imprecatus ſumpta buccella in *R*egis menſa ſuffocatur, cujus Ducatum Rex Haraldo filio ejus tradit.

1054. *R*ex miſſo in Scotiam exercitu Macbetum Regem, multis Scotorum millibus interfectis *R*egno ejicit.

1055. Siwardo Northumbriæ Duce mortuo Ducatum Toſtoni, Haraldi fratri confert. Griffinus Wallenſium Princeps Angliam infeſtat, ſed conſopitur.

1057. Eduardus Rex cum hæredem non haberet, filium fratris ſui Edmundi Eduardum Juniorem ex Ungaria evocat, hic paulo poſt moritur.

1059. De Guilielmo Normanno à *R*ege per Haraldum evocato, ut hæredem Regni inſtitueret, nonnulli nunc varia afferunt, ſed valdè dubia, ita ut nihil probare poſſim⁹.

1060. Implet Europam fama S. Lanfrancus poſtea Cantuarienſ. ex Abb. Archiepiſc. publicis primùm de Dialectica Scholis inſtitutis.

1061. Macbetus Scotiæ Tirannus cum Fifæ Thano pararet inſidias, ab ipſo præventus, occiſus eſt.

1062. S. Wolſtanus Wigornienſis Monachus totius Angliæ decus ſingulare mira exſplendeſcit vitæ ſanctitate.

1063. Haraldus ejusque frater Toſto ſeu Toſticus Grif-

A. C.

Griffinum Walliæ Regem, terra mariq; juſſu Regis invadunt, ita ut Wallenſes Tributarij fierent.

1064. Wallenſes Regi ſuo caput detruncant, & Haraldo Duci mittunt.

1065. Solemnis inventio Sanct.Oſw'ini Regis ac Martyris, cujus capillorum partem, Juditha Flandra Toſtonis Ducis Uxor in ignem injecit illæſosque inde recepit. Toſto & Haraldus Duces graviter colliſi.

1066. Moritur Rex Eduardus vir ſanctus & prophetico ſpiritu inſignis. Certant de Regno fratres Haraldus & Toſticus, hunc Haraldus Noruegiæ Rex adjuvat, ſed uterq; occumbit in prælio. Verum Victorem deinceps aggreſſus Wilhelm. Normannus, eo occumbente Regnum obtinuit.

1067. Rex Wilhelmus ſolèmniter coronatur, mox Abbatiam de Bello ſtruit pro gratiarum actione, multiſque ſpolijs & muneribus ditat.

1068. Mathildis Regina ſolemniter coronatur, naſcitur Henricus I.

1069. Sw anus Godwini filius, frater Haraldi & Toſtonis Angliam invadit, cui ob inſolentiam Nortmannorum præcipui occurrunt, quos Rex promiſſis revocat.

1070. Guilielmus ex Rege Tyrannus, promiſſa retractat, Nobiles mali tractat.

1071. S. Lanfrancus Cantuarienſium Archiepiſc. conſecratur.

1072. Guilielmus Rex Scotiam armatus invadit

A. C.

dit cui Scotus homagium præſtat.

1073 Normannos jam rebelles factos, armis cogit Rex Wilhelmus.

1074. B. Wolſtanus injuſte exauctoratus, baculum paſtoralem lapidi ſepulchrali Sanct. Eduardi infigit in pleno Conſilio, quem nemo niſi ipſe potuit recipere, rogantibus veniam, qui depoſitum volebant.

1075 Conjurationem contra ſe detectam ulciſcitur Rex Wilhelmus.

1076. Terræ motu magno concutitur Anglia. Walteofus Dux decollatur.

1077. S. Lanfrancus Sacramentariorum Hæreſim doctè profligat.

1079. Walliam aggreditur magno exercitu Rex Wilhelmus, & ſibi ſubjugat.

1080. Wilhelmus *R*ex Regno conſulit, locaque munita condit.

1081. Iterum magno terræmotu concutitur Anglia.

1082. B. Marianus Scotus, Ven. Bedæ conſanguineus Angliæ facem præfert.

1083. Obijt Mathildes Uxor Wilhelmi *R*egis Fundatrix Monaſterij Cadomenſis, in quo ſepulta eſt. Avaritia Regis multa extorquet.

1084. Wilhelmus Rex ab omnibus Homagium exigit, & pecunias extorquet.

1085. Wilhelmus in Prædones publicos rigidè inquirit, & magnam Regno ſecuritatem reddit.

1087. Anglia peſte & fame laborat. Wilhelmus Rex in Normanniam migràt, Gallum bello premit, nec multo pòſt moritur, ſuc-

A. C.

ſuccedit Wilhelmus II. qui in Angliam contendens à S.Lanfranco coronatur.

1088. Conſopit multorum ſtudia largitionibus & promiſſis Wilhelmus II.cogn. *Rufus*, qui fratrem ejus ætate majorem ad *Reg*num promotum volebant.

1089. S.Lanfrancus mirè meretur deEccleſiis Rex bellum Normannicum parat.

1090. Graviter afflictus à Rege fratre Robertus Normannus reconciliatur.

1091. Malcolmus Scotorum Rex Angliam invadens ſuperveniente Rege cum exercitu eidem fit ſupplex.

1092. Iterum auſus invadere Angliam Scotus intercipitur & mox mactatur.

1093. Magnus ille Anſelmus, æternum Angliæ decus, Archiepiſcopus ſacratur.

1094. Rex Wilhelmus cogit Northumbriam, & fratrem contra Normannas mittit.

1095. S.Wolſtanus Wigormenſis Epiſcopus ad præmia æterna vocatur.

1096. Robertus Normannus *R*egis frater expeditionem ſacram ſuſcipit.

1097. Nunc primum Malcolmum Scotiæ Regem nonnulli occiſum volunt.

1098. *R*ex Guilielmus nec Eccleſiis parcens ſua avaritia odioſiſſimus eſt.

1099. S. Anſelmus etiam exul mire meretur de Eccleſia.

1100. Wilhelmus *R*ex in venatione caſu trajectus ſagitta miſerè perit Sanctis ultionem de Sacrilego poſcentibus, quod Sanctus Anſelmus vidit.

1101. S. Anſelmus ab Henrico I. Wilhelmi fratre

&

A. C.

& ſucceſſore revocatur Donaldus Scotorum Rex, Regno altera vice ejectus, retractus in carcere obijt.

1102. Concilium Londinenſe celebratur præſidente S. Anſelmo.

1103. S. Anſelmus pro Eccleſiæ libertate Regi ſe opponens in exilium mittitur.

1104. Henricus Rex cum Roberto fratre Normanniæ Duce graviter colliditur, magna paſſim rerum confuſione, S. Anſelmus Lugdunum exulat.

1105. Robertus cum Rege reconciliari volens rejicitur, minitabundus recedit, obſidetur, elabitur, & magnum congregat exercitum.

1106. Congreſſus cum Rege magnis viribus & animo, victus capitur, ſed cum ſplendidè haberetur, repentè elapſus, & retractus ex fuga exoculatur.

1107. Rex S. Anſelmo reconciliatur. Hic Concilio præſidet, quo Rex annuit in perpetuum abſtinere inveſtituris.

1109. Cælos triumpho implet S. Anſelmus felici tranſitu, æternum Angliæ ornamentum, immaculatæ conceptionis B.M.V. aſſertor principalis.

1110. Mathildem Henrici Regis filiam ducit ſolemni pompa Henricus Imp. Edgarus Scotorum Rex omnibus gratiſſimus bonis, malis formidandus moritur.

1111. Fames maxima invaleſcit & mortalitas animalium. Henricus Rex contra Comitem Andegavenſem è Normannia pugnat.

A. C.

1112. Sequitur lues peſtilens inter homines. Bellum Andegavenſe ſopitur.

1113. Henricus Rex ducto in Walliam exercitu, ille ad libitum promptos ſubditos reperit. Cantuarienſis & Eboracens. Archiep. contendunt.

1114. Thamenſis fluvius, & mare per 12. milliaria, biduum totum exſiccantur.

1116. Colliduntur graviter Reges Angliæ & Galliarum, ex quo multa deinceps mala exorta ſunt.

1117. Terræmotu concutitur Anglia, & luna tota verti viſa in ſanguinem.

1118. Mathildes Regina Angliæ extinguitur.

1119. Henricus Rex grandi cum exercitu Ludovicum Gallorum Regem adoritur, & victoria non ſine multo ſanguine potitur, cum ipſe bis in capite læſus eſſet.

1120. Guilhelmus & Richardus filij Regis Henrici, cum filia & nepte ejuſdem multiſque proceribus naufragio pereunt, dum poſt victoriam Angliam repeterent.

1121. Ætheliciam Ducis Lovanienſis filiam ducit Rex Henricus & coronari curat. Iterum movet contra Wallenſes qui ipſi ſupplices occurrunt.

1123. Normannia inexpugnabilibus caſtris munitur.

1124. Henricus Rex edicto ſolemni comas præſcindi jubet toto Regno, cum co uſq; viri haud aliter quam fæminæ capillos nutrirent.

1125. Alexander Scotiæ Rex Juſtitiæ cultor eximius

A. C.

mius obijt, David fratre in Regnum ſuccedente, ab eximia ſanctitate commendato.

1126. Mortuo Henrico Imp. marito Mathild. Imp. ad patrem Regem in Angliam revertitur, cui mox omnes Angliæ & Normanniæ proceres fidem dare juſſi ſunt.

1127. Galfridus Andegavenſis Comes prædictam Imperatricem ducit conjugem.

1128. Henricus contra Galliæ Regem movet, donec promitteret Flandro non aſſiſtere.

1129. S. Celſus Atdmachanus in Hybernia Archiepiſcopus moritur, & S. Malachum poſtulat ſucceſſorem Mauritio Domnaldi filio ſedem invadente.

1130. Dedicatur magna ſolemnitate Cantuarienſis Eccleſia, Innocentius Papa apud Carnutum honorificè ab Henrico Angl Rege excipitur.

1132. Londonienſis civitas, tota ferè exuritur. Galfrido Andegavenſi ex Henrici Regis filia, naſcitur Henicus filius.

1133. Galfrido naſcirur alter filius, quorum nepotum ſuorum amore tractus Rex Henricus moratus deinceps eſt in Normannia.

1134. Robertus exoculatus Regis frater in carcere moritur, mœrore confectus quod Rex ipſi veſtem pro ſe factam, ſed nonnihil arctiorem, miſiſſet.

1135. Supremus hic annus Regi Henrico fuit, qui in Normannia deceſſit, inde in Angliam translatus, ſuccedit, Stephanus Bolonienſis ex ſorore nepos.

A. C.

1136. Celeberrimum S. Columbæ in Hybernia Cænobium incendio perijt.

1137. Stephanus Rex ſuſpectus habens potentiam Roberti Gloverniæ Comitis ipſum per inſidias intercipi jubet, verum ab his ipſis monitus effugit.

1138. Robertus per ſuos Legatos Regi Homagium præſtat. Sed cum Rex captum vellet, & ille occurrere nollet, proſcribitur. Rex Scotiæ ducto in Northumbriam exercitu hoſtiliter agit, prius autem ſe recipit, quam Stephanus occurreret.

1139. Mathildes Imp. una cum Roberto Gloverníenſi magno comitatu venit in Angliam.

1140. Imperatricis exercitus cum Rege Stephano confligit, hic capitur, ſed paulo poſt dimittitur. Colloquio de pace habito, nihil æqui impetratur.

1141. Nunc primum captum Regem volunt, ſed cum Robertus Comes paulo poſt & ipſe caperetur, utrumq; dimiſſum. fervent contentiones eædem & bella.

1142. Rex Stephanus obſidet Imperatricem apud Oxoniam, ſed ipſa evaſit.

1143. Lincolniam obſidet Rex Stephanus, ſed re infecta diſcedere cogitur. In Hybernia S. Gelaſius inter Connaciæ & Mediæ Reges componit.

1144. Robertum Gloverniæ Comitem, repente aggreſſus Rex in fugam agit.

1145. Ceſtriæ Comitem pacificè occurrentem in carcerem Rex conjicit, donec Lincolniæ Caſtrum dederet, & velut re bene geſta coronam capiti imponit.

Mor-

A. C.	
1146.	Mortuo Turſtano Eboracenſi Archiepiſcopo Henricus Ciſter monachus creatur.
1148.	Concilio Hyberniæ Epiſcoporum adeſt Magnum Malachias, & inde orator miſſus ad *R*om. Pont. apud Claram vallem extinguitur.
1149.	Galfriedus Dux Normanniæ Henrico filio Ducatum tradit, cui ex parte matris debebatur, unde haud leviter offenſus eſt Rex Galliarum.
1150.	Dum Gallus contra Normannum movet & hic viciſſim grandi cum exercitu occurrit, peramantes pacis Principes, res componitur, Dux fidem promittit.
1151.	Moriuntur eodem anno Adelicia Regina Uxor Stephani Regis ejuſq; frater Theobaldus Comes Bleſenſis, pauperum pater dictus.
1152.	Henricus Northumbriæ Princeps Regis David in Scotia filius optimus maximo omnium luctu ante patrem moritur. Obijt etiam Euſtachius filius R. Steph.
1153.	David Scotorum Rex præſtantiſſimus hoc anno filium ſubſequitur *M*alcolmo nepote Regni primatibus commendato & hærede Regni dicto.
1154.	Stephanus Angliæ Rex carne ſolvitur, & in condito à ſe Feuershamenſi Cænobio ſepelitur, cui in Regnum Henricus Normanniæ Dux ſufficitur.
1155.	Henrico Regi filius Henricus naſcitur. Hugonem dein de Mortuo mari bello opprimit, & caſtella demolitur quæ contra Regem ſtruxerat.

A. C.	
1156.	Primogenitus Regis Henrici moritur. Henricus idem cum Galfrico fratre colliſus varia per Normanniam loca aggreditur.
1157.	Rex Walliam armata manu ſubigit. Contra Scotum feliciter pugnat.
1158.	Henricus Rex apud Wigorniam ſolemniter coronatur. Galfricus moritur.
1159.	Idem Rex contra Tholoſanum Comitem arma movet.
1160.	Idem filium Septuennem cum trienni Gall. Regis filiola deſponſat.
1161.	Cantuaria pene tota exuritur. B. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus eligitur, pax inter Reges Angliæ & Galliæ ſancita.
1162.	S. Thomas ſigillum Regium reſignat ægrius ferente Rege, & ex curiali totum ſe Monaſticis & ſuæ Eccleſiæ curæ impendit.
1163.	S. Thomas intereſt Concilio Turonenſi Scotiæ Rex homagium facit.
1164.	S. Thomas pro libertate Eccl. Regi ſe opponens in exilium agitur.
1165.	Henricus Rex expeditionem ſuſcepit in Walliam & feliciter confecit.
1166.	S. Thomas fautores cauſæ Regiæ excommunicat, ejus conſanguinei ejiciuntur, ipſe etiam in Gallijs Regis iram experitur.
1167.	Reges Angliæ & Galliæ denuo colliduntur. S. Thomæ Gallus & Papa, moritur Mathildis Imperatrix. Junior Mathild Regis filia Sax. Duci jungitur.
1168.	Henricus Rex Angliæ ſchiſma procurat contra

A. C.

contra Alexandrum Papam in odium S. Thomæ, & Regnum ab obedientia Papæ avertit.

1169. Eleonora Henrici Regis filia Alfonſo Regi Caſtiliæ deſponſatur.

1170. Henricus Henrici Regis filius â Rogerio Archiep. Eborac. coronatur contra libertatem Cantuar. Eccleſiæ inde â S. Thoma ſuſpenditur ab officio. S. Thomas, in propria Eccleſia Martyrio coronatur.

1171. Pulcherrimo humilitatis exemplo Rex publicè pœnitentiam agit ſuper cæde S. Thomæ: etſi ipſe non juſſerit.

1172. Abſolvitur ſolemniter Henricus Rex Angliæ claret magnis miraculis S. Thomas Cantuarienſis.

1173. Idem glorioſiſſimus Martyr & Pontifex ſolemniter canonizatur.

1174. Angliæ motibus afflictiſſimus Rex dum S. Thomæ fit ſupplex mirè triumphat.

1175. Rex Scotorum denuo reconciliatur, & humagium Anglo præſtat.

1176. Joanna Henrici Angl. Regis filia Regi Siciliæ deſponſatur.

1177. Rex Angliæ transfretat in Normanniam, & cum Gallo pacem init.

1178. Henricus Rex gratias perſolvit ad tumulum S. Thomæ, ac dein una cum Gallo ad ſacram expeditionem ſeſe accingit.

1179. Ludovicus Gall. Rex ad S Thomam Cant. peregrinatur, & cum mare mirè pertimeſceret, pro ſe & pro alijs dein eo tranſitu uſuris, ne quis naufragaretur B.

A. C.

Thomam oraſſe dicitur, idq; eo ex tempore creditur impetraſſe.

1180. Ludovico Galliarum Regi mortuo, ſucceſſit Philippus, qui cum Henrico Angl. Rege, de novo fœdera amicitiæ init.

1182. Henricus Rex ingentem pecuniæ vim, pro honore S. Thomæ, & pro peccatis ſuis in ſubſidium terræ Sanctæ miſit.

1183. Henricus Rex Junior patrem morte prævenit, maximo Regni luctu.

1184. Henricus Rex generum ſuum Henricum Leonem Saxoniæ Ducem cum omni familia ducit in Angliam, cujus uxor poſt paucos dies edit Wilhelmum Ducem.

1185. Henrico Regi corona Hieroſolymitana offertur, ſed recuſat.

1186. Galfridus Comes Britanniæ filius Regis Angliæ, relicta uxore gravida moritur, poſt cujus obitum Arthurus poſthumus naſcitur.

1188. Philippus Galliarum, & Henricus Angliæ Rex conſultant de expeditione ſacra, & uterq; crucem ſuſpicere concludunt.

1189. Bellum ſacrum ſuſpicit Imperator, Gallo Angloq; ob ſimultates tardantibus Anglus paulo poſt moritur ſuccedente Richardo filio.

1190. Conveniunt profecturi in terram Sanctam Anglus Gallusque magno apparatu, magna primum concordia, quæ hoc anno minimè duravit.

1191. Meſſana denique ſolvunt, & feliciter navigant, felicibus primum ſucceſſibus bel-

lum

A. C.

lum aggreſſi, mox fortunam diſcordia peſſumdante.

1192. Ludovico Galliarum revertente, relictis Anglo aliquot millibus plures hic urbes expugnat.

1193. Gallus Normanniam & Flandriam invadit, quo comperto Richardus Rex domum properat, ſed à Leopoldo Auſtrio ob injuriam aliquam intercipitur.

1194. Magno ſe litro redimit Anglus ut Gallo occurreret, ſolutus ante omnia ad S. Thomæ Cantuar. corpus peregrinatur, inteſtinos tumultus conſopit, ac dein movet in Galliam.

1195. Jurato odio Galli Angliq; dimicant & varias viciſſim urbes occupent.

1196. Conveniunt Reges, pacti amicitiam, non diu duraturam.

1197. Iterum colliſi Reges, multos in partes trahunt.

1198. Gravi prælio congreſſi Reges, Gallus ab Anglo in fugam agitur.

1199. Compoſitis rebus, dum Rex Richardus ſuis intendit & rebelles in caſtro Calucenſi obſidet, quodam baliſtæ vulneratus ſpiculo, dum minus curat vulnus, extinguitur, ſuccedente in Regnum Joanne fratre.

1200. Reconciliantur de novo Galli Angliq;. Joannes Rex conjugem ducit Iſabellam, Comitis Engoliſmenſis filiam.

1201. Joannes Rex in Gallias occurrens magno plauſu à Rege Francorum excipitur Pariſijs, qui proprium ipſi palatium cedit.

. C.

202. Quod Arthuro nepoti reddere nollet ablata Joannes Rex, qui ad Francos ſe receperat, Galli denuo cum Anglis collidũtur.

203. Joanne Rege in luxum prolapſo omnem ferè Normanniam Gallus occupat.

204. Pergit deliciari Rex Joannes, cui Franci non ſolum Normanniam jam totam, ſed Andegavenſem, Turonicam & Pictavenſem provincias eripiunt.

1205. Simulato magno belli contra Francos apparatu, Rex Angliæ magnam â Statibus auri vim extorquet.

206. Auſus deniq; aliquid Rex Joannes Caſtrum montis Albani fortiter expugnat. Inde biennij induciæ ſubſequuntur.

207. Henricus filius Regi Joanni naſcitur, hic magnis exactionibus Eccleſias vexat. Cantuarienſes Monachos ceu læſæ *Ma*jeſtatis reos *M*onaſterio ejicit, ob electionem ſe non rogato ſuſceptam.

1208. Anglia tota generali interdicto ſubjicitur, quo irritatus Rex omnia Clericorum bona confiſcari imperat.

209. Hoc anno contra multorum ſententiam naſcitur Joanni Regi Richardus filius. Rex movens in Scotum, auro avertitur, idem ob immania ſacrilegia excommunicatur.

1210. Pergit intolerandis exactionibus vexare Sacros homines Rex Joannes, & contra Hybernos movens, primo adventu eos ſubigit.

1211. Abſolvuntur â fidelitate Regis Angli, cum Legatorum Apoſtolicorum monita

A. C.

nita contemneret.

1212. Joannes ab omnibus deſertus, Regno exuitur, miſerq; ac miſerabilis exul vagatur.

1213. Nequa ſpes Joanni ſupereſſet Regni recuperandi, regi Galliarum executio â Rom. Pont. demandatur, qui ingentem contra Anglos cogit exercitum.

1214. Reſipiſcit denique Joannes, & ut tantum averteret malum ſupplex per Legat. Pontifici, hujus fit tributarius, & reſtituere ablata Eccleſijs pollicetur, atque ita abſolvitur.

1215. Idem â Baronibus Regni, quod promiſſa non ſervaret hoſtiliter appetitur, Ludovico Galliarum regis filio contra ipſum rege deſignato.

1216. Joannes â Baronibus & Ludovico graviter exagitatus, dum omnes theſau[r]os ſuos ſacrilegijs partes, per Weleſtremum transferre conatur fluvium, non aquis ſolum ſed hiatu terræ abſorptos perdidit, indeque nimio dolore moxque febri correptus vita exceſſit.

1217. Henricus Joannis filius regnum indeptus, inſignem de Francis reportavit victoriam, Ludovico pacem petere coacto.

1218. Rex Henricus prædones regni coërcet, & bono publico conſulit.

1219. Immaturè Henrico regi præripitur morte Willielmus regni Mareſchallus, de regno optimè meritus, cujus inſigne Epitaphium:

A. C.

Sum quem Saturnum ſibi ſenſit Hybernia, Solem
Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem.

1220. Henricus altera vice coronatur, ipſo anno Joannam ſororem ſpondet Alexandro ScotiæRegi. Tranſlatio S Thomæ Cantuarienſis ſolemniter celebratur. S Hugo Lincolnienſis inter Divos refertur.

1221. Præſente utroq; Rege nuptiæ ſolemniſſimè celebratæ ſunt, & pax Scotos inter Angloſq; firmata.

1222. Stephanus Langtonus Archiepiſcopus Cantuarienſis claret, incomparabili ingenio vir, qui primus Sacram Scripturam in capita partitus eſt, & plurima ingenij magni reliquit monimenta.

1223. Mortuo Philippo Galliarum Rege, â ſucceſſore Ludovico Henricus Rex juxta pacta Normanniam repetit; Ludovicus pactorum violatorem aſſerit, atque nil porro ſe debere oſtendit.

1224. Pergit Ludovicus multa adimere Anglo, & Rupellam multaq; Pictavorum loca occupat, Henrico â Baronibus Regni impedito.

1225. Henricus Rex fratrem ſuum Richardum in Vaſconiam mittit ad recipienda quęGallus occupaverat, ipſumque Pictavorum Comitem renunciat.

1226. Falcaſius Neuſter olim Joannis Regis militiæ præfectus homo Sacrilegus. Numini dat pœnas miſerè extinctus.

Henri-

A. C.

1227. Henricus totus ab Huberto de Burgo dependens, Tutoris monita reſpuit, arripienſque imperium, Regnum exactionibus crudeliter vexat: contra quem Magnates inſurgunt.

1228. Rex graviter offenſus iniquitate propolarum menſuras omnes comburi imperat, & novas æquiore pretio confici curat.

1229. Anglus ſolemniter, â Magnatibus Guaſconiæ, Aquitaniæ & Pictaviæ ad recipienda amiſſa invitatur, ſed diſſimulat.

1230. Nunc primum in Minorem Britanniam Rex trajicit magno cum exercitu, nullaque re memorabili geſta inglorius revertitur.

1231. Reconciliantur denuo Angli cum Gallis. Richardus Regis frater ducit Iſabellam Glovernienſem.

1232. Exactionibus Regnum vexat Rex Henricus; in præcipuos Aulæ rigidè animadvertens, cum ipſe tot expenſas faceret.

1233. Pergit in ſuos inſanire Rex, omneſque Aulicos, ſibique obnoxios honore dejicit, externos extollens, contra quem Richardus Mareſcallus inſurgit.

1234. Richardo dum Hybernos ſubigere pararet interempto, complices conjurationis Regi reconciliat Edmundus Archiepiſcop. & pacem regno reddit.

1235. Iſabella ſoror Regis Friderico Imp. Auguſto ſolemniter deſponſatur.

A. C.

1235. Ipſe Rex Alienoram filiam Raymundi Provinciæ, Comitis uxorem ducit, nuptijs apud Weſtmonaſterium celebratis.

1237. Iterum vexat Regnum exactionibus Henricus, contra quem Barones concitantur.

1238. Novi denuo motus in Regno, Rege quaſdam Illuſtriorum filias exteris deſpondente. Baldevinus Imp. Orientis in Angliam venit.

1239. Naſcitur Henrico Regi primogenitus Eduardus 15. Kal. Julij magno non ſolùm Regni ſed finitimorum plauſu.

1240. Rex infanti Regi ſolemni humagio Regnum obligare curat S Edmundus in exilium concedit, & ſancte moritur.

1241. Æternum Angliæ ornamentum S. Edmundus Cantuariæ Archi- Præſul magnus à morte miraculum commẽdatur.

1242. Seductus Comitis Marchiæ & Pictavorum invitatione, auro recepturus & Pictavos non ferro Rex Angliæ, gravem à Gallo cladem accipit.

1243. Quinquennij inducias paciſcuntur Reges Galliarum & Angliæ, hic domum revertitur.

1244. Colliſi graviter inter ſe Angliæ & Scotorum Reges magno omnium plauſu reconciliantur.

1245. Naſcitur Regi Edmundus filius, magna cum oppreſſione pauperum venatur Regis gratiam, & theſauros Regios anget Ropertus Paſſelene Clerici indignus nomine Juſticiarium agens.

A. C.	
1246.	Prolongantur induciæ inter Reges Galliæ atque Angliæ David Princeps Northualliæ multarum cladium author moritur.
1247.	Elevatur ſolemniſſime in præſentia Regis & Regina Galliam corpus S. Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis apud Pontiniacum.
1248.	Dum præter datam fidem Regnum exactionibus novis gravat. Henricus III. in publico Regni conventu graviter arguitur, & exteros eijcere, nec tantum in eoſdem elargiri jubetur.
1249.	Rex Regnum purgat latronibus, in quos rigide animadvertit. Alexander Scotorum Rex moritur, ſuccedit Alexander.
1250.	Ingenti terræ motu Anglia contremuit, & mare terminis egreſſum ingentia paſſim damna Regno intulit.
1251.	Novis & gravibus exactionibus vexatur Anglia, mare denuo limites longe transgreditur.
1252.	Alexander Scotiæ Rex ducit Margaritam filiam Regis Angliæ cui & humagium facit.
1253.	Rex rebus Eccleſiarum intentus, ſacro auro pro virili inſidiatur, & bona S. Auguſtini Cantuarienſis quaſi jure ſuo diripit. Rex Hiſpaniæ Gaſconiam ſibi vendicat; verum Anglo ſororem Hiſpani, filio Richardo in conjugem impetrante, reſtituit.

Magna

A. C.

1264. In funeſtiſſimum denique prælium erumpit contentio, quo & Henricus Angliæ Rex, & Rex *R*om Richardus capti ſunt.

1265. *R*ex libertati redditùs ſub nutu tamenBaronum vivit, donec EadWarus Regis filius evadens occiſo Leiceſtriæ Comite patrem liberat, mox denuo fortuna variante.

1266. Meliores *R*egis quam Baronum *R*egni ſucceſſus, horum aliqui exilio damnantur, bona proſcribuntur.

1267. *R*eliquiæ proſcriptorum denuo invaleſcũt, ſed ope Gallorum atq; Scotorum â Rege compeſcuntur.

1269. Richardus Henrici Regis frater Romanorum Imperator Comitia Wormatiæ celebrat.

1270. Henricus Anglorum Rex diverſis factionibus agitatur, dumque fratrem Imp. juvare nequit, hic inviſus Germaniæ Principibus, quod nil porro largiri poſſet, in Angliam revertitur.

1271. Non inutilis fratri Regi Richardus, ſuo adventu varias tempeſtates & procellas diſſipat, & pro *R*ege fortiter agit.

1272. Fatalis & Henrico Regi & *R*ichardo fratri Imp. hic annus, ille Londini ſepultus,& apud Weſt-Monaſterium conditus, iſte Berchanſtedi obijt, & in Heylenſi condito â ſe Monaſterio tumulatus.

1273. Memorabili plauſu Eduardus I. Regno inauguratur, & egregia avitæ virtutis edit ſpecimina,

Mori-

. C.

274. Moritur Margarita Henrici III. Regis Angliæ filia Scotiæ Regina Alexandri III. uxor.

276. Regno magna induſtria conſulit Eduardus Rex uſus integerrimorum virorum conſilio, & Leges correxit.

277. Scotos nova molientes, mira induſtria prævertit, cautiſſimum per omnia & vigilantiſſimum agens Principem.

1279. Poſt ſemel alterumque domitos Wallos, captum ipſorum Principem Leolinum interficit, & Principatum Regno adjicit.

280. Walliam in novum redigit ordinem, Præfectis impoſitis qui nuper victus in obſequio retinerent.

1282. Leolinus Princeps Walliæ ſeditioſus capitur & decapitatur.

1283. Nunquam non inquieti Scoti, dum nationali accenſi in Vicinos odio parant arma ab Eduardo abſterrentur.

1284. Inſigni pietate cum eſſet, Eccleſijs conſulit, & hoc anno nobile Regiæ vallis Monaſterium condit.

1285. Movet in Galliam Eduardus Rex, & litem graviſſimam de Regno Siciliæ inter Philippum Galliæ & Petrum Aragoniæ, Reges componit & dirimit. Naſcitur Eduardus II.

1286. Reverſus in Angliam magno ſuorum plauſu, quod non minimum interea periculi à Scotis Regno metueretur, ſolo adventu plurima mala diſcutit. Moritur

A. C.

tur Alexander III. Rex Scotorum, lapſus ex equo fractis cervicibus.

1287. Turbatiſſima â morte Regis ſui Scotia, quod hæres maſculus non eſſet, Alexandro Juniore ante patrem extincto.

1288. Rerum Scotiæ ſatagit Anglus, frementibus Scotorum præcipuis, Joanne Balliolo Gallo rem ſuam & cauſam Eduardo Regi commendante, Scotis ad Bruſſios reſpicientibus.

1289. Eduârdus Rex Judæorum improbitati & avaritiæ infenſus toto Regno exulare ipſos jubet.

1290. Factionibus ſciſſa Scotia cum Anglis, Bruſſijs & Balliolis digladiatur, alijs alios hoſtiliter pellentibus.

1293. Eduardus rex cum Philippo Pulchro Gall. Rege dimicat ob naves in Normannico littore interceptas, ſed vincitur ad Rionem. Joannes Balliolus rex Scotiæ coronatur.

1294. Pergunt hoſtiliter agere Gallus & Anglus, hic Burdegalim & maximam Aquitaniæ partem amittit.

1295. Edmundus Comes Lancaſtriæ Eduardi regis frater, prælio in Wallia cum hoſtibus conſerto vincitur. Eduardus rex pacem cum Gallo ſancit ad biennium.

1296. Balliolus Scotiæ rex, datæ Anglo fidei haud memor, Northumbriam invadit, gravi clade ab Eduardo profligatus. Moritur

A. C.

tur Edmundus Comes Lancaſtrius Regis filius & frater.

1297. Joannes Balliolus denuo hoſtem agens, erga deſe optime meritum, amiſſis 7000. Londinum captivus trahitur & Regno exuitur.

1298. Scoti veriti ne Anglus ſceptrum arriperet, dum pro aris & focis acriter dimicant, grandem cladem accipiunt, decem millibus ad Varium Sacellum mactatis. Eduardus pacem denuo cum Gallo iniens Aquitaniam recipit.

1299. Afflictiſſimæ Scotorum res, dum capto ſuo Rege, agnoſcere Eduardum coguntur, & adorare quem peſſimè oderant.

1300. Eduardus fortuna uſus, nihil non ſtabiliendis illis, quæ bello meruerat, molitur. Scotos Privilegijs antiquis elatiores, & audaciores, inſigniter humiliat.

1301. Edmundus Comes Cornubiæ Richardi quondam Imperatoris Auguſti filius ſine liberis moritur.

1302. Joannes Cuminius Buchaniæ Comes, Prorex Scotiæ, memorabilem victoriam de tribus Anglorum exercitibus obtinet. Robertus Bruſſius ab eodem ad Roſlinū triumphatur.

1304. Bruſſius omnem vertit Capidem Cuminij evectendi, incredibili laborans Regni adipiſcendi deſiderio.

1305. Cum de ſuis deſperaret armis Bruſſius, infandam rem auſus Cuminium nil metuentem in æde ſacra; cultello in viſcera ad-

A C.
adacto interficit. Supplex Clementi V. abſolvitur.
1306. Proin ſublato æmulo facile rerum potitus, ſolemniter Rex Scotiæ idem Bruſſius inauguratur.
1307. Eduardus I. Rex Angliæ in ipſo belli adverſum Scotos apparatu morbo decedit apud Lancaſtriam. Anglis nihilominus bellum proſequentibus bis vincitur Brúſſius.
1308. Eduardus II. primi filius, ſed diſſimillimus, Rex Angliæ ſolemniter coronat. Scotos apud Duncheldinum fugat.
1309. Scotos bello aggreditur nouus Rex Angliæ, & nunc, & ſemper infelici ſucceſſu, valide ab illis repulſus.
1310. Robertus Scotorum Rex, bis invadens Angliam, ingenti dives præda abſq; certamine in Scotiam revertitur.
1311. Eduardus III poſtea Rex Angliæ, hoc anno naſcitur patri & ipſe diſſimilis, ſed verè generoſus.
1312. Pravorum conſiliorum auctores Spenſeros, nimium effert Rex Eduardus, ipſe ignavus, levis, futilis & infelix â Scotis ſæpius repellitur, non ſine gravi clade.
1314. Congreſſus cum Scotis apud Sterlingium pugnat infeliciter Eduardus Rex.
1315. Robertus Bruſſius Scotorum Rex Angliam graviter armis vexat, & Eduardo Regi Bervicum eripit.
1316. Robertus cum eodem congreſſus ad Bannocum

. C. cum fluvium, memorabili victoria Anglorum quinquaginta millia trucidat 9. Calend. Julij, al.js ipſis Calendis ejuſdem menſis.

1317. Roberto, ob res benè geſtas, Scoti de novo Regnum confirmant, & reſtitutorem ac Patrem patriæ conſalutant.

1319. Peſſimorum hominum uſus Conſilio Rex Eduardus, Iſabellam conjugem Philippi Gall. Regis filiam æqua monentem peſſime tractat.

320. Invaleſcunt in Regem inutilem, querelæ & odia, dum ipſe non ignave ſolum, ſed crudeliter imperat.

321. David Bruſſius Roberto Regi naſcitur filius. Thomas Lancaſtrius Edmundi filius juſſu Eduardi II occiditur.

1322. Peſſimo rurſum Conſilio in optimos quoſque optimatum Eduardus crudeliter graſſatur, captoſq; qui adverſæ ſibi erant factionis mactari jubet, omnium â ſe animos avertens.

1323. Scoti Angliam hoſtiliter vaſtant, nec quidquam obnitente Eduardo cujus exercitum profligant, & Eboracum occupant.

1324. Æqua monentem conjugem Eduardus una cum filio aula & Regno ejicit, pergens graſſari pro libitu in omnes qui licentiam ejus averſarentur.

1325. Ab uxore & filio Gallorum ope ſubnixis, reducibus in Regnum non ſine plauſu

Pro-

A. C.

Procerum captus, arctè cuſtoditur.

1326. Vivente patre, Eduardus III filius, nuper exul, Rex conſalutatior & ſolemniter coronatur.

1327. Eduardus II. in cuſtodia tranſmiſſo in anum per fiſtulam corneam ferro candenti, nullo exterius indicio immaniſſimi facinoris aduſtis inteſtinis miſerrimè perit. Joan. Balliolus moritur.

1328. Eduardus III. primam in Scotos expeditionem ſuſcipiens Bervicum ad deditionem adigit, mox pacem ſancit, & cum Philippo VI. Gall. Rege de hujus Regni jure contendit.

1329. Robertus Bruſſius Scotiæ rex ſenio laboribus & morbo fractus vivere deſinit. Edmundus Comes Cantiæ patruus regis conjurationis inſimulatus capite luit.

1330. Interregem apud Scotos Ranulphus agit Davide Roberti regis filio ſeptem vix annos ætatis habente.

1331. Poſt Thomam ranulphum veneno ſublatum David puer ſufficitur & coronatur.

1332. Contra Davidem Eduardus Balliolus ex captivitate Eduardi regis liberatus regno intruditur.

1333. David rex ſive captus â Balliolo & in Gallias miſſus, ſive quod alij volunt, dum adoleſceret eo ſubductus, illic in ſpem regni educatur. Eduardus Balliolum fovet.

1334. Incertum qua cauſa offenſus Eduardus, Balliolum bello petit, & Scotos

A. C.

acriter premens Bervicum obſidet.

1335. Pergit jactari Scotia varia fortuna Balliolum verſante, ſed & gliſcentibus Gallum inter & Anglum odijs, donec in bellum crudele erumperent.

1336. Eduardus quo magis res ſuas firmaret in Gallia Henricum LancaſtriumAquitaniæ præficit.

1338. Eduardus Angliæ Rex, Principem non minus prudentem quam fortem agens, quiete uſus, multa præclarè decernit

1340. Fervet bellum Anglo-Gallicum, Eduardo Rege hanc quaſi jure ſuo coronam ſibi depoſcente, victi Galli ad amnem Cluſium X. Cal. Jul. omnibus ferè internecione deletis.

1341. Prælio contra Anglos Eduardus Balliolus Rex Scotiæ vincitur & occiditur. Res Scotiæ de novo turbantur.

1342. Dum ad Tornacum minus proſperè ſuccedit Anglo, inducias cum Gallo paciſcitur triennij.

1343. Atrociora odia quam ut paci acquieſcerent, incertum quibus cauſis fœdere reſciſſo Anglus Gallum invadit; hic Caſtellæ atque Aragoniæ Regibus fœdere jungitur.

1344. Pulcherrimum Galliarum Regnum crudeliter vaſtat Eduardus, nullas morari ſe preces paſſus, quin fortunæ ſuæ adeſſet.

1345. David Bruſſius reverſus in patriam, Rex Scotiæ ſolemniter coronatur. Fruſtra Gallum Anglumque conciliare Papa conatur.

Cru-

A. C.

1346 Cruentiſſimo prælio profligatus ab Anglo Gallus ad Creſciacum trigenta ſuorum millia perdit, omnem florem Nobilitatis. David Rex Angliam infeſtat, & ingenti cum præda revertitur.

1347. Anglus poſt anni integri odſidionem Caleto potitur. 3. Non. Aug. Pergit infeſtare Angliam Scotus, & tempore utitur.

1348. Conſulendum Angliæ ratus Eduardus eo accelerans in Scotos movet, quibus victis, Regem vivum in vincula rapit.

1349. Afflictiſſimæ Scotorum, dum abſque Rege ſibi conſtant, graviter ab Anglis vexari & oppreſſi.

1350. Dum Reges Anglusque Gallusque modicum reſpirant, & Regnis conſulunt, morte intercipitur Philippus, ſuccedit Joannes filius.

1351. Moritur Iſabella Eduardi II. Uxor mater tertij, Philippi Pulchri filia, quam alij anno 1358. obijſſe contendunt.

1352. Quietæ in Anglia res, magno boni publici incremento Eduardus ſe mire commendat, pace non minus egregium quam bello.

1354. Dum ſuaſione Innocentij Papæ prolatant inducias Reges, captus à Gallo Rex Navarræ, novis motibus cauſam præbet, Anglo ad ſe cauſam trahente.

1355. Eduardus, ceu Navarræum ulturus, duplici exercitu, altero per Calitium immiſſo, altero ad Carcaſſonam, Gallias vaſtat.

1356. Rurſum exitiali clade cæſi ab Anglo Galli ad Pictonũ urbẽ Joanne Rege, Philippo filio-

A. C.

cũ 1500. Nobilibus in captivitatẽ abreptis.

1357. Navarræus ante ſuperum bellum data fide de non ulciſcendo dimiſſus, afflictis afflictionem addit, & fœdè graſſatur in Anglorum gratiam. Henricus Lancaſtrius Rhedones cogit.

1358. Pergit accendere Anglos adverſum Gallos & pro viribus juvare. Moritur Henricus Comes Lancaſtriæ Dux Derbiæ.

1359. Inclinante fortuna Angli, verſa in furorem Gallorum patientia, haud ita proſpere pugnat hoc anno Eduardus.

1360. Gallum deniq; ad preces Papæ dimittit Eduardus, iniquis illi conditionibus, poſtquam tota fere Anglorum claſſis naufragio perijt.

1361. Henricus Junior Dux Lancaſtriæ primus bello clariſſimus moritur.

1364. Joannes Galliarum Rex, dum, etſi afflictisſimis rebus, ſacro bello intereſſe cupit, & pacem ſancire ac firmare cum Eduardo ſatagit, morte immatura abripitur.

1365. Carolum Joannis filium dum Eduardus de novo aggredi conatur B Urbanus V. Papa recrudeſcentia bella conſopit.

1366. Eduardus cognomento Niger Princeps Walliæ Petrum Hiſpan. Regem ab Henrico fratre notho pulſum in Regnum reſtituit.

1368. Henricus IV. poſtea Rex Angliæ Joannis Lancaſtrij filius naſcitur. Joannes idem Rotomagum uſque Galliam populatur. Leonellus Dux Clarentiæ Eduardi Regis filius moritur.

Eduar-

A. C.

1369. Eduardo Nigro Valliæ Principe Lemovicum diripiente & Galliam vexante B. Urbanus V. Papa, malum ut ſopiret, ipſe in Gallias proficiſcitur.

1370. David II. Bruſſius Scotiæ *Rex* juſtitia & clementia memorabilis bonis malisque exercitus vita defungitur, Angli denuo Galliã tentant, facile depulſi cũ vagarentur.

1371. Eduardus quo olim felicior nunc infelicior dum jura Eccleſiarum pervadit, nec Wicleffo obnititur, ad Rupellam gravem accipit cladem, claſſe capta aut merſa. Robertus Stuartus fit Scotiæ Rex.

1372. Pergit nihilominus Eduardus, etiam iram Numinis expertus, Gallos armis perſequi, ſed fortuna ſemper ſequiore, inſigniter paſſim contuſus.

1373. Acriores conſurgunt, quo plus irritati Galli, Eduardo adverſum ſibi Numen vel non advertente, vel contemnente.

1374. Eduardus caſtigatione Numinis incorrectior, Concilio Londini coacto decimas Sacris eripit in uſus belli Gallici, Pontifice Romano vix belli inducias ad annum uſque impetrante.

1375. Quieſcunt aliquantulum duo Regna ampliſſima, non abſq; labore tamen, dum arma in ſequentem annum pro viribus parant.

1376. Hunc nonnulli annum alij ſequentem, fatalem Eduardo aſſignant, mortuo inter ſummum belli apparatum. Gallus quamprimum invadit Normanniam & multa occupat loca.

A. C.

1377. Apud Anglos Richardus II. Eduardi Principis Walliæ filius imperat, homo impudens, futilis, inſolens & infelix. Angli cum Gallo congreſſi acie internecione penè delentur.

1378. Dum conciliandorum Regum gratia Carolus IV. Imp. in Gallias occurrit, in reditu extinguitur, David Stuardus naſcitur.

1380. Plurimum laborant in continendo Rege juvene ad omne malum præcipite Joannes Dux Lancaſtriæ & Edmundus Comes Cantabrigiæ Tutores, ſuo rigore deliri, & delirum reddentes.

1382. Vexatur ſubinde à Scotis Anglia, quibus tamen Tutores prædicti mature occurrunt, & pericula avertunt.

1383. Gueſquinus Gall. Regis Equitum Magiſter oram maritimam Angliæ inſiſtat, Aquitaniam vaſtat.

1385. Scotiæ Rex ab Anglis graviter preſſus, Galli opem implorat, qui ſexaginta navium claſſem ſubſidio mittit.

1386. Henricus V. Rex Angliæ naſcitur, Joannis Gandavenſis filius. Joannes hoc anno adeſt Luſitano contra Caſtellanum.

1387. Sed & Edmundus Dux Eboracenſis Joanni Luſitaniæ Regi ſubſidio miſſus fortiter agit. Nunc primum Henricum V. natum alij contendunt.

1388. Robertus Stuardus Rex Scotiæ ad Otterburnum inſignem ex Anglis refert victoriam. Catharina Henrici IV. ſoror nubit Henrico III. Regem Caſtellano.

Henri-

1389. Henricus IV. poſtea Rex, à Duce Norfolciæ læſæ Majeſtatis accuſatus in exilium ejicitur.

1390. Richardus inſolenter & Tyrannicè ſe gerens cunctis exoſiſſimus redditur In Scotia mortuo *R*oberto II *R*egi, Joannes Stuartus filius ſufficitur & coronatur.

1391. Pergit crudeliter tractare Anglos Richardus Rex, & bene meritos exilio mulctat.

1393. Male plerunque, nunc bene *R*egno conſulens Richardus, Hiberniæ tumultus ſedat, & 4. illorum Regulos in gratiam recipit.

1394. Moritur Anna Wenceslai Imp. filia, prima Richardi *R*egis uxor, improles.

1396. Alteram ducit conjugem Richardus *R*ex Iſabellam Caroli V *R*egis Gall. filiam miro Regni utriuſque plauſu firmata amicitia. David Stuartus à patre *R*ex renunciatur.

1397. Superbus nimium novo conjugio *R*ichardus, temere impudenter omnia audet, alios inter Thomam Eduardi III *R*egis filium, mali animi in ſe ſuſpectum ſtrangulari jubet.

1398. Henricum quoq; Ducem Lancaſtrium, ſive benè monentem ſive ſuſpectum in exilium mittit. Moritur Joannes Lancaſtrius.

1399. Evocatur ab Anglis exul Henricus contra Richardum, quorum ope Regno potitur, captumque Regem fame enecat.

1400. Nunc primum fame eyectum nonnulli Richardū volunt. Henricus IV. ſucceſſor

A.C.

Aquitanos rebelles armis compeſcit. Edmundus Eduardi III. filius Dux Eboracenſis morirur.

1401. Henricus IV. Angl. Rex in perduelles movens, & Imperatorem prudentiſſimum & militem ſtrenuum agit 36. manu ſua interemptis.

1402. In Wallos movens, ipſa prioris Victoriæ fama ipſos conſternatos facile compeſcit, & promptos advota habet David Rex Scotiæ à Roberto patruo fame necatur, digitis proprijs devoratis miſere conſumptus, Joanne patre mœrore abſumpto.

1404. In Gallijs quoq; militari valore cognitus, Burgundionem primum contra Aurelianenſem, mox hunc contra illum juvit.

1406. Novis Angliæ tumultibus excitus inſigni cum exercitu Henricum Northumbriæ Comitem vincit & interficit.

1408. Optimis latis legibus præclare conſulit Regno Henricus Rex, inſigniter de Republ. meritus.

1409. Parricida Roberto abſque tamen titulo Regis, Scotis imperante, ſatis quietæ res, tyranni potius metu, quam felicitate regnantis, qui omnem vitam perfidia corruperat.

1411. Magno patriæ luctu moritur Henricus IV. Rex Angliæ apud Weſtmonaſterium ætate 46. ſuccedente Henrico V. filio alijs ad annum 1413. mortem Henrici IV. differentibus. Ipſo anno Alexander Stuartus, cruento prælio Doneldum vincit.

Magna

A. C.

1413. Magna ſolemnitete coronatur Henricus V. qui mox duo Cænobia Bethleem & Syon prope Londinum fundat.

1415. Idem prælio cruentiſſimo cæſis 14000, Gallos ad Dagincurtum profligat. Richardum Cantubrig. & ſocios conjurationis reos ſecuri in ipſis caſtris percuti jubet, al. ſequenti.

1416. Joannes Dux Bedfordiæ Comes Candaliæ, Gallos navali prælio in Normannia vincit.

1417. Iterum Gallias invadit Henricus V. & Cadomum, Bellocaſſum, Lexovium aliaq; loca expugnat.

1418. Spe Galliam penitus ſubjugandi Henricus V. nihil non molitur, & ingentem exercitum comparat.

1419. Rotomagum 6. menſium ſpatio fame cogit & ſubigit, & proſpero rerum ſucceſſu, Galliarum Rex, excluſo Delphino, ſalutatur.

1420. Idem Trecis in Campania ſolemniter Galliarum Rex coronatur, reſumptiſque armis totum Regnum laborat ſubigere. Joannes Buchaniæ Comes Ducem Clatentiæ Regis Angl. fratrem clava dejicit. Robertus Stuartus Albaniæ Dux ex Tutore parricida moritur.

1421. Edmundus Dux Somerſetti ab Henrico Normanniæ præfectus rem ſtrenuè gerit. Thomas Regis frater apud Belliſortium occumbit.

1422. Henrico V. naſcitur filius Henricus VI. alij priore anno natū volunt, qui & Henricum patrem, hoc mortuum contendunt

A. C.

dunt, non ſine veneni ſuſpicione, ſuccedit filiolus.

1423. Poſt longum interregnum Jacobus I. Scotiæ Rex ſalutatur. Varijs nunc prælijs Angli Gallos, & viciſſim conſectantur.

1424. Gallo auxiliares Scoti occurrunt, utrique victi, cæſis fere quinque millibus & Duce Alenconio capto.

1425. Burgundus Anglis contra Gallos adeſt, ab his tamen ope Scotorum gravi clade vincitur, cum Gallis aliquot millib⁹ cæſis.

1426. Continuatur bellum Gallicum ab Anglis & Joannes Bedfordiæ comes rem feliciter pro Rege ſuo agit.

1428. Angli denuo armis Gallis infeſtant, ut plurimas urbes ſuæ ſubigunt poteſtati.

1429. Ut confundat fortia DEUS puella Joanna pro inſtrumento utitur, quæ Aurelianum defendit, & multas urbes expugnat.

1430. Angli Joannam interceptam ignibus ut veneficam exurunt, cujus innocentiam, examine inſtituto, Pontifex ſummus aſſerit.

1431. Expugnat Pariſios Carolus, Rex Gall. multis illic Anglorum millibus trucidatis.

1432. Angli recipiunt Pariſios & puerum 10. annorum Henricum VI. Regem Franciæ & Angliæ ſolemniter illic coronant. Gallis interea Anglos ad Cadonum profligantibus.

1433. Eduardus IV. Richardi Ducis Eboracenſis filius, poſtea Anglorum, contra Henricum VI. Rex naſcitur.

1434. Pergunt opprimere Gallos Angli, & hoc anno Fanum Dionyſij deditione occupant.

Offen-

A. C.

1435. Offenſus ab Anglis, an utilitatis propriæ cauſa Burgundus ad Gallos tranſit, haud leviter Anglorum viribus debilitatis.

1336. Vertente fortuna, Pariſijs à Gallo expugnatis, multa Anglorum millia mactantur, præcipuis mox urbibus pari ſucceſſu ad Gallos tranſeuntibus.

1437. Pergunt Galli Anglos Regno eijcere, & urbes ab illis occupatas expugnare. Jacobus I. RexScotiæ 28.vulneribus à nepote ex filio conficitur incredibili Regni luctu.

1438. Jacobus II. primi filius Edimburgi Rex coronatur, parentis optumi mortem ultus, de conjuratis meritum ſumit ſupplicium.

1439. Idem Jacobus inteſtinis procerum diſſidijs & ſeditionibus valde affligitur.

1440. Carolus Aurelianenſis, diu in captivitate ab Anglis detentus, litro ſoluto dimittitur.

1442. Scotia una ex altera procerum ſeditione miſerè quaſſatur optimo Rege ſua vigilantia plurima bella diſcutiente.

1444. Scotorum exemplo; Angliæ quoque res turbatur concitatis Anglorum adverſum Regem,ob Galliam perditam animis,*R*ichardo inprimis Eboracenſi adverſæ factionis Duce.

1445. Eo progreſſi Eboracenſes ut jurata in omnium oculis proderent odia, albam roſam pro inſigni aſſumunt, dum rubram Lancaſtrij.

1446. Optimè meritus de*R*egno, ejus olim Regni Prorex,dũ adoleſceretHenricusVI.à patre

A. C.

hujus conſtitutus Hunfredus Gloceſtriæ Dux odijs Reginæ Margaritæ & invidia Procerum laqueo necatur.

1448. Non inteſtinis ſolum motibus Anglia concutitur, ſed quod induciæ non ſervatæ eſſent, à Scotis impugnatur.

1450. Congeminantur flagella Anglis Carolo Galliarum Rege Normanniam invadente, in prælio 5000 cædēte, & 5 urbes adimente.

1451. Iterum congreſſus cum Anglis Carolus 4700. in acie profligat, plurimas Urbes occupat. Navarræum renunciare Anglis cogit.

1452. Deſertiſſimi à fortuna Angli, Normanniam totam & Aquitaniam perdunt, quam jam 300. annis obtinuerant. Jacobus III. Rex Scotorum naſcitur.

1453. Paulum reſpirant Angli, Nabotho Generali ſuo Duce aliquot in Gallia urbes recipiente, & præſidiarios trucidante.

1454. Acerrimo in Petrocorijs prælio 13. Julij Angli prorſus profligantur, & Gallia eijciuntur, ſolo ipſis remanente Calitio.

1455. In ſupremo Anglorum luctu naſcitur Henricus VII. ex familia Richemontia poſtea Angliæ Rex. Calitium ſe tuetur.

1456. Edmundus Sommerſetti Dux, magna olim parta laude fortunam extremum contra Gallos tentans, pugnando occumbit.

1459. Richardus cognomento Plantageneta Dux Eboracenſis conſilium capit de evertendo Rege, & filio obtrudendo.

1460. Bello aggreditur Regem Richardus, & bis victor Regem captivum trahit, tertio con-

A. C.

congreſſus cum Regina victus occumbit. Reſtaurat prælia Eduardus filius, & Victor Rex ſalutatur.

1461. Coronatur ſolemni applauſu Richardi filius Eduardus IV. Henrico VI. profugiente ad Scotum, & precario vivente.

1462. Dum firmando Regno rerum ſatagit, Eduardus, Richardus ejus frater, homo truculentus cum Warwicenſi in eum conſpirat Henricus VI. Scotorum auxilio Regnum repetens à Joanne Montaculo profligatur.

1464. Occultant odio dum poſſunt Warvicenſis Comes & Richardus Regis frater, odia tamen de induſtria incendunt.

1467. Etſi nihil non bono publico curaret Eduardus, omnia tamen à malevolis ſiniſtre accipiuntur.

1469. Erumpunt aperte odia, & proditor Regis frater Georgius cum Richardo Warvicenſi, nil metuentem capiunt.

470. Liberatus prædictorum & Reginæ ope Henricus denuo Rex contra Eduardum ſalutatur hoc hoſte regni declarato, qui Cuſtodibus perſuaſis ad Carolum Burgundum ſororium effugit.

1471. Hujus ope reverſus in Regnum, Henricum captum in carcere interfici curat, fruſtra ſatagentibus rerum Henrici Somerſetti Ducibus, qui hoc ipſo anno occubuere.

1472. Victor Eduardus in adverſæ partis Principes rigide animadvertit & Richardum inprimis Warvicenſem è medio tollit. Jacobus IV. Scotiæ Rex naſcitur.

Edu-

A. C.

1473. Eduardus quietiſſimè deinceps Regno potitus, manſuetiſſimum agens Principem bono publico præclare conſuluit.

1474. Ingenti cum exercitu movens in Galliam ut Carolo Burgundo adeſſet, inducias in multos annos impetrat.

1477. In Scotia non ita proſpere omnia, Rege Jacobo in omnes voluptates effuſo, Bodiorum inprimis inſtinctu & ſcelere qui optimè educatum perverterant.

1480. Manſuetiſſimo cæteroquin ingenio Eduardus, ſive delatione aliorum, ſive ſuſpicione ex priore ſcelere fratrem Georgium Clarentiæ Ducem in cado Melitenſis vini mergi jubet.

1482. Richardus III. Eduardi frater, ceu ſumma fide rerum fratris ſatagens Beraicum expugnat.

1483. Eduardus Regni depauperati egregius reſtitutor, commendatis in Tutelam fratri Richardo filijs & Regni hærede Eduardo moritur. Ille ex Tutore parricida 7. filios enecat, & Tyrannidem invadens coronam arripit prid. Non. Junij.

1484. Anna Tyranni Uxor, ſeu veneno ſive mœrore confecta moritur.

1485. Richardus parricidio, perfidia & tyrannide omnibus exoſiſſimus, vocato contra ipſum Henrico Richemontio ad Liceſtriam victus occiditur. cujus nudum corpus abſq; honore ſepelitur

1486. Henricus Richemontij Comes miro omnium plauſu Rex conſalutatur & coronatur.

Idem

A. C.	
1487.	Idem faliciſſimis Regni auſpicijs Lambertum alterum Tyrannum Hyberniæ incumbenten deijcit.
1488.	Jacobus III. Scotiæ Rex totus voluptuarius eoq; ſuis contemptus & exoſus â conjuratis occiditur, ſucc. Jacobus IV.
1489.	Jactatur varijs ſeditionibus Henricus VII. quas admirabili prudentia abq; induſtria diſcutit & avertit.
1490.	Idem Rex coacto exercitu Boloniam fruſtra oppugnat.
1491.	Henricus VIII. poſtea Angliæ Rex naſcitur IV. Kal. quarto Kal. Quintilis.
1493.	Henrico Rex firmando Regno intentus, detectas denuo inſidias & rebelliones cautè declinat & opprimit.
1495.	Jacobus IV. Scotorum Rex, Regnum latrocinijs infame purgat, juſtitiam revocat, patris patriæ titulum meritus.
1496.	Nihil proficiente Henrici VII. manſvetudine, debito is ipſe rigore in rebelles animadvertens pâcem Regno reſtituit.
1499.	Gliſcentibus nihilominus rebellionum ſcintillis, nequa maſcula proles Eboracenſis ſupereſſet ad Regni turbationem, Eduardus Warwici Comes diu incarceratus, interficitur.
1500.	Arthurus primogenitus Henrici VII. Walliæ Princeps ducta Catharina Ferdin. Hiſp. Regis filia, quato poſt menſe moritur.
1501.	Moritur Margarita Duciſſa Somberſetti, uxor Edmundi Richemontij mater Henrici VII. Regis Angliæ, mater litteratorum, quæ Cantabrigæ duo fundavit

A. C.

Collegia pro pauperibus ſtudioſis.

1503. Eliſabetha Angliæ Regina Pondini in puerperio deceſſit, mater Henrici Octavi.

1506. In Scotia Jacobo IV. Imperante proſpera omnia, ipſo pacis artibus laudatiſſimo, & bonum publicum fervide curante.

1509. Henricus VII. Rex Magnanimus, frugi, comis ab omne factu abhorrens, Juſtitiæ cultor integerrimus ſummo omnium bonorum planctu moritur, ſuccedit & coronatur Henricus IIX.

1510. Henricus IIX, magna pompa primam uxorem ducit Catharinam Ferd Regis Hiſpani filiam, Althuri fratris viduam.

1511. Jacobus IV. ScotiæRex arma contraGallos parans, Jacobum quintum filium Regem coronari curat. Henricus IIX. auxiliares copias mittit Ferdinando ſocero contra Afros.

1512. Eduardus Pola Dux Suffoltiæ, juſſu Henrici IIX. contra datam fidem decollari jubetur.

1513. Jacobus Scotiæ Rex bello Angliam invadens, virtute Thomi Havardi Surrei Comitis cæſis 8000. profligatur & occiditur.

1515. Joannes Dux Albinus proavus Jacobi VI. dum Jacobus V. adoleſceretProrexScotiæ conſtituitur, Maria Henrici IIX. filia, Angliæ Regina naſcitur.

1516. Henricus IIX. Rex Angliæ, nimia auri ſiti, nihil non molitur contra Eccleſiam & Eccleſiaſticos.

1519. Multi egregia eruditione & religione viri

Henrici

A. G.

Henrici Regis conatibus ſeſe ſtrenue opponunt, prius quam erumperent.

1521. Eduardus Dux Buckingamius ſui generis ultimus, juſſu Henrici IIX. ſecurè percutitur, Henricus contra Lutherum ſcribit, ob idipſum plurimum à Rom. Pontifice laudatus.

1524. Idem Auream Roſam à Clemente VII. donum accipit. Joannes Dux Albinus, Prorex Scotiæ ab Hamiltonijs cæditur.

1526. Jacobus V. Scotiæ Rex ab Arcibaldo Duglaſſio Ediburgi obſidetur, & capitur.

1527. Idem Rex deceptis cuſtodibus è captivitate in libertatem feliciter evadit.

1530. Henricus, ſiquis cæteroquin Regum alius, inſigni prudentia Regnum gubernat, maxima inter Reges Europæ auctoritate, ſub quo tamdiu felix Regnum extitit, quamdiu ſacris manus abſtinuit.

1533. Præceps deinceps in ſcelera Henricus Catharinam Hiſpanam legitimam conjugem repudiat, ſuperinducta Anna Bolania, quæ mox coronatur, attonita ſuper tanto ſcelere Europa univerſa.

1534. Semper deterior Henricus, omnia bona averſatus conſilia tres PP. Carthuſianos, ſacri auri ſitim in ipſo damnantes ipſa mox capitis damnat

1535. Similis paulo poſt Altiſſimo futurus dum ſummum ſibi in Eccleſias jus temere arrogat, dehortantes Joannem Fiſcherum Roffenſem Epiſcopum & ThemamMorum Viros egregios 7. Julij capite imminuit.

Jana

A. C.

1537. Jana Semeria Regina partus doloribus extinguitur, ſervata ſobole, Eduardo nimirum VI. alijs anno ſequenti.

1538. Supenda temeritate arrogantia & avaritia, graſſatur in res Eccleſiæ Henricus VIII. & monita piorum exſibilat.

1540. Henricus VIII. Annam Duciſſam Cliviæ ſponſam exambit, & magno plauſu ducit, quam tamen poſt 6. menſes repudiat.

1542. Jacobus V. Rex Scotiæ moritur Henrico VIII. Regni ſibi jura aſſerente & poſſidente. Havardam Catharinam ſuperiore anno deſponam adulterij inſimulatam capite plectit.

1543. Iterum ſponſus, iterum maritus Henricus VIII. mox ſuamet voluntate viduus, Catharinam Parram ducit, quæ ipſi ſupervixit.

1547. Extinguitur deniq; Henricus VIII. Rex Angliæ 3. Januarij ætatis 5. ſuccedente Eduardo filio, ætatis anno nono.

1549. Joannes Feckenanus Eviſhaimenſis Monachus etiam inter vincula admirabilem Chriſti pugilem agit, ipſos hoſtes fidei in admirationem rapiens.

1550. In Scotia non minus quam Anglia Sectariorum ingens invaleſcit numerus, ſingulis nova dogmata propugnantibus, quæ uſa hodie in mille flexus verſantur & regyrantur.

Eduar-

A. C.	
1552.	Eduardus Dux Sommerſetti captus à Joanne Dulatio Comite Warvicenſi capite truncatur.
1553.	Moritur Eduardus VI. Angliæ Rex, 6. Julij, renunciatur Regina ejus ſoror *Maria*, poſtea Philippo Regi Hiſpan. deſponſata.
1554.	Maria Britanniæ Regina nubit ſolemniſſimis nuptijs Philippo Hiſpaniarum Regi Caroli V. Imp. filio. capitur & mittitur in carcerem Eliſabeth Henrici VIII. filia.
1555.	Eadem pro viribus allaborat diverſiſſimas ſectas Anglia ejicere, plurimos obſtinatos capitis damnans.
1558.	Caletum urbem & portum celeberrimum Anglis eripit Henricus II. Gall. Rex opera Franciſci Guiſii. Moritur Maria Anglica Regina Hiſpaniarum, & mox Cardinalis Polus.
1559.	Succedit in *R*egnum Angliæ carcere liberata Eliſabetha Henrici VIII. filia, variarum linguarum perita, quæ omnia Regni innovavit.
1560.	Jacobus Stuardus Comes Araniæ cum Gallis prope Chanburgum armis congreditur.
1561.	Omnibus ſectis Angliam patere jubet Eliſabeth *R*egina, Prodit paradoxon: quod bona opera pernitioſa ſint ad ſalutem.
1563.	Maria Jacobi V. Regis Scotorum filia, ſolemniter inauguratur & coronatur Regina Scotiæ.
1564.	Eodem ſecundis nuptijs jungitur Henrico Stuardo Lenoſſenſi Comiti.

Naſci-

A. C.	
1565.	Naſcitur Jacobus eo nomine VI. Scotorum Rex.
1567.	Moritur Carolus Lenoxius Comes, patruus Jacobi Sexti ScotorumRegis, vir præſtantiſſimus Henricus Stuartus Rex Scotiæ ſtrangulatur. Capitur Maria Regina.
1568.	Elabitur è cuſtodia Eliſabethæ juratiſſimæ hoſtis Maria Scotiæ Regina Jacobi VI. optima mater.
1569.	Jacobus Stuartus Araniæ Comes, globo trajectus ab Hamiltonio, è vivis excedit.
1570	Diocletiani omniumque ante ipſum tyrannorum ſævitiam antegreſſa Eliſabeth Regina, ſtupenda tormentorum & ſuppliciorum adjuventione Catholicos interficit.
1572.	Thomas Suffolciæ Dux ſuſpectus & accuſatus læſæ majeſt. ſuſpenſus, & in 4. partes ſectus è medio tollitur.
1575.	In Scotia non minus quam Anglia laboratur plurima crudelitate in devotis Romanæ Eccleſiæ exſcindendis.
1578.	In Hibernia ſimiliter, & hoc anno 40. Martyres Magienſis Cænobij ipſo pervigilio Aſſumptæ B. M. V. obtruncati, reaſſumptis capitibus Veſperas cæleſti celebrantes *Muſicâ*, rurſum ſuo in ſanguine conſopiti ſunt.
1580.	B. Gelaſius Abbas Boylenſis promiſſo Archiepiſcopatu & ſummis honoribus à Regina Eliſabeth tentatus, omnibus Martyrij lauream præfert, miraculis â morte honoratus.

Carni-

A. C.

1583 Carnificina continuatur ſub auſpicijs muliebris ingenij adverſum Catholicos in Anglia, cujus cupreis laminis diverſis libris, non ſine horrore omnis poſteritatis extant, ad vivum repræſentatæ imagines.

1585. Evolat ad triumphos æternos è carceribus Joannes Feckenamus Abbas Weſtmonaſterienſis, ipſi Reginæ viſus incomparabilis, relictis ſummi ingenij præſtantiſſimis monumentis.

1587. Maria Scotiæ Regina, Jacobi V I. Regis Angliæ mater ſanctiſſima confictis in innocentiſſimam graviſſimis ſceleribus gaudens ipſa capitis damnatur, & mira conſtantia moritur.

1590. Pia in Chriſti Martyres videri Eliſabeth poterat, in quos ſæviens gloriam in cælis auxit, crudelior in eos quos amavit, Germanos inprimis, quorum plurimos, ut deperiret, ad cænam invitans. Perdidit, nuſpiam deinceps conſpectos, dum ipſa Virgo videri vellet.

1593. Primus Jacobi Scotiæ Regis filius Henricus Fridericus naſcitur. Etiam novorum Fidei articulorum. Luthero Calvino alijſque valde contrariorum inventrix videri Eliſabeth, ſatagit.

1594. Inter tantas Angliæ nebulas, ſydera varia mirifice exſplendeſcunt frendente infero, Gregorius Sayrus, Thomas Præſtenus Anſelmus de Manceſtria plurimiq; alij.

Aurea

A. C.

1595. Aurea laborans ſiti Eliſabetha tertium jam novum orbem tentat Franciſci Draci opera. Naſcitur Eliſabeth Jacobi VI. Friderici Electoris Palatini filia, moritur Car. Lud.

1596. Franciſcus Dracus poſt innumeros exantlatos labores peregè dyſſenteria, & ſimiliter Ioan. Haukius moritur Robertus Eſſexiæ Comes Caletum Andaluſiæ expugnat & diripit.

1598. Eliſabetha cum Galliarum & Hiſpaniæ Regibus pacem ſancit. Angli potiuntur porto Ricco.

1600. Carolus Angliæ Rex, non tam Regno, quam in ludibrium fortunæ naſcitur.

1602. Vitam deniq; abrumpit, quæ innumeros vita ſpoliaverat diverſiſſimarum Sectarum mater & nutrix Eliſabeth Regina Angliæ, quam jurati Sanctorum omnium hoſtes Wiccleffiſtæ exauctorata & expuncta 8. Sept. Matre Virgine, in digno ſe Calendario, ſubſtituere non ſunt veriti.

1603. Creatur Rex Angliæ Jacobus VI. Rex Scotiæ Jacobi V. filius, in quo Chronologiam iſtam terminantes nimio rerum Anglicarum faſtidio claudimus, dolentes plurimum, gentem olim florentiſſimam & Religione concordi penè Angelicam, in tot revera nunc ſententias & ſectas, quot capita, in diverſa quoq; rapi ſtudia, imo quod ipſi ſibi impoſuerant & Eccleſiæ ſuæ caput, detruncare, cujus Regni tot parricidialia odia & cædes, nulla ſatis poſteritas admirabitur, quæ calamita-

tum

A. C.

tum portenta prius nullo modo deſinent, priuſquam inducatur, quæ toto Regno proſcripta eſt, Primævæ ſanctiſſima & feliciſſima concordia Religionis.

DEVS Benedictus.



A01 1668662

XXXXVI
A 33